MENDOZA, Alfonso de (O.E.S.A.)

Fratris Alphonsi Mendozae, ex Ordine Eremitarum D. Augustini... Quaestiones quodlibeticae, et relectio de Christi regno ac dominio. -- Quibus in hac secunda editione non parua rerum accessio sacta est. -- Salmanticae : Excudebat Petrus Lassus : Sumptibus Fra[n]cisci Martini, 1596

[16], 712 [i.e. 692], [48] p., @8, A-Z8, 2A-2Z8, 3A2 ; 4°

Port. con grab. xil. -- Colofón. -- Apostillas marginales. -- Error de pág., últimas p. mal numeradas

1. Teología dogmática 2. Teologia dogmatikoa I. Quaestiones quodlibeticae, et relectio de Christi regno ac dominio II. Título

R-6389 An. ms. en port. -- Enc. perg.

FRATRIS

ALPHONSI MENDOZAE, EX ORDINE EREMITARVM

D. Auguſtini, in ſorentiſsima Salmanticenſium Academia, ſacræ Theologiæ Magiſtri & Veſperarij profeſſoris,

Quæſtiones Quodlibeticæ,

ET RELECTIO DE CHRIſti regno ac dominio.

Quibus in hac ſecunda editione, non parua rerum aeceſsio facta eſt.

AD GARSIAM LOAYSAM, PHILIPPI, *Hiſpaniarum Principis, Magiſtrum.*

OMNIA SVB PERMISSV MAIORVM.



SALMANTICÆ,
Excudebat Petrus Laſſus, ſumptibus Fraciſci Marti
Anno. 1596.

Summa Priuilegij.

PHilippi Secũdi, Hiſpaniarum Regis Catholici, priuilegio cautum eſt, ne quis Quæſtiones Quodlibeticas, ac Repetitionem Theologicam Magiſtri Fratris Alphonſi Mẽdozæ, abſq; eius permiſſu excudat, aut excudi procuret, alibive excuſſas proximo decennio vẽdat aut diſtrahat, ſub pœna cõfiſcationis librorum, ac plurima pecuniarum mulcta, provt latiùs habetur in regio diplomate. Dat. Madriti, Calendis Iulij. 1587.

Lectus hic liber, admiſſus & approbatus eſt à Fratre Ioanne Romero, Minimorum S. Franciſci de Paula, in regia curia Prædicatore.

Additiones viro videndæ ac probandæ cõmiſſe ſunt F. Petro Villanouano, Hieronymiano, Sacræ Theologiæ, Salmanticæ, Profeſſori.

TASSA.

YO Lucas de Camargo, eſcriuano de Camara de ſu Mageſtad, de los que reſiden en el ſu Conſejo, doy fee, que auiendoſe viſto por los ſeñores del, vn libro, intitulado, Quodlibetos y Repeticion, hecho y compueſto por el Maeſtro Fray Alonſo de Mendoza de la orden de S. Auguſtin Cathedratico de Viſperas en la Vniuerſidad de Salamãca, taſſaron cada pliego de los del dicho libro en papel, a tres maravedis y medio, y mandaron, que antes que ſe venda, ſe imprima en la primera hoja de cada vno de ellos eſte teſtimonio de taſſa, y para que dello conſte, de mandamiento de los dichos ſeñores del Conſejo, y de pedimiento del dicho Fray Alonſo de Mendoza, di eſte teſtimonio de taſſa, en la villa de Madrid, a veinte y ocho de Henero, de mil y quinientos y ochenta y ocho años.

Lucas de Camargo.

QVA

QVAESTIONVM Quodlibeticarum Index.

Scholasticarum.

PRima: Vtrùm priùs Deus creaturas intellectuales ad gratiam & gloriam prædestinauerit, quàm earum naturas prouiderit. pag. 1.

Secunda, An vltima dispositio ad gratiam sit meritoria gloriæ? & ab ipso habitu gratiæ proficiscatur? & volũtas per solũ auxiliũ sine habitu, an possit, &c. 90.

Tertia, An per scientiam infusam non beatam Christus euidenter mysterium Trinitatis agnouerit. 172.

Quarta, Summum Ecclesiæ Pontificatum an esse Romæ sit de iure diuino, ac proinde humana authoritate immutabile? 261.

Quinta, Homines vita functi an viuis apparere valeant? & Christus post Ascensionem an vnquam apparuerit. 350.

Sexta: Num damnati intercalarẽ aliquãtulam requiem tormentorum, aut eorundem alternationem sentiant. 426.

Septima, Futura contingentia conditionata Deus Opt. Max. qua ratione certò ac determinatè scire possit. 474.

Octaua: Aliquid ne retinere, expendere, aut recipere religiosus sine prælati sui licencia possit. 537.

Nona. Vtrùm comœdię, quæ fœminarũ ministerio nunc temporis Hispanis sunt in vsu, licitæ sint. 558.

Decima, An Christus de toto ac perfecto rigore iustitiæ Deo pro peccatis hominum satisfecerit. 594.

Expo-

Expositiuarum.

PRima, Vter numerus alterum superet prædestinatorum an reproborum? 55.

Secunda, de literali illorum versuum intelligentia, Dominus dabit verbum, &c. Rex virtutum dilecti, &c. Si dormiatis inter medios cleros. &c. 145

Tertia, An Psalmi Dauid sint vera carmina, & quod carminis genus? 221.

Quarta, de illo Deuteron. 7. Non erit in te sterilis vtriusque sexus. Et, An Virginitas nunquam fuerit illicita? 321.

Quinta, De illo Numer. 6 Nouacula non ascēdet super caput Nazaræi. Et Christusne fuerit legalis Nazaræus? 403.

Sexta, De præcipuis vet. test. locis, in quibus de morte ac passione Dei sermo habetur, sub nomine Dei. 461.

Septima, An Abrahā idololotra vnquam fuerit? 526.

Octaua, Qualis fuerit ludus ille Ismaelis cū puero Isaaco, de quo Gene. 21. & ad Galatas. 4. 551

Nona, Oues Iacob an miraculo, naturave, varios & discolores fœtus ediderint? 588.

Decima, Sacratissimum Iesu nomen anè Græcis an Hebraicis fontibus deriuetur: sitq; idem cū nomine quadriliteró, Iehouah, יהוה. 619.

Relectio de vniuersali Christi regno ac dominio, quod creaturarum omniū habet, etiam secundùm quòd homo est. 642

GAR-

GARSIAE LOAY-

SAE, PHILIPPI HISPANIA-rum Principis disciplinæ Magistro, & morum eximio moderatori, & ab amplissimis Philippi Regis eleemosynis, &c. F. Alphõsus Mẽdoza, Eremita Augustinianus, Salutẽdicit, & præsens opus nuncupat.

VT nominis tui claritati nihil me lucis hac nuncupatione allaturum credo, ita meo libro multum ex ea conferri iudico. Vtrumque vt credam tui nominis splendor facit, nam qui tantos virtutum collucentiũ radios prætefers, ipse à nemine & alij abs te lumen capiant necessum est. Vt enim egregias tui animi dotes, partim Dei beneficio innatas, partim tua industria conquisitas, quæ in te amicè conspirant, nunc inuoluã silentio: sanè quòd Philippus Rex Catholicus, iudiciorum & virtutum prudẽtissimus æstimator, vnicè dilecti filij indolem excolendam & instituendam tibi crediderit, non te eum esse facit, sed eũ te esse declarat, cui moribus & doctrina pauci suppares, & nullus superior, inter tot insignes Hispaniæ viros, valeat reperiri. Curam vrbium, prouinciarum, regnorũ, litium, censuũ, bellorum, & cæterarũ rerum, quæ vnius Philippi Regis acri, prudenti & capaci iudicio administrantur, aliorũ fidei & diligentiæ demãdet: tuæ verò vnicum filium amantissimũ educandum & erudiendum tradat. Illis vt regna, tibi vt regem componas & informes: illis vt ad regulam & amussim iustitię cuncta administrent, tibi vt regulã ipsam, quæ nihil est aliud quã voluntas Principis, dirigas & instituas, committatur. Quod si in sereniſsimi Principis nostri tenel-

lum corpus tuũ ipſe animũ, aut in eius animum niueos tuos mores & ingenium aſsidua conſuetudine & exercitatione transfuderis, præclarè te tuo munere functum, ingenti plauſu acclamabit Hiſpania. Formaueris planè & effinxeris Philippum alterum, magnæ ſpem alteram Hiſpaniæ, Eccleſiæ præſidium longè firmiſsimum, auitarum virtutum hæredẽ, & Regem demùm, qualem Ariſtoteles formauit Alexandrũ, Plutarchus Traianũ, Lactãtius Conſtantinum, Auſonius Gratianũ, Adrianus Pontifex Carolum V. & Philippum II Siliceus. Et quidem iam Princeps ipſe tam bene cultæ indolis, iam morum, quos teneris auribus, te inſtillante, accepit & perdidicit, ſpecimen dare cœpit: iam te refert magiſtrum & inſtitutorẽ, iam omnium animos ſpe magnorum repleuit facinorũ: nam longè maiora præſtat, quàm ſperari ab illo pro ea ætate poſſent, vt tu mihi, qui oculatus ipſe & auritus teſtis es, aliquando referebas. Felicem proinde magiſtrũ, cui talis diſcipulus: felicẽ diſcipulum, cui talis magiſter: feliciſsimam Hiſpaniã, cui Princeps tam piè, tam ſtudioſe, tam prudẽter educandus obtigerit. Quare quòd Rex noſter vnicam hanc Hiſpaniarum ſpem tibi fouendam & perficiendã tradiderit: nõpoteſt nõ eſſe & Regi & filio & tibi & nobis, & toti tandem Chriſtianæ reipublicæ multis nominibus auſpicatiſsimũ. Cuius itaq; fidei vnica Regis proles alenda & inſtituẽda cõmiſſa eſt: bene potuit proles hæc & fœtura mei ingenij fouẽda & protegẽda tradi. Trado ergo, non quòd aliquibus vſibus futurũ tibi hoc opus credam, qui Doctoris Theologi, Complutenſis Academiæ calculo approbati, iam diu illuſtri nomenclatione gaudes: ſed quòd tu meo operi, magno, vt ſpero, futurus ſis patrocinio & ornamento. Enimverò ſimul atque in ſplendidiſsimum tuũ nomen, quo meus inſignitus prodibit liber, lectores oculos coniecerint: dignum planè quem legant & æſtiment omnes putabũt,

quem

quem tu ſuſcipere & æſtimare dignatus tueris. Suſcipe igitur librum, qua me vultus hilaritate & verborũ comitate excepiſti, cum Madriti ſuperioribus diebus obſequium ego tibi meum, ac me totum offerrem. Quòd ſi feceris, non ſolum me, ſed & Diegum Mendozam auunculum meum, quem pro tua magna in eum beneuolentia, proq; eius in te eximia obſeruantia, vt familiarem & amicum habes, nouo charitatis vinculo aſtringes tibi: mihiq; vt reliquas, ſi quas vnquam edidero lucubrationes, tibi dicem, calcar appoſitum exiſtimabo. Iſtum itaque libellum, ceu antecurſorem, & iudicij tui exploratorem præmiſiſſe contentus, precor Deum, vt quò nos multis augere poſsis honoribus, re ipſa eos tu ampliores honores conſequaris, quos iam pridem meritis aſſequutus es Ex hoc Auguſtinianorum Salmanticenſi conuentu. iij. Febr. Anno. 1588.

Proœmium, quo Author ſuſcepti ac editi Operis rationem Lectori reddit.

1. *Animadmerſio, quod author coactus hoc op⁹ edit.*



RIVS QVAM Lector harū iter Diſputationū aggrediatur, in has, quę obuię illierunt, animaduerſiones veſtigium tā tiſper figat precor.

Principiò obſeruet, velim, vix vnquā me putaſſe poſſe fieri, vt ad ſcribendum, & cudendum libros ego animum appellerem. Nam, vt interim meæ curtæ ſuppellectilis conſcientiam, quæ me ab hoc ſtudio, ſuo veluti iure retrahebat, prætermittam: animaduertebam, hoc noſtro naſuto & delicato ſæculo, qui libros edunt, rem facere alijs non admodum vtilem, & ſibi valde periculoſam. Cumq; hæc duo ſint, quæ ſibi homines in librorum editione præſtituunt, aliorum vtilitas, & honor ſui; vtriuſq; ſpem fallit exitus. Nam dum qui legunt, eorum qui ſcripſerunt, laboribus carpendis intendunt, parùm illis commodi, & ſibi minùs honoris ſcriptores afferre poſſunt. Quamobrem ab hoc timore animum auocare, & cogitationē auertere opus mihi fuit, dum has diſputationes, quas pro obtinenda magiſterij laurea, Salmanticæ, publicè de more dixeram, auditores aſsiduis interpellationibus vt recognoſcerem, & veluti ad incudem reuocarē, ac tandē prælo mandarem, importuniſsimè efflagitabant. Et quidem, vt rebar, id pro eorum iudicio magis amico quàm vero, ſuam in me propenſionem vehemētiùs declarantes quàm meo nomini prudenter conſulentes, exigebāt. Perſtiterūt tamen improbis clamoribus, nec priùs deſtiterunt, quàm librū de manibus reluctantis extorſerint, & volentē nolentē longa concertatione vicerint. Verùm ne gratis illis tanti certaminis conſtaret victoria, hūc ipſos laborem ſubituros pacti ſumus, vt immaturæ ac penè præcipitis editionis culpā ipſi corā alijs excuſare tenerentur. Hoc itaq; ipſos vt faciant nō ſolùm oro, ſed iure exigo; nam niſi per ipſos ſtaret, intra priuatos potiùs parietes, quæſtionem eſiſtas premerem, quàm præceps eas in lucem iactarem.

Vigin-

Viginti quæſtiones partim Scholaſticas, partim, quas vocant, Expoſitiuas die vna diſſerui. Et quidem numero nequaquã plures, quoniã per Academiæ ſtatuta nõ licuit: & genere non alias, quia has præ alijs gratas diſcipulis futuras intellexi. Poſtquàm verò à me impetrarũt, ſeu potiùs extorſerũt vt eas euulgarem, pro eo ac debui accuratiùs eas expoliui, minimè tamẽ immutaui, vt vos qui teſtes fuiſtis auriti cum dicerem, eſſe oculati poteſtis, ſi quæ ſcribo legeritis. Appoſui Relectionem Theologicam, quoniã & eam publicè habitam pro ſuſcipienda licentiæ laurea, vrgentiſsimè auditores flagitabant. Eius copiam priùs amicis feceram, eam vt è meo codice trãſcriberent: inde menda irrepere cœperũt, nam mendoſè ſcripta, mendoſiùs in exempla transfuſa, mendoſiſsimè per manus multorum propagata eſt. Et quidem ſi nominis mei iactura dumtaxat ageretur, ferrem moderatè: verùm doctrinę iacturam ferebam moleſtiſsimè. Eam proinde reuiſere & caſtigare, vt quàm emendatiſsima prodiret cum alijs quæſtionibus oportuit.

ij. Cur non alias, nec plures quã 20. quæſti. edit.

Ratio editę Relectionis

Qui eius actus, quem vulgò Quodlibeta vocant, conditionem norunt, ſciunt, niſi aliqua iocundæ vtilitatis illecebra veluti ineſcati detineantur auditores, omnes tam proli-xi negotij faſtidia fugere. Qua de cauſa ſubtilioribus & diuinis Theologiæ cõtrouerſijs, humaniores interponere opus quandoq; fuit: vt è locis ſcopuloſis emergẽtes, in amœniora humanitatis otia, velut in portũ ſe reciperẽt. Has ego illis vt amœnitates offerre poſſem, hæc ſtudia, quæ puer didici, prouectus ætate dediſcere nolui. Quãquàm nõ tàm prouectus, vt quo tẽpore hic liber in vulgus datur, anno Chriſti 1588. vix ego ſecundum ſupra trigeſimum annum attigerim.

iij. Cur tãta doctrinæ varietas hic poſita ſit.

Stylum adhibui, quẽ pro nimia dicendi ac ſcribendi celeritate potui, ornatũ minimè, ſed rudem ac incõptum, qualẽ ferè habent Theologi: quorũ cũ textus integros ac permagna fragmenta meis ſcriptis inſerere debuiſſem, æquum arbitratus ſum, vt eorũ dictioni mea nõ eſſet abſimilis, ſed potiùs ſimili filo & contextura ſermo procederet, neque Sicyonios calceos, vt dicitur, Socrati ineptè induerẽ, vt Theodoretus ſic habet initio librorũ de Grẽcorũ affectionib. Politioris itaque literaturæ candidatos plurimùm rogatos velim, vt rhetorum phaleris adornatam orationẽ aliorſum petant: nõ enim, vt re

iiij. Excuſat author ſtyli, & dictionis rnditatem.

& è alicubi Mag. Cano ſcriptū reliquit, debet ſcriptor Theologus duplicē lectori laborē faceſſere, vnū in rerū, alterū in verborū intelligētia, vt ad Theologū intelligendū, Grāmatico ſit opus interprete, vt in ſimili dixit D. Hieronymus. Quāuis non ibunt lectores inficias, Theologorum longè rudiorū lectioni aſſuetos ſe eſſe. Porrò ſi fallor, informes iſtas, quas ego illis in hoc libro meo offero materias, ipſi acceptas formēt & poliant: nam rerū grauiſsimarū copia & multitudine, defectum ſtyli ſatis compenſaſſe me ſcio.

v. *Cur tam multos, & paſsim authores citet author.*

Authores præterea tàm multos, tàm varios, è cunctis facultatibus, diuinis, ſcilicèt, & humanis accerſitos, Theologos, Iuriſprudentes, Phyſicos, Grāmaticos, Hiſtoriographos, & id genus alios in hoc libello Lector videbit. Quod æquiboniq; cōſulat precor: nam ego leuis meæ authoritatis probè conſcius, non ſolùm ratione, ſed grauiſsimorum ſcriptorum frequentiſsimis teſtimonijs, aliquod debui meis dictis pondus fidei cōciliare. Eos verò nō ſolū in diuerſum, ſed in aderſum etiā interdū agētes, & mutuò pugnātes in aciē ꝓduco: nō vt eos alternis ſe debellātes & lacerātes ſpectare geſtiā, aut proſtratis debellatiſq; cōuicier, ſed vt veritas ſic ab inſurgentiū calūnijs aſſerta, vindicata ac ꝓpugnata, caput victrix efferat, & dilucidius ac plauſibiliùs cūctis niteat, & legētiū animis ſe inſinuet. Elēchum verò authorū quos allego, facere, vix ad aliud quā ad oſtētandā inutilē diligentiā deſeruire ratus ſum.

vj. *Qualiter author Thomiſtarū viā ſequatur in hoc libro.*

Nullius autē in verba Magiſtri in his diſputationib⁹ iuraui. Loquor de Magiſtris recentioribus, nā antiquorū Patrū pedibus, caput ego meū non ſolū humiliter, ſed iuſtè ſuppono. Sed & præ cæteris Theologis D. Thomā ſelegi, cuius doctrinę & placitis inhæreā: quanuis nō ita hęrebo, vt ſi quando alicunde radius veritatis affulgeat, non deheā poſt eā liberè & expeditè currere. Refert Mag. Cano. 12. de Locis, Sapiētiſsimū Victoriam à S. Thom. interdum diſſenſiſſe, maiorēque in diſſentiēdo quàm in cōſentiendo laudē fuiſſe cōſequutū. Et quidem, vt fatear ingenuè, vix ego in hoc opere, vbi à D. Tho. diſſentiā, recolo. Thomiſta enim ſum, quāuis nō de genere eorū, qui noſtra tēpeſtate, hac ſe nomēclatura inſigniūt: nam S. Thomā ſequor, alia tamen via quàm eum ſequantur Thomiſtæ neoterici, vt cùm alibi ſæpè, tùm præcipuè in. q. 1. Schol. &, q. 2. & in Relect. ad calcē libri, experiri lector per-

perfacilè poterit. Sed qui Scoti cathedrę in hac Salmañ. Academia præfui, non ita debui Thomista prodire, vt Scoticæ doctrinæ professorem me esse dedignarer.

Quantum ad sacrorũ Bibliorum testimonia attinet, quòd interdum ea vel iuxta Septuaginta, vel in Psalmis iuxta D. Hieronym. vel iuxta nouas translationes, Vatabli, Isidori, Pagnini, &c. adduco, nullus est scopulus, in quo impingere iure possit Lector. Nam ego Vulgatam editionẽ pro eo ac decreuit sacrum Concil. Trid. cæteris præferens, & parum in hac parte timendum mihi esse existimans, securo pede ad alias quandoque declino versiones, vt illis augustiorem esse scripturæ campum quàm prima facie videatur, ostendam: & ad plura sensa eruenda, & sic exactiùs intelligendam Vulgatam, studiosos Vulgatæ iuuem.

vij. Loca scripturæ cur interdũ non iuxta vulgatam hic adducantur.

Locorum scripturæ sensum tantùm literalem in hoc libello sequor: nam mysticorum nullam in eo rationem habendam esse putaui. Cuius cõsilij rationem reddo Quæst. 2. Exposit. Eò loci Lector recurrat, nam ego earundem rerum iterata scriptione, nolo ad iustæ magnitudinis volumen, meum crescere librum.

viij. Sẽsum literalẽ scripturæ solũ hic author sequitur.

Pro sacris concionibus faciendis ad populum, habent hîc studiosi Ecclesiastæ copiosam rerum congestam multitudinem. Eam ego digerere, & per annuos sermones distinguere nolui. Et quanquam id recentes scriptores vulgò faciant, ea spe potissimùm ducti, quòd venales suas scripturas cõcionatoribus faciant, aut quòd popularem auram & plausum sibi concilient: aut, vt credibile est, quòd labore inquirẽdi & digerẽdi materias pro sermonibus Lectores leuẽt: primum nisi auarus scriptor non faciet: secundũ, nisi vanus: tertium nisi nimiùm officiosus. Ego verò, quòd ad hoc postremũ spectat, Lectorem tam indiligentem, aut tam inscium, qui hac mea diligentia, indigeat nolo.

ix. Pro concionatoribꝰ hic cur non sint loca digesta.

Censurã sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quã Catholici & prudẽtes scriptores in Theologicarũ disputationũ initio, se subire velle protestãtur, ego quidẽ minimè reluctabor. Quinimò nõ solũ primę sedis Romanæ, sedetiã cuiusuis orthodoxi correctioni, totũ, & dicto vel scripto, aut nũc aut vsquã vnquã docuero, didicero, seu quomodocunq; sensero, subiectũ esse volo. Hinc cũ huic libello inserta testimonia lector offende-

x. Ecclesiæ & orthodoxorũ iudicio cuncta author subijcit

rit,

rit, quorundã authorũ quorũ, opera per ſanctæ Inquiſitionis nouiſsimũ catalogũ aut expurgãtur, aut penitus abolẽtur, vt Andreæ Oſiãdri, Vuolphangi Latij, Mũſteri, Beati Rhenani, Eraſmi, Ioannis Rheuclini, Georgij Veneti, Vatabli, Iſidori Clarij, nihil de me ſiniſtrũ ſuſpicari debet: nã præterquã ꝙ doctrina eſt ſana & catholica, quam ex eorũ ſuſpectis libris ego circũſpectiſsimè hauſi, hauſi eam planè quando per ſanctum Inquiſitorum tribunal haurire licebat.

xj. Errata Chalcographiæ excuſat, & emẽdat author.

Erratũ pluribus in locis eſt quã per noſtrã licuit diligẽtiã. Verũ partim peſsima originalia manuſcripta, quibus Chalcographi vſi ſunt: partim verò ſeria alia negotia, quibus impreſſionis tẽpore diſtrictus, ego intẽdere libri correctioni parũ poterã, vt toties erratũ fuerit effecerunt. In tot nanq; ac tam diuerſas curas aliquãdo diſtrahebar, vt vix reſpirandi otiũ ſũ pereſſet. Porrò ea tantũ errata, quæ animaduerſione digniora videntur, excepimus. Per quæ corrigẽdus liber eſt, ſi quãdo eum iterum cudi contigerit. Nullus itaq; me veriùs illud Ouidij dicere valet,

Defuit & ſcriptis vltima lima meis,

& illud eiuſdem.

Emendaturus, ſi licuiſſet, eram

At in his quid moror? nã licet errata quæ ad ſcriptionẽ attinẽt, multa ſint, & plura quæ ad dictionẽ, tamẽ quæ ad ſententiã, lõgè plurima. Nec mirũ ſanè, quia dũ neceſsitate tractus potiuſquã voluntate ductus ſcribo, & mens aliò quàm ipſa vellet, vocatur, parcè & malignè & verba & ſententias ſuggerit. Quod de ſe priùs me dixit Luyſius Legioñ. Magiſter meus ſapientiſsimus ac Pater obſeruantiſsmus, in ſua ad explanationem Cantici Canticorum præfatione. Verùm ipſe modeſtiæ & humilitatis, ego verò veritatis ergò dixerim. Deniq; quia vt ille dixit,

Iuuenesque ſenesq;,
Et pueri naſum rhinocerotis habent:

id ſupereſt remedij, quòd, vt idem Martialis, lib. 10. epig. 1.

Si nimius videor ſeraque coronide longus
Eſſe liber, legito pauca, libellus ero.

ERRATA

ERRATA.

Pag.85.lin.21.lege alliciunt. *lin.pen.le.* perſeuerant. *pag.112. lin.22.le.* placare. *pag.130.lin.13.le.* ego. *pag.169.lin.3.le.* columbam, ſed. *pag.223. pag.235.lin.26.le.* deducit, *pag.237. lin.18.le.* neceſſariarum. *lin.30.le.* perpetui. *pag.241.lin.23. le.* leges. *pag.265.lin.21.le.* tractatione. *pa.309.lin.5.le.* paparum. *pag.348.lin.24.le.* eſt. *pag.428.lin.32.le.* Præpoſitiuus. *pag.438.lin.10.le.* nullus. *pag.457.lin.1.le.* diuerſitatis. *pa.465.lin.2.le.* ſerendum. *pag.466.lin.21.le.* antè. *pa.481. lin.1.le.* Indicat. *pag.487.lin.2.le.* decem & octo. *pa.522.le.* vtcunq;. *pa.541.lin.16,& 19.le.* vſuarius. *pag.588.lin.13.le.* inſit. *pa.596.lin.16.* debito. *pa.607.lin.32.le.* damnis. *pag. 625.lin.10.le.* qui. *pa.634.li.29.le.* ſit. *pa.657.lin.12.le.* libr 3. *pa.670.lin.29.le.* Hæc. *pa.677.lin.9.le.* ei. *pa.787.lin. antep. le.* arce remouere.

Con eſtas erratas eſta correcto eſte libro conforme a ſu original. En teſtimonio de lo qual lo firme. En Salamãca, oy 26. de Iunio. 1596. años.

El Corrector. &c. *Manuel Correa de Montenegro.*

Quid

Quid in hac ſecunda editione præſtitum ſit.

QVi me, vt librum primò ederem, improbis precibus adegerunt, ij, vt ſecundam eius editione molirer, precati ſunt. Quæ verò me cauſę vt primis nõ reniterer, mouerunt, eædem vt ſecundis acquieſcam, mouent. Quas noſſe volẽtẽ, ad ea quę ſuperiùs ſcripta relinquo, cogor remittere vt ego ea, quæ retrò ſunt obliuiſcens, ad vlteriora me conferam. Duo enim lectorẽ, ad nouæ editionis lectionẽ anhelantem, cito ac breuiter monere cupio. Alterum, me ſingulis quæſtionibus, quoniam prolixiores, quàm putarã, euaſerunt, præpoſuiſſe Sũmariũ; quo omnia, quæ in vnaquaq; quæſtione copioſè tradũtur, poſsit vnico Lector intuitu, ad breue epitomè redacta, quaſi à limine perluſtrare, & ea, quæ vel grata vel vtilia ſibi iudicauerit, legere; cætera vel in aliud tempus vel ad alios lectores remittens. Alterum, quoniam denuò librũ edo, multa me in eo inuertiſſe, plura ſuſtuliſſe, & addidiſſe plurima. Quod lector, quoniam vbi & quandò factum ſit, ſcire volet, aſteriſcum ſtellulamve in eius loci margine, vbi aliquid notatu dignum innouatum aut additum eſt, affixi. Lege ergo & fruere; meq; magnum in Secundam ſecundæ D. Thomæ, Commentariorum volumen concinnantem, & nuper, Deo auſpice, editurum, iuua, anima & accende, ſuſcipiendo amicè & legendò auidè libellum hunc. Vale. Salmanticæ, 22. die Iunij. Anno, 1596.

Sum-

SVMMARIVM PRIMÆ Quæstionis Scholasticæ.

§.1. IN diuinis actibus quomodò sit prius & posterius, ex S. Tho. Alex. Bonau. Ægid. Omissis Scoto & Gabriele.

§.2. Nomine prædestinationis, dilectionis & electionis diuinæ, quid intelligatur, & quòd in hac quidem sit intelligendum.

§.3. Prima opinio, quod priùs Deus naturam quàm gratiam condere decreuerit. 1. quia prædestinatio supponit præscientiam futurorum. 2. quia accidēs supponit subiectū, & gratia naturam 3. quia prædestinatio superuenit prouidentiæ. 4. ad idem. 5. ex Patribus.

§.4. Altera sent. opposita. Citantur authores. Explicantur Scoti signa seu instantia.

§.5. An in via S. Tho. tenentis, Christum venisse propter peccatum, sit vera hæc sententia. Peccatum an potuit assumi vt medium incarnationis.

§.6. & 7. Statuitur hæc sent. quòd prædestinatio sit primum decretorum Dei: & adducuntur quinque eius explicationes. Refutantur.

§.8. Vera explicatio. Afferuntur sex egregia Pauli testimonia, & optima D. P. Aug. quòd omnia facta sint propter prædestinatos.

§.9. Tractatur quòd Christus sit rerum omnium primus in mente Dei. Cur dicatur primogenitus creaturarum, Germen, Corpus, & creaturæ, Vmbra. α καὶ ω.

§.10. Expenditur ratio Scoti. Et refutantur rationes aliorum. Et ostenditur, ex vi prædestinationis omnia etiam naturalia sequi.

§.11. Explicatur latè illud Pauli, Quos præscinit & prædestinauit, &c.

§.12. Quòd in communi & in particulari prius sit intenta gratia quàm

quàm naturæ.

§.13. *Quomodò sit prior prouidentia prædestinatione. Et quòd nec prouidentia nec reprobatio sit, nisi sola prædestinatio, vel à sola prædestinatione.*

§.14. *Quòd peccatum & eius permissio & remedium nõ fuere priùs in mente Dei quàm incarnatio Verbi.*

§.15. *Prædestinatio supponit præscientiã futurorum, explicatur latè Orationes Stephani effectus prædestinationis Pauli.*

§.16. *Triplex rerum ordo à Caiet. traditus, naturæ, gratiæ, vnionis hypostaticæ, expenditur & defenditur.*

§.17. *Quomodò propter Christũ visum absolutè, Deus voluerit prædestinare in communi, non verò ordinare & media apponere ad gloriam, nisi propter Christi passionem.*

§.18. & 19. *An passibilis vel impassibilis, & secundùm scientiam visionis, &c.*

F. AL-

A

F. ALPHONSI MENDOZÆ, AVGVSTINIAni, Sacræ Theologiæ Magistri ac professoris Salmanticensis, Quæstiones quodlibeticæ.

B

QVÆSTIO PRIMA SCHOlastica, de Prædestinatione.

VTRVM PRIVS DEVS creaturas rationales prædestinauerit, quàm naturam earum prouiderit.

C

QVAESTIO est, quam non vulgò disputant Theologi, digna tamen quam disputent & diligenter examinent, propter incredibilē vtilitatem, quam vel solus eius titulus pollicetur: quāq; ego polliceor, qui à fundamentis totā huius disputationis dictionem construxi & ordinaui, eā vt ante oculos omnium constituerem.

I. *Qua ratione vnus actus diuinus sit prior alio.*

PRincipiò ipse quæstionis titulus euoluendus & explicādus est. In eo namq; tanquàm certum constituitur id, quod apud omnes non habet eundem gradum certitudinis

A

nis videlicet, actuum & decretorum Dei vnum esse prius alio. Duæ sunt extremæ hac in parte sententiæ, quas vt evitent & mediam sequantur viam, qui quæstionem proposi tam tractare voluerint: paucis commemorabo. Prior est, quam vulgò imputant Doctori subtili Scoto, in. 1. sentēt. dist. 12. q. 2. & in 2. d. 1. q. 1. artic. 2. & in quodlibetis. q. 4. ℣ in ipsis actibus diuini intellectus & voluntatis, sit ordo quidam naturæ antecedens omnē cōsiderationem nostram: secundùm quem vnus diuinus actus est prior alio. Quod, qua ratione à Scoto dictum accipi debeat, non multū mea refert impræsentiarum expendere. Videtur autē id dicendi occasionem inde sumpsisse, quòd iā antè, in. 1. sentent. d. 2. q. 7. §. sed hic restat. & d. 8. q. 4. latissimè, quandam confinxerat distinctionē, ex ipsa natura rei, antecedentē considerationem nostri intellectus, in ipsis actibus & attributis Dei. Vbi autē ordo & distinctio ponitur, prioritas etiam & posterioritas ponatur necessum est, vt tradit S. Thom. 2. 2. quæst. 26. art. 1.

Sententia Scoti. A

B

Sententia Gabrie.

Posterior sententia est Gabrielis multis in locis: nam in 1. d. 9. q. 3. art. 3. dubio. 2. ex Ocham, & Gregorio, ordinem naturæ, quem Scotus assignauerat, refert ac reijcit. Deinde in 3. d. 2. q. vnica. art. 3. dubio. 3. ait, prioritatem illam & ordinem signorum Scoti nulla ratione in diuinis admitti debere. Et deniqúe tàm eó loci, quàm d. 19. eiusdem libri. 3. q. vnic. ar. 2. conclusione. 4. in fine, contra Scot. & contra omnes expressissimè, omnem ordinē, omnemq; prioritatem, etiam quam secundùm nostrum modū intelligendi possemus excogitare, à diuinis actibus remouet, in hūc modū dicens: Vnus enim est actus in diuinis indistinctus, quo vnica cognitione præuidit Christi incarnationē, omnium electorum futurā beatitudinem, casum & reprobationem: neq; vnum priùs, aliud posteriùs. Et d. 2. sic ait: In nullo signo prædestinauit quemcunque ad beatitudinem, quin in eodem prædestinauit omnes beatificandos, & præuidit omnes damnādos, & præuidit omnia futura, neq; est talis ordo in diuinis: sed simul vidit Deus merita & demerita, pœnas & futura præmia. Hæc Gabriel. Iam ergo iuxta hoc

C

A ta hoc dogma Gabrielis, ociosa esset & superuacanea præ
sens nostra disputatio, qua inquirimus, an priùs Deus natu
ralia quã gratuita & diuina decreuerit cõdere: nã dicit ille,
nõ licere nobis ordinẽ aliquẽ in diuinis actibus assignare.

Sed planè Gabriel trepidauit timore vbi non erat ti *Vera sentẽ*
mor: Scotus verò non timuit vbi nonnulla erat timendi *tia commu*
ratio. Nos verò eorum periculo docti, auream, quam ap- *nis.*
pellauit Horatius, mediocritatem tenebimus: nam vere-
bimur quidem ordinem & prioritatem realem in diuinis
actibus constituere. At secundùm rationem, & conside-
rationem nostram, ordinem ponere non formidamus,
cum ipsomet Scoto in. 3. d. 32. quæst. vnic. art. 3. & Alexan
B dro Alens. 3. part. quæst. 3. membro. 5. & AEgidio Rom. in
1. sent. d. 41. quæst. 1. ar. 2. in initio. Caietano. 1. p. q. 19. ar.
5. Syluestro in Rosa aurea super euangelia, tractatu. 3. q. 1.
Alberto Pyghio, lib. 10. de lib. arb. in initio. qua etiam via
inoffenso incedunt pede cæteri Theologi. Et, si vacaret, de
monstrarem non difficili negocio, Scotum à communi
Theologorum doctrina, hac in parte minimè dissidere, vt
ferè ostendit Caietanus. 1. part. q. 42. art. 3. quamuis Gre-
gor. in. 1. dist. 9. quæst. vnica. §. His præmissis. acerbè taxet
& increpet Scotum in hac parte.

Sed hæc missa facientes, & in commodiorem reseruan *Explicatio*
tes locum, breui ostendamus, qua ratione constituenda sit *sentẽtiæ cõ*
C hæc prioritas in diuinis. Alexand. his verbis luculenter id *munis.*
explicat. 3. par. q. 3. suprà, vbi differens, qua ratione præde
stinatio Christi sit prior nostra, & sit causa nostrę, dicit sic:
Attendendo ad principale significatum, quod est diuina
præscientia cum approbatione, prædestinatio Christi &
aliorum simul sunt in mente diuina; attendendo verò ad
connotatũ, quod est gratia & gloria Christi & nostra, est
ordo prædestinationis Christi ad alias prædestinationes,
secundùm quòd gratia & gloria Christi est causa gratiæ &
gloriæ nostræ. Hæc ille. Certè hanc ob causam S. Thom. 1.
contra gentes. c. 87. erroneum existimat dicere, sic omnia
pẽdere ex simplici Dei voluntate, vt nulla sit ratio diuino-
rum actuum assignanda. Quare, si petatur, quare Deus cõ

didit hominẽ? rectè dicitur, vt decoraretur orbis: si, quare dat gratiam? rectè dicitur, quia vult dare gloriam. Et D. Bonauẽtura in. 1. dist. 41. art. 1. q. 1. Si quæratur, inquit, quare Deus vult pluere? respondetur, propter nostrã vtilitatẽ. Et inde nos colligimus, priùs â Deo volitã fuisse & intentam gloriam quàm gratiam, & decorẽ vniuersi quã hominem, & vtilitatem hominis quàm pluuiam: hoc autem totum refundi non debet in ipsas volitiones & intentiones Dei, quasi multæ sint, quarum vna sit prior alia; sed in res ipsas volitas & intentas, quarum vna prout â Deo volita, in suo esse & in sua bonitate dependet ab alia, & est ab alia aut propter aliam, vt etiam accuratè considerauit Ferrara 1. contra gentes. cap. 86. A

Ægidius Roman. auditor Sanct. Thom.

Ad idem facit, quod idem doctor fundamẽtalis AEgidius, D. Thomæ discipulus & auditor, multis in locis suæ doctrinæ, sed præsertim in allegatis locis, scilicet, in. 2. dist. 1. par. 2. q. 1. art. 2. disputãs, vtrũ Deus agat propter finem, dicit: eatenus Deum agere propter finem, quatenus rebus talem dedit naturam, vt sint atque dirigant & agãt propter finẽ: quamuis id etiam explicet alijs modis, qui ad nostrum institutum minimè pertinent. B

Iam ergo cum in dubium vocamus, an prius Deus intẽderit & prouiderit gratiam quàm naturam, id solum inquirimus, an gratia sit â Deo volita propter naturam, tanquam propter finem: an verò secundò viceuersa, natura propter gratiam; aut tertiò, neutra sit propter alterã, sed independenter & seorsum vnaquæque fuerit volita & producta sine ordine ad aliam. Sine ordine, inquã, medij & finis, nam gratia ad naturam tanquam ad fundamẽtum & subiectum sui, semper debet dicere ordinem. Rectè Syluester in Rosa aurea, loco citato, Multa sunt, inquit, in rerũ natura, quæ interse nullum habent ordinem excellentiæ aut prioritatis, nec â se vicissim pendent secundùm aliquod genus causæ, vt, verbi gratia, lapides & formicæ; albedo & logica: & de his rebus certum esse debet, seorsum & absque alterna dependentia volitas & prouisas esse â Deo, quãtùm nobis licet existimare: eò quòd nullũ inter sese res illæ ordinem habere videantur. Examinare ergo nos debemus C

an na-

A an naturalia, & supernaturalia ad hoc tertium genus perti neant, quod quidam dicunt, vt neutra sint prouisa aut con dita propter alia: an verò viceuersa alia propter alia intenta sint; & rursus, an naturalia propter supernaturalia: vt in de nostri dubij resolutionem comparemus.

II. *Quid nomine electionis dilectionis, & prædesti.*

SEcundo loco circa verba illa eligendi & prædestinandi in titulo quæstionis posita, præfari breuiter est operepretium, electionẽ, dilectionem & prædestinationem non vnum, sed multos actus esse, nostro modo intelligendi, ipsosq; magnoperè differentes. Et quidẽ cùm aliàs multifariam potest inter eos discrimen assignari, vt latissimè
B & eruditissimè deducit A Egidius, in primo, loco citato: tũ verò maxime, quantum ad nostrũ spectat institutũ, in hoc distinguntur, quòd electio & dilectio antecedunt prædestinationem, vt habet S. Thom. 1. p. q. 23. art. 4. sicut enim efficax applicatio & ordinatio mediorũ ad finem, præsupponit efficacem intentionem & volitionem finis, ita prædestinatio (quæ nihil est aliud quàm ordinatio mediorum ad finem beatitudinis, vel ordinatio aliquorum in finẽ beatitudinis per certa media) supponit in Deo voluntatem efficacem conferẽdi eis beatitudinem, illis inquam præ alijs, in quo ratio electionis & dilectionis consistit. Est namque dilectio, quatenùs est volitio conferendi illis gloriam, est
C verò electio quatenùs illis plusquàm alijs, vult illũ finem beatitudinis. Præterea, electio & dilectio sunt actiones à diuina voluntate profectæ: contrà verò prædestinatio ab intellectu, vt contra Scotum, & Gregorium Arimin. tenent discipuli S. Thomæ, de quo aliàs. Quamuis itaque his atq; multis alijs modis differant diuini isti actus, in præsenti tamen disputatione confusè à nobis & citra aliquem delectum vsurpabuntur, videlicèt, pro actu illo, quo Deus voluit ac decreuit homines & angelos, in gratia & gloria constituere, siue id fecerit per actum electionis, siue dilectionis, siue prædestinationis. Omnes enim isti actus ad rerum supernaturaliũ ordinem spectant, & quidquid supernaturale est, ab illis habet proficisci & prouideri: cõtrà verò omnia naturalia à nullo illorum trium actuum habent

fieri, sed potiùs à quadam alia prouidentia ac dilectione naturali, secundùm vulgatum modum loquendi Theologorum: quem tamen ego conuellere & expugnare conabor, & in hoc totos contendam neruos. Cætera vocabula ac nomina in titulo quæstionis posita, dilucidiora ac manifestiora sunt, quàm vt nostra indigeant explicatione. Iam ergo quæstio præsens erit: Vtrùm actus iste, quo Deus decreuit & voluit quibusdam gratiam & gloriam dare, præsupponat secundum rationem & cõsiderationem nostrã, aliũ actum prouidentiæ naturalis, quo Deus eorundem, siue hominum siue angelorum, naturam condere destinasset: an verò priùs elegerit, dilexerit & prædestinauerit certos illos ad diuina bona gratiæ & prædestinationis, & deinde alio actu, secundùm nostrum captum & intellectum, prouiderit & decreuerit eos condere. Et quidem, aut ego fallor, aut quæstio erit cũ iucundissima tùm vtilissima, & sanè non fallor.

A

Sensus totius quæstionis.

B

III. *Prima sententia quod prius Deus naturã quã gratiã prouiderit.*

EST iam prima sententia, quam nõ vnus & alter Theologus, sed omnes ferè vnanimi consensione verisimã censent. Videlicèt, naturæ ordinem præsupponi ad ordinem gratiæ, in diuina mente: atque adeò priùs Deum naturalia quàm supernaturalia ab æterno condere decreuisse. Quod adeò verum esse existimant, vt ex antiquis Theologis nullum, & ex recentioribus aut nullum, aut vnum vel alterum reperiant, qui in quæstionem hoc vsquam verterit. Tam constãs apud omnes semper fuit, prius esse intẽta & prouisa à Deo naturalia, posterius verò supernaturalia. Vnde in hunc modum statuunt & enumerant actus diuinos, vt dicant, primò omnium se ipsum Deum cognouisse & dilexisse: secundò, voluisse manifestare suam bonitatem, sapientiam & alia attributa, profundendo & communicando rationem entis rebus omnibus alijs extra se: tertiò, cognouisse scientia simplicis intelligentiæ infinitos modos, quibus suam poterat ostendere & impertiri bonitatẽ: quartò autem, cum ventum est ad particularem communicationẽ sui, voluisse primò omniũ condere rerũ naturã, cœlum, elementa, mista, viuentia, &c. Et hinc incipiunt dissen-

C

A dissentire Doctores: nam Scotus in 3. d. 19. q. vnica. §. In ista quæstione, cui, velut membra capiti, adiunguntur tui, quos Scotistas appellant, contendit persuadere, post decretum de creaturis quantùm ad earum naturas, statim à Deo decretum fuisse de omnibus prædestinatis, & ibi de Christo: saltim hanc esse Scoti mentem, volunt Scotistæ. A qua tamen liberandus & asserendus est à me paulò infrà. Thomistæ verò (hoc enim nomine asseclas doctrinæ D. Thomæ Theologorũ schola appellat) neq; de Christo neq; de prædestinatis quidquam Deum dicunt prouidisse, quoad vsq; visa sunt omnia naturalia, & omnia gratuita spectantia ad statũ innocẽtiæ, & peccatum primorum parentũ. Quare
B vtraq; Theologorum sententia in hoc vno videtur conuenire, quòd esse rerum naturale præsupponitur ad prædestinationem Christi & nostram.

Et probatur paucis quidem, sed fortissimis medijs (non enim est animus ingentem argumentorum syluam congerere, sed pauca quidẽ numero, & virtute maxima.) Primò ergo arguitur, quia illud sancti Thomæ dictum in 3. p. q. 1. art. 3. ad. 4. Prædestinatio supponit præscientiam futurorum, aperto D. Pauli, Roman. 8. testimonio niti videtur. Quos præscinit, & prædestinauit, &c. vbi Paulus insinuat, Deum eos prædestinare non potuisse, nisi præsciret, id est, priùs eos sciret (vt habet glossa S. Thomæ, ibi, lectio. 6.) ergo
C prędestinatio non est actuum Dei primus, sed precedit scientia, qua, videlicet, præscit & præuidet secundùm suas naturas eos, quos in secundo signo prædestinare debet.

Argumẽta huius sent.

Primum.

Roman. 8.

Secundò, ex ipsa rei natura constat, non posse intelligi, quòd quis intendat subiectum aliquod perficere, altioriq; dono illustrare, non præuiso subiecto, aut saltim nõ præscito vt infallibiliter futuro, præsertim si donum sit gratuitũ & supernaturale, (quod dixerim propter bonum naturale creationis, quod nõ supponit subiectum existens, imò per ipsam creationem habet existere). Sanè non nisi in natura gratia fundari potest, & ideò ea quæ sunt gratiæ supponere debẽt ea quæ sunt naturæ: quæ sunt verba AEgidij in. 2. dist. 28. quæst. 1. art. 2. statim in initio. Confirmatur, quia

Secundum.

Deus efficere nequit creaturã, cui naturalis sit gratia & glo A
ria & cætera bona prædestinationis, cuiq; impeccabilitas
Gratia non potest de lege esse alicui naturalis. sit naturalis, vt ostẽdit S. Tho. in. 2. d. 23. q. 1. art. 1. & de ve-
rit. q. 24. art. 7. & cõmuniter Theologi ibi, in. 2. d. 23. AEgi-
dius. q. 1. art. 1. Argẽtina. q. 1. art. 4. Ricardus, Bonauẽtu-
ra, Durãdus, & oẽs: soli Deo naturale est habere gratiã &
gloriam, nõ ab alio quopiam mẽdicatam & acceptã: cæte-
ris autem omnibus supernarurale est, id est, vim suæ natu-
ræ lõgè excedẽs; ergo intelligi nõ potest, q̃ ad suscipiendã
gratiam & gloriam non præsupponatur quis iam habens
naturam, cui, scilicet, fiat illa gratia donorum supernatu-
ralium. Et ex consequenti cùm imaginamur Deum exco-
gitantem & prouidentem de rebus gratuitis, iam præces- B
sit nostro modo loquendi prouidentia de naturalibus.

Tertium. Tertiò arguitur, præmittendo id quòd apud omnes est
constitutum, scilicèt, prouidentiam in Deo priorem esse
prædestinatione, vt habetur in S. Thoma, de Veritate. q. 6.
art. 3. vbi dicit, prædestinationem se habere ex additione
ad prouidentiam. Et. 1. p. priùs hac ratione de prouidẽtia,
quàm de prædestinatione disputat. Et idem facit Mag. in
1. & ibi omnes Doctores, & Alexand. 1. p. & ratio id con-
uincit. Nam absurdum esset dicere, prædestinationi super
uenire prouidentiam, esset enim hoc facere prędestinatio-
nem inefficacem, & alterius indigentem præsidio. Est er-
go prior prouidentia: aliquem enim inter sese ordinẽ ha- C
bent. Ex quo iam sic argumentor, Prædestinatio supponit
prouidentiam, ergo ea quæ fiunt per prædestinationem,
supponunt ea quæ fiunt per prouidentiã. Qualis enim or
do inter actiones reperitur, talis inter earũ terminos & ob-
iecta reperiri debet. Cũ ergo actus prouidẽtiæ sit prior prę
destinatione, res prouisæ priores debent esse, rebus præde
stinatis: sed res prouisæ sunt res naturales, hæ ergo prę-
cedunt in intentione Dei eas, quę per prędestinationẽ fiunt,
scilicèt, res supernaturales.

Quartum. Quartò, Res naturales non habent fieri & produci in re-
rum natura ex vi diuinæ prædestinationis: & licèt aliquæ
earum interdum ex vi prædestinationis sequantur, at om-

nes

A nes impossibile est ab ea fieri, ergo quærenda & constituenda est in Deo aliqua alia prior prouidentia, videlicèt, communis & generalis, ex qua res omnes naturales sequi debeant. Antecedens patet, quia ex prædestinatione non sequuntur, nisi quæ cum fine prædestinationis habent ordinem, quæque ad finem ipsum conducunt, qualia sunt, gratia, merita, & alia quæ numerauit Paulus, Romanor. 8. vocatio, iustificatio, &c. Quòd si notabilio Rom. 8.
res quidam euentus naturales interdum ex prædestinatione electorum sequuntur, id certè ideò fit, quia tales euentus ad salutem electorum conducere debent. At res quædam minutissimæ & vilissimæ, vt putà, numerus guttarum
B pluuiæ, numerus arenarum maris, muscarum, formicarũ, non apparet quid ad præaltum & eleuatissimum prædestinatorum finem faciant: atque adeò dici neque potest, neque debet, quòd minima ista per prædestinationem fiant, sed per generalem quandam & cõmunem prouidentiam, antecedentem omnem prædestinationem.

Quintò, saltèm in via D. August. & D. Ambrosij, & se Quintum.
rè sanctorum, quorum sententias & loca collegit Marsilius in. 3. quæst. 1. artic. 3, hæc doctrina defendi nequit. Enimuerò D. August. Epistol. 105. & 106. & libr. 1. ad Simplicia num. quæst. 2. & in Enchiridio. capit. 94. & alibi sæpè, docet, totum negotium prædestinationis & reproba-
C tionis factum fuisse post præuisum originale peccatũ. Et S. Tho. 1. p. quæst. 23. artic. 1. ad. 3. idẽ habet; & vbiq; locorum docet ferè cum patribus, Christum fuisse prædestinatum in remedium peccatorum, in salutem humani generis, in perfectionẽ vniuersi, in naturæ, præsertim humanæ, gloriam & exaltationem. Et. 3. par. q. 1. art. 3. ad. 4. Prædestinatio, inquit, supponit præscientiam futurorum. Ex quibus omnibus consequi videtur, cum ventum est ad decretum de prædestinatione Christi, iam Deum optimum maximum præuidisse & præuoluisse homines & eorũ salutẽ & totum vniuersum, præsertimque humanitatem, quam assumpturus erat. Eò enim ipso quòd destinatur humana natura ad vnionem hypostaticam cum verbo diuino, iam

præuolita & præuisa intelligitur ipsa caro & humanitas. A
Atque adeò ante decretum incarnationis, alia de carnis & humanitatis & totius vniuersi natura decreta, in diuina mente, intelligimus præcessisse. Quòd si prouidentia, qua res istas Deus esse voluit & decreuit, præcedit Christi prę destinationem, præcedit & nostram, hominum & angelorum: nam prædestinatio Christi nostram præcedit ad minus, nam de angelis tam certum non est.

IIII. *Altera sententia quod supernaturalia sint priora naturalibus.*

EST secunda, ipsáque verissima sententia, nullũ actum pertinentem ad ordinem rerum naturalium, præcessisse in mẽte Dei prædestinationẽ electorum: sed primum omniũ actuũ fuisse prædestinationẽ, ex qua sequuta sunt cętera decreta, de condendo mundo, de creandis Angelis B
& hominibus, de permittẽdo peccato, deq; alijs huiusmodi ad ordinem naturæ pertinentibus. Itaque primum omnium decretorum Dei fuit prædestinatio Christi, deinde Angelorum & nostra: deinde decretum creationis rerum omnium naturalium: & hæc omnia ex illo primo decreto prædestinationis Christi & nostræ sequuta sunt. Prout illi co nonnullis rationibus, quæ magnam his tenebris lucem allaturæ sunt, commonstrabo. Neque verò destituta est hæc sententia optimorum Doctorum patrocinio, vt plerique, qui præsentem quæstionem à limine salutarunt, & in eius tractatione oscitanter se gesserunt, existimant: nam vt patres Ecclesiæ nũc omittam, seu potius remittam in §. C
9. sanè ex scholasticis recẽtioribus multi, & ex vetustioribus nonnulli, in gratiam huius opinionis, plurimùm insudarunt. Eam defendit Iacobus Naclãrus, super Epistolam ad Ephesios. c. 1. in digressione, Quo ordine & ratione de rebus definitum fuerit apud Deum. Idem habet Albertus Pyghius, lib. 8. de libero arbit. c. 3. & lib. 10. in initio. Huic etiam parti subscripsit Ambrosius Catherinus, lib. 1. de eximia prædestinatione Christi, in initio, & infrà adducens scripturæ loca, præsertim loco. 6. & 8. sed loco. 1. id habet expressissimè. Guillelm. Parisiens. lib. 2. de vniuerso, Viguer Inst. Theolog. in materia de incarnatione. c. 3. & 20. Melchior Flauius, & Iacobus de Val. de quibus infrà. Item

Petrus

A Petrus Galatinus, lib. 7. de Arcanis Catholicæ veritatis, à cap. 3. vsque ad. 9. vbi ex mente etiã multorum inter Hebræos doctissimorum, ostendit, Deum, amore Messiæ, & amore matris eius permotum fuisse ad totam vniuersi fabricam construendam: atque adeò primum omnium volitorum, fuisse Christum, deinde secundũ, prędestinatos, tertium conditionem naturæ rerum, &c.

Sed ex Sentẽtiarijs vnũ, qui instar mille nobis esse debet, depromamus. Is est Scotus. 3. d. 19. q. vnica. §. In ista quęstione. Vbi sic loquitur: Primò Deus intellexit se sub ratione summi boni: in secũdo signo intellexit creaturas omnes: in tertio prædestinauit hos ad gloriã & gratiam, &c. Hæc
B sunt signa Scoti àtãm multis tractari solita, & á tàm paucis benè intellecta. Sed profectò illis, aut ego fallor, aut nostrã insinuat opinionẽ, nõ enim ponit decretũ de creaturis (vt quidã existimãt) ante decretũ de prędestinatione, vt & verba sonare videntur: imò, si rectè inspiciatur, primùm omniũ ponit prædestinationem, videlicèt, in tertio signo: nam quę in primo & secundo signo ponit, ad decreta Dei non pertinẽt, sed ad simplicem rerum intelligentiam. Vnde consultò abstinuit Scotus, cum in secundo signo dicit, Deũ intellexisse creaturas, à verbo vidit, prouidit, intẽdit, decreuit, &c. tantũ posuit verbum intellexit, nimirum per simplicem intelligentiam: & hoc verissimũ est, prius per
C scientiam simplicis intelligentiæ cognouisse Deum & intellexisse creaturas, quàm Christum & electos prędestinaret. Cęterùm scientia approbatiua, & scientia visionis, & prouidentia, seu volitione efficaci & cõsequenti, primum quòd prouidit & voluit, fuit negotium prędestinatorum.

Signa seu instantia rationis Scoti explicãtur.

Sed, quoniam hæc explicatio sententię Scoti, multas potest pati calumnias: age, & eius mẽtem certiùs collimemus, recurrentes ad aliud eius testimonium. Id habetur in eodem lib. 3. d. 32. q. vnica. ar. 3. cuius verba tu attentè perspice, lector optime: sola enim attenta lectione, non glossa aut explicatione aliqua egẽt. Sic ergo dicit. Omnis ratio nabiliter volẽs, prius vult finem, & secundò illud quod immediatè attingit finem, & tertiò alia, quæ remotius sunt ordi-

Locus insignis Scoti pro nostra sentẽtia.

ordinata ad attingendum finem. Cùm igitur Deus ratio- A
nabilissimè velit, licèt nõ diuersis actibus, sed tantùm vno,
in quãtùm illo diuersimodè tẽdit super obiecta ordinatè:
Primò vult finem, & in hoc est actus suus perfectus, & vo
luntas eius beata: secundò vult illa, quæ immediatè ordinã
tur in ipsum, prædestinãdo, scilicèt, electos, qui immediatè
attingũt ipsum, &c. Et statim: Tertiò vult illa quæ sunt ne
cessaria ad attingẽdum hunc finem, scilicèt, bona gratiæ:
Quartò vult propter alios alia, quæ sunt remotiora, putà,
hunc mundum sensibilem, vt seruiat eis, vt sic verum sit il
lud. 2. Physicor. Homo quodammodò est finis omnium
sensibilium, scilicèt, quia propter ipsum volitum quasi
in secundo signo naturæ, sunt omnia sensibilia volita B
quasi in quarto signo. Illud etiam, quod est propinquius
fini vltimo, consueuit dici finis eorum, quæ sunt remo
tiora. Siue igitur, quia Deus vult mundum sensibilem
in ordine ad hominem prædestinatum, siue quia quodam
modò vult immediatiùs hominem amare se, quàm mun
dum sensibilem esse, homo erit finis mundi sensibilis.
Hæc Scotus. Quibus nihil clarius & asseuerantius à no
bis dici potuisset, à nobis inquam, qui hanc sententiam
asserere & firmare satagimus. Primùm enim omnium
ponit, Deum velle finem, ideſt, manifestationem suæ
bonitatis: secundum, prædestinationem electorum: ter- C
tium, bona gratiæ, quæ sunt fini prædestinationis aptio
ra & propinquiora media; quartum, mundum sensibilem,
id est, esse rerum naturale. Gab. 3. dist. 32. quæst. vnica. art.
1. notabi. 3. hoc idem Scoti testimonium ad verbum re
fert & sequitur. Vnde ponit hæc sententia, Christum præ
destinatum, non solùm ante cæteros omnes homines,
quod ponunt omnes Theologi, sed & ante omnes ange
los, quod non omnes, neque plures fatentur, sed pauci,
ideſt, Scotus, cum relatis superiùs & Viguerius, & Iaco
bus de Valentia, & quidam alij: sed & ante omnes etiam
creaturas: ita vt, qua ratione homo est, dicatur primoge
nitus omnis creaturæ, & ante cæteras omnes à Deo inten
tus & volitus, de quo multa inferiùs.

Sed

V.

An in doctrina Sãct. Tho. defendi possit secunda sentẽtia.

A Sed priusquàm ad huius verissimæ nostræ sententiæ probationes deueniamus, dubium hîc non prætereundum occurrit, an, scilicèt, in doctrina S. Thom. defendi valeat hæc nostra sententia. Prima enim & maxima, quæ in doctrina Sanct. Thom. sese offert, difficultas est, quòd Sanct. Thom. existimat, minimè Christi prædestinationem futuram, si homo nõ peccasset. Ex quo fieri videtur cõsequens, priùs à Deo visum fuisse peccatum, & volitam eius permissionem, quàm volita fuisset incarnatio Verbi: atque adeô non apparet quomodò in via Thomistarum, stare possit, quòd primum omnium decretorum Dei fuerit incarnatio seu prædestinatio Verbi, si iam præcessit peccati visio atq;
B permissio. Si verò priùs quàm peccatũ videretur, fuit Christus prædestinatus, iam ergo etiam non existente peccato, Christus, qui ante visum peccatum prædestinatus fuerat, veniret, quod directè pugnat cum doctrina S. Thomæ.

Quomodo licet Christus fuit prædestinatus ante visum peccatum, non veniret si peccatum non esset.

Vt ergo has sententias concilienus, aduertendum nobis est, licèt Christus fuerit prædestinatus ante visum peccatum & ante decretum creationis vniuersi, non sequi, quòd veniret, peccato nõ existente; sicut, neque veniret, vniuerso non existente & creaturis non existentibus. Licèt enim sit prædestinatus ante creaturas, non tamen inde pendèter à creaturis & vniuerso, imò cum habitudine ad illa: ad illa, inquàm, non tantùm tanquam ad materiam &
C subiectum, in quo & circa quod versanda erat vnio hæc hypostatica: sed etiam tanquam ad media, per quæ exequenda erat & in suum finem perducenda. Certè nunquã vult cordatus aliquis prouisor finem, nisi dependèter à medijs, neque vult finem nisi per media, neque vellet esse finem nisi simul vellet esse media: & à fortiori, neque vult totum sine partibus, formam sine materia, perfectionem sine perfectibili, accidẽs sine subiecto, gratiam sine natura: quocirca quanuis priùs velit finem, quàm media, non sequitur, quòd sit futurus finis, non existentibus medijs, quia nõ intenditur finis nisi dependenter à medijs. Certum est, Deũ priùs velle gloriam alicui, quàm ei velit gratiam atque merita. Cæterùm quia non vult gloriam sine gratia & meri-

tis,

tis, imò neque vult eam nisi cum dependẽtia à gratia & meritis, tanquàm à medijs; non sequitur, futuram esse gloriam, nisi etiam sint merita & sit gratia. Similiter priùs Deus & natura intenderunt hominem, quàm intenderent elementa, quibus homo constat. Cum enim homo sit rerum sensibilium finis (vt habet Arist. 2. Physico. tex. 24. & elucidat fusissimè & doctissimè AEgidius in. 2. d. 1. p. 2. q. 1. ar. 4.) priùs est volitus quã volita sint elemẽta: quia tamẽ nõ est volitus homo, sine elemẽtis, sed potiùs dependenter ab elementis, tanquàm à medijs, seu potius tãquam à materia, ideò non sequitur, futurum esse hominẽ, si elementa non essent. Ad hunc ergo modum, habet nostra sententia, priùs Deum voluisse vnionem hypostaticam & incarnationẽ verbi, quàm vellet permittere peccatum & condere naturam hominis & totius vniuersi. Quia tamen non est volita incarnatio sine peccato, imò dependenter est volita à permissione peccati & à natura rerum tanquàm à medijs vel tanquàm à materia, idcircò nõ sequitur, futurum esse Christum, si peccatum non esset, aut si vniuersum non esset. Atq; adeò, nisi existẽte peccato, non veniret Christus, quę est doctrina S. Thomæ. A B

Argumẽtũ contra. prædictã explicationem.

Hęc explicatio verissima est, in eo quod asserit, non fuisse volitum Christum neque prædestinatum, nisi depẽdenter ab vniuerso & à natura humana: ac proinde non futurum Christum, nisi existente vniuerso & existente humana natura. Cæterùm in eo, quod asserit, non fuisse Christum volitum, nisi dependenter à peccato, ægrè & non sine ingenti difficultate saluatur. Quanuis enim rectè intelligatur, Christum non fuisse volitum, nisi dependenter à creaturis & à natura humana; & similiter, gloriam non fuisse volitam, nisi dependenter à gratia & meritis, atque adeò hominem minimè fuisse volitum, nisi dependenter ab elementis: hęc tamen omnia idcircò vera sunt, quia creaturę & natura humana ordinantur tanquam subiectũ & materia, aut etiã tãquàm media necessaria & per se requisita ad esse Christi (nisi enim essent creaturę & esset natura humana, esse non posset Christus.) C

Et si-

A Et similiter gratia,& merita sunt media ad gloriam,& elementa ad constitutionem hominis. At verò permissio peccati,nulla ratione est mediũ,& multò minùs materia aut subiectum per se requisitum ad incarnationem verbi, & ideò potuit optimè & intendi & prouideri incarnatio independenter à peccato. Sed ad hoc dici potest, quòd licèt permissio peccati,ex natura rei,non sit medium ad incarnationem; cęterùm de facto, ex speciali Dei pacto & voluntate, assumpta est tanquam medium,per quod incarnatio fieret,alioqui nõ futura. Sic namq; gratia & merita,secundùm rei naturam & Dei omnipotentiam,nõ sunt media per se requisita ad gloriam,quia tamẽ de facto, & ex le
B ge & ordinatione Dei habent esse media,dicimus, Deum nemini voluisse gloriam,nisi dependenter à gratia & meritis.Similiter ergo licèt peccatum non sit, per se loquendo,mediũ ad vnionem hypostaticã; quia tamen Deus voluit ipsum assumere pro medio ad ipsam vnionem incarnationis, dicimus, Deum nõ voluisse incarnationẽ,nisi dependenter à peccato:& sic non foret incarnatio, si peccatum non esset: cũm quo bene stat, quòd prior fuerit incarnatio in mente Dei,quàm peccati permissio.

Solutio.

Peccatum ex natura sua an habeat vnde sit medium incarnationis

*[Scio gratiam & merita maiorem,suapte sponte & natura habere habitudinem & proportionem cum gloria, quã peccatum cum incarnatione Verbi,habet tamen peccatũ
C seu permissio peccati proportionem,quæ sufficit, vt assumatur pro medio incarnationis , saltèm habet quandam capacitatem & potentiam quasi obedientialem,vt assumatur, fundatam in ipso peccato, vt priùs quàm ab hoc me. §. expendiam,dicam.

*

Sunt enim qui prædictam doctrinam labefactare contẽdant,]dicẽtes,alium esse finem,in quẽ commodiùs potuit permissio peccati ordinari,quàm in incarnationẽ, nimirũ in ostensionem suauis prouidentię Dei: ad eam enim spectat permittere peccata, & quòd aliquæ creaturæ à fine deficiant, vt habet S.Thom. 1. parte, quæstio. 23. artic. 3. In hunc ergo finem ordinari potuit peccati permissio, atque ideò non est,cur in finem incarnationis dominicæ fuerit tan-

tanquàm medium assumpta & ordinata. A

Sed planè hæc nostræ solutionis confuratio magis firmat nostram sententiam. Quæ enim ratione credendum est, propter bonum prouidentiæ, totam humanã naturam miserè ruere & peccare, Deum permisisse: cùm ad hunc prouidentiæ finem, satis fuisset permittere aliquos peccare & à fine deficere? Quin cum Deus, per suam prouidentiam generalem supernaturalem, omnes homines, nemine prorsus excepto, ordinasset & direxisset in finem beatitudinis, non apparet, quomodò ad ostendendam bonitatem & suauitatem ipsius prouidentiæ, omnes peccare & à fine illo deficere sineret. Hoc enim potiùs pugnat cum bono prouidentiæ, & illud destruit, quàm cõmendat & osté B dit: permittere, scilicet, omnes deficere à fine illo, ad quẽ per ipsammet prouidentiam, ijdem omnes fuerant ordinati. Restat ergo, vt id quod inferre nitebamur, colligamus, quodque omnes qui rem hanc penitiùs introspexerint, asseuerabunt, nempè, ad excellentissimum alium, sublimem & supremum finem ordinatam fuisse peccati totius naturæ permissionem, videlicet, ad incarnationem dominicã, vt scilicèt, huius mirabilis beneficij eximia misericordia magis eluceſceret, dùm per illud præstaretur remedium instaurationis tam generali ac miseræ totius humani generis ruinæ: & sic huiusmet beneficij augustissima potestas & virtus, ampliùs manifestaretur, quod pro totius humanæ naturæ reparatione, & pro mille alijs effe- C ctibus diuinissimis, qui ex hac totius naturæ peccati permissione sequuti sunt, magno consilio à Deo factum fuit. In hunc ergo modum conciliari potest nostra sententia cum doctrina Sanct. Thomæ, asserentis, incarnationem non futuram nisi existente peccato. Quam quidem conciliationem, eò ab omnibus approbari vellem, quòd hæc nostra sententia gratior & plausibilior cunctis videatur.

& solutio.

VI. *Quatuor cõclusiones, quibus tota*

His ergo sic statutis, vt ad locum, vnde egressa est, oratio reuertatur, hæ à me statuuntur conclusiones. Prima: Omnium, quæ Deus ab æterno, in mẽte sua facere cogitauit, primum fuit vnio hypostatica Verbi diuini: secundum,

A cundum, prædestinatio omnium electorum: tertium, naturæ rerum conditio: ac proinde priora sunt supernaturalia quàm naturalia, & ordo naturæ præsupponit ordinem gratiæ. Hæc simul probanda est cum sequentibus. Secunda conclusio: Nullius futuri visio neque præscientia præsupponitur in mente Dei ad prædestinationem, sed omnia ex ipsa sequũtur: atque adeò nihil prorsus ab æterno decreuit Deus facere vel in tẽpore facit, nihil permittit siue intendit, siue naturale, siue supernaturale, siue sit res magni põderis siue minimi & ferè nullius, quod non proueniat, sitque effectus & medium prædestinationis electorum & Christi. Quare omnia cadunt sub ordi-
B ne diuinæ prædestinationis, tanquàm media ad Christi & sanctorum gloriã ordinata. Tertia: Non est aliqua alia prouidentia in Deo antecedens prædestinationem, ex qua proueniant res naturales, & quidam alij effectus supernaturales: sed vnica est duntaxat prouidentia, ipsa que est prædestinatio, ex qua omnia in vniuersum, nullo prorsus excepto, habent sequi. Ac proinde iuxta hanc conclusionem, totum vniuersum, vt complecti tur naturalia & supernaturalia, bona & mala, substantias & accidentia, & omnes in vniuersum modos essendi & operandi, non solùm ingenerali, sed in specie & indiuiduo, sunt considerãda tanquam vnicum obiectum totale
C diuinæ prædestinationis, ità vt nihil omninò sit, quod subterfugiat illius obiecti latitudinem, & quod non cadat sub actu illo prædestinationis. Vnde sit quarta conclusio: Si electorũ prædestinatio futura non esset, nihil esset omninò in rerum natura. Itaq; statuo tanquàm certum, quòd nisi Christus futurus esset in mundo, nulla fuisset à Deo facta electorum prædestinatio: non existente autem prædestinatione, ex cuius vi sequuta sunt omnia, non esset cœlũ, non terra, non reliqua elementa, non viuentia, non homines, non Angeli, non peccata, non dæmones, non reprobi: & demum, vt vno totum verbo absoluam, solus Deus esset, & nihil aliud esset à Deo, neq; naturale nec supernaturale, neq; bonum neque malum. Loquuntur secundùm

quæstio resolvitur. *Prima.* *Secunda.* *Tertia.* *Quarta.*

communem rerum legem & ordinem, & iuxta eos fines, quos probabiliter suspicamur, Deum habuisse in creaturarum conditione. Nam nequaquam intendimus, diuinæ potentiæ maiestatem sic nostræ imbecillitatis captui alligare, vt negemus potuisse Deum, quæ sua est absoluta potentia, naturam rerum independenter à gratia, & gratiam independēter à Christo Domino facere & ordinare: neque contra hoc sunt nostræ conclusiones. Quas simul est animus explicare, & efficacissimis argumentis confirmare: cum enim connexæ sint inter sese & concatenatæ, vna sine alia probari aut explicari minimè potest, imò mutuò se ipsas probant & explicant, si attentè considerentur & expendantur. A B

VII. *Quomodo quidā intelligant quod Christi, & ordo gratiæ præcesserint in mente Dei ordinē naturæ. Refutatur ista explicatio.*

PRincipiò autem sciendum est, ex recentioribus quosdam, quibus hæc nostra sententia specie tenùs arrisisse visa est, eam conatos fuisse defendere, sed planè offendunt eam potiùs quàm defendunt: & dum illam sibi arrisisse dicunt, irridere se eam potiùs ostendunt. Nam dicūt, in genere quidem causæ finalis, priorem esse in mēte Dei ordinem gratiæ & prædestinationis, quàm ordinem naturæ: in genere verò causæ materialis, oppositò cōtingit modo. Veruntamen huiusmodi distinctio potiùs eneruat nostram sententiam, quàm statuit. Eam ergo priùs explodamus & eneruemus oportet, dicentes: Aliud esse, Rerū, inter se ipsas & in se ipsis, vnam esse priorem alia, atque vnam esse causam alterius: & tunc optimè distinguitur in genere causæ materialis, aut efficientis, aut finalis, &c. Aliud verò esse, si loquamur de rebus, non pro vt in se ipsis sunt, sed pro vt sunt in mente & animo artificis & architecti: & tunc causa materialis non habet locum, sed solùm finalis. Cum ergo in præsenti quæstione non inquiramus, quæ nam sit prior, an gratia, an verò natura, sed quænam prior fuerit in diuina intentione, volita & intenta, profectò inaniter distinguitur in genere causæ materialis, aut finalis: solùm enim loquimur de causa finali. Et quia in hoc genere causæ, & absolutè prior est gratia quàm natura, vt iam probabimus, ideò absolutè & modis C

A dis omnibus priùs est volita & præuisa.

Alij, de quorum numero est Franciscus de Carthagena, recens author, discursu. 4. de prædestinatione Dei, hunc in modum distingunt & dicunt: quod nos etiam paulò ante tetigimus: Homines & angelos dupliciter posse considerari. Primò, quatenùs media sunt ad illum finem, quem Deus in ipsis intendit, scilicèt, ad gratiã adque gloriam, & sic verũ est, priùs esse à Deo volitũ & intentũ finem illum, id est, illam gratiam & gloriam, quàm intenderetur eorum esse naturale, quia priùs in intentione est finis, quàm media. Secundò considerantur homines & Angeli, vt subiectum & veluti causa materialis prædestinationis & gratiæ & gloriæ. Et tunc priùs intenduntur & prouidentur à Deo quàm eorum gratia & gloria intendatur. Sed planè doctrina hæc recidit in præcedentem, à me impugnatã, de genere causæ materialis & finalis, & ideò similem habet impugnationẽ. Cui addiderim, ipsos homines & angelos & totã naturã, in intentione Dei de qua solùm est sermo, nunquàm posse considerari, vt priora nisi tantũ vt media ad esse supernaturale, licèt in seipsis optimè considerentur secundùm prioritatem subiecti & causæ materialis. Et ideò in diuina mente semper habent fieri atque disponi, post decretum de gratia & gloria, ideſt, post prædestinationem.

Secunda explicatio aliorum.

B

Refutatur.

C Alij tertiò, firmare nostram sententiam contendentes, eam planè videntur infirmare; eorũ ergo explicatio priùs à nobis infirmanda est. Dicunt, distinguendum esse ordinẽ intentionis ab ordine executionis, & dicendũ, quòd ordine intentionis priora quidẽ sunt supernaturalia quàm naturalia, ordine verò executionis oppositum accidit. Hæc quidem doctrina verissima est, sed ad propositum satis otiosa. Quis enim vnquã dubitauit, ordine executionis, priorem esse naturam, quã gratiam, cùm priùs Deus condiderit homines & angelos, & posteriùs, si non tempore, saltim natura, gratiam eis & supernaturalia dona concesserit? Solùm ergo loquimur de ordine intentionis, & de hoc dubitamus, imò iam asserimus, hunc

3. Explic. nostræsent.

Refutatur.

Deũ seruasse ordinẽ in rerũ dispositione, vt priùs voluerit A
diuina & supernaturalia quàm naturalia condere.

4. Explic. Alij quarto loco distinguendum putant, inter scientiã simplicis intelligentiæ, quæ ad quidditates rerum, abstrahendo ab existentijs, terminatur: & inter scientiam visionis, quæ ad res iam factas, iam præsentes & existentes, refertur. Et dicunt, licèt secundum scientiam simplicis intelligentiæ concedi possit, incarnationem & prædestinationem priùs fuisse à Deo cognitam & volitam, quàm cætera: at per scientiam visionis, in qua de existentijs rerum agitur, cum suis circunstantijs & conditionibus modisque particularibus essendi, prius visum est vniuersum, prior totus ordo naturæ, prior permissio peccati, ipsumq; B
peccatum, quàm Christi & nostra prædestinatio. Sed nullus est, qui non videat distinctionem hanc in præcedentem solutionẽ vergere, & declinare. Nã quod hîc dicitur de ordine scientiæ visionis, ibi dicebatur de ordine executionis, (scientia enim visionis, res in executione iã factas & existentes in æternitate præsupponit.) Et sic secũdũ istũ ordinem, nihil retulerit priora esse naturalia: nã in intẽtione & volitione Dei, de qua in præsenti tantũ est sermo, supernaturalia sunt priora. Sed de hoc scientiæ visionis ordine, qualiter intelligẽdus sit, sermo iterũ mihi habẽdus est in fine quæstionis: nam existimo etiam in hoc ordine priora esse supernaturalia quàm naturalia.

Refutatur.

5. Explic. Alij tandem quintò, de quibus. §. 10. censebo, vt explicẽt, qua ratione prædestinatio Christi & nostra seu ordo gratiæ sit finis rerum omnium creatarum, dicũt, priùs quidẽ à Deo intentã fuisse rerũ naturaliũ vniuersitatẽ, ipsamq; totã independẽter & absque aliquo ordine ad bona gratiæ & prædestinationis. Et deinde in alio signo volitũ fuisse à Deo totum ordinẽ gratiæ & prædestinationis. Sed mox in tertio signo, creaturas omnes & rerum naturas, quas iam in primo signo decreuerat condere, ordinasse & direxisse in Christum & prædestinatos, tanquam in finem. Et per hoc verè dici Christum & prædestinatos rerum omnium finẽ, & omnia dici media

ad

A ad illum. Sed sanè hęc explicatio, licèt sit hominum doctis- *Refutatur.*
simorum, mihi nunquam placere potuit: imò semper plu-
rimùm displicuit. Si enim dicamus, creaturas non ex pri-
mæua sui conditione, secundùm quam creatus est mun-
dus, sed solùm ex secundaria rerũ ordinatione, factas fuis-
se propter Christum & prædestinatos, non satis saluantur
dicta scripturæ, asserentis expressissimè, omnia propter
electos & propter Christum fuisse condita, vt validissimis
argumentis demonstraturus sum statim. Sed dicunt isti:
Propter Christum, quatenùs Deus est, condita quidem
fuisse omnia, ex primæua sui conditione, non verò quate-
nus homo est. Sed hæc etiam loquutio impropria est, &
B contra D. Paulum esse videtur, vt iam ostendemus. Ergo
ad nostrarum conclusionum probationes deueniamus.

VIII. *Testimonijs Pauli probãtur positæ cõclusiones.*

HIS itaq; nostrę sentẽtiæ explicationibus refutatis, pri-
ma eius probatio desumitur ex optimis D. Pauli testi-
monijs, quorũ primũ est, quod habetur. 1. Corint. 3. Omnia
vestra sunt, siue Paulus, siue Cephas, siue Apolo, siue mun
dus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia
vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei. Ecce
vbi, qua ratione Christus dicitur esse Dei, & prædestinati
dicuntur esse ipsius Christi, eadem ratione omnia natura-
lia, siue præsentia siue futura, siue vita, siue mors, dicũtur
esse prædestinatorum. Sed sic est quòd ideò dicitur Chri-
C stus esse Dei, & electi dicũtur esse Christi, quia Deus est fi
nis Christi, & Christus electorum, idest, quia Christus or
dinatur in Deum, tanquam in finem, & electi in Christũ
tãquam in finem: & nisi esset ille primus finis, idest, Deus
vel manifestatio glorię Dei, nõ esset Christus; &, nisi esset
Christus, non essent electi: ergo omninò eadem ratione
creaturæ ideò dicuntur esse electorum, quia sunt propter
electos, & electi sunt finis earum, & sic nisi essent futuri
electi, non essent naturæ creaturarũ. Ex quo tandem se-
quitur, ad creaturarum decretum, iam in intentione Dei
præsupponi electionem & prædestinationem Christi &
sanctorũ: imò ex ipsa prædestinatione illa omnia sequi, tã
quam eius media & effectus. Confirmatur ex glossa D.

1. Corin. 3.

Omnia propter electos, & electi propter Christum.

Hieronymi ibi dicentis sic: Omnia creata sunt propter sanctos. Certè si omnia propter sanctos creata sunt, priùs intenti sunt sancti, & à Deo voliti & electi. Quis iam contra tam apertum D. Hieronymi, imò & Pauli testimonium, dicat, priùs fuisse creaturarũ naturas à Deo intentas, quàm sanctorum iustitiam, gratiam atque gloriam. Quod D. Pauli testimonium attentissimè expendendum est. Neque verò valet dicere, hyperbolicè ibi, D. Paulum, & per exaggerationem quãdam loquutum fuisse, Omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Cephas, &c. Quanuis enim quædam interdum in sacris Biblijs loquutiones reperiantur, quas hyperbolicòs accipi necessum est, vt illud, Neminem per viã salutaueritis, & illud, Semen tuum sicut arenam maris, & stellas cœli, de quo August. quæst. 28. in Genesim: & fortè illud. 3. Reg. 5. malleus, & omne ferramentum nõ sunt audita, dum ædificaretur templum Dei, idest, cum magna & incredibili celeritate ædificatum est. Sed tamen in præsenti, hyperbole non habet locum. Tum, quia propriissimè & vt iacet accipi potest illa loquutio: tum etiam quia modus ille loquendi tam expressus & tam per singulas partes distinctus: Omnia vestra sunt, sive præsentia sive futura, sive vita, sive mors, sive Paulus sive Cephas, omnia vestra sunt, &c. non potest, nisi admodum extortè, per hyperbolẽ explicari. Nisi in dogma Theophylacti velimus incidere, qui tàm vulgò & passim hyperboles admittit in scriptura, vt dicat, verba illa: Et factus est sudor eius, quasi guttæ sanguinis decurrentis super terram, hyperbolicè dicta & quasi per paræmiam à D. Luca, contra communem totius ecclesiæ & patrum sensum.

Hyperboles in scriptura
Luc. 10.
Gene. 15.
3. Reg. 5.
Luc. 22.

Secundò: Accipe aliud Pauli testimonium, ad Ephe. 1. Elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem. Loquitur verò de Christo homine, videlicèt, de Christo capite, vt expressè ibi dicit D. Hieronymus, & ex contextu apertissimè liquet. Certè aut ego fallor, aut D. Paulus non id tantùm intendit, quòd videlicèt nos Deus in Christo elegerit, ante veram & realem mundi constitutionem, quæ fuit ab hinc sex mille annis, in tempore facta.

Ephes. 1.

Quòd

A Quòd enim nos in Christo elegisset, ante illã tẽporariam rerum creationem, non erat quid magnum, & Pauli calamo dignum: Sic enim etiam boues & lapides elegit, ideſt, decreuit & præuidit ante temporariam rerum creationem: quandoquidem priùs quàm in tempore quidquam faceret, iam illud ante mundi constitutionem & ab æterno excogitauerat ac decreuerat, vt faceret. Aliquid ergo altius & diuinius Paulus intendit, nempe quòd in sua Deus æternitate, cum excogitauit de constituendo mundo, iam priùs, ordine rationis, excogitauerat de electione electorum: iam inquam Christum intenderat & prouiderat, & in ipso prædestinatos elegerat. Et quiB dem, nisi ego insigniter fallor, is est sensus huius loci, Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Et sic ante decretum de condendis creaturis, decreuit de cætu electorum.

Tertium insigne etiam est eiusdem Pauli dictum, Ro- *Rom. 8.*
ma. 8. Expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim omnis creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit illam in spe. Et statim: Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc: non solùm autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis nostri. Hic quidem Paulinus locus visus est obscuriC simus D. Augustino, lib. 83. quæstionum. q. 67. in cuius explicatione multa dicunt Magister ibi, ex August. & Ambros. & Origene: multa etiam ex recentioribus Caiet. & obscurissimè: multa & alij. Sed planè, quoniam D. Augustinus, quæ ibi dixit, correxit, lib. 1. Retract. capit. 26. nos, ex D. Chrysostomo, intelligentes nomine creaturæ, non tantùm hominem, vt intellexit D. August. sed totam mundi fabricam, quæ porrò dicitur expectare & ingemiscere & parturire & velle, per prosopopœiam; quod ibi Adamus tradit, eo, scilicet, schemate, quo flumina plaudere, & montes exultare dicuntur, vt ibidem *Psal. 97.*
Chrysostomus dicit: asserimus, legitimum illorum ver

borum sensum esse, quòd finis, in quem omnes creaturæ A
tendunt, & ad quem à Deo earum autore, directæ & ordinatæ sunt, est filiorum Dei, ideſt, electorum gloria consummata. Itaque ea ratione dicuntur gemere & expectare sanctorũ gloriam, quia cũ propter ipsos factæ sint, quandiù ipsi suo frustrãtur fine, ideſt, finem, ad quẽ cõditi sunt, non adipiscuntur, frustrari etiam suo fine ipsę sibi videntur. Vnde ad finem illorum verborũ, Quia & ipsa creatura liberabitur, &c. dicit in eius loci explicatione Magister Soto: Vbi ingeniolo meo, hoc diuina hæc Philosophia repræsentat, quòd corporeus mũdus, quem Philosophi propter hominem esse docuerunt, tametsi ob totum humanum ge- B
nus fuerit conditus, potissimùm tamen ob prædestinatos. Ecce magnum Thomistam, apertè fatentem, propter prædestinatos totã rerum vniuersitatem factam esse. Ac proinde priores sunt prędestinati voliti, quàm rerũ naturę prouisæ. Fauet huic quòd tẽpus incarnationis Christi, dicitur
Galat. 4. plenitudo temporis à Paulo Galat. 4. & Mediũ annorum
Abac. 3. ab Abac. c. 3. quod idẽ est phrasi Hebraica: quia, scilicet, tota rerũ vniuersitas centrũ suum & consequenter finẽ, propter quem condita fuit, tunc cõsequuta est: fuit enim condita propter Christum, qui cẽtrum, terminus, caput & initium omnium prædestinatorum futurus erat.

Quòd & diabolus. & hæretici & omnes iniqui sint etiã propter electos Rom. 9. Quartò, alia Pauli testimonia depromamus, quibus id C
quod. 2. & .4. cõcl. asseruimus, specialiter comprobemus: Nam quòd permissio omnium peccatorum, quæ in mundo fiunt, conseruatio omnium infidelium, Turcarum, hæreticorum, &c. sint propter electos, habet Paulus. Primò de cõseruatione reproborum, *Rom. 9.* Quòd si Deus sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam, ideſt, quæ iam prædestinauerat ad gloriam. Vbi satis insinuat Paulus ea intentione Deum quosdam punire, & quosdam in peccatis derelinquere, vt scilicèt, magis sanctorum gloria commendetur, vt ibi habent S. Thom. lectione. 4. Viguerius, Adamus, & alij. Et ita propter sanctos conseruantur à Deo

in

A in hac vita, & puniuntur in futura, reprobi. Secundò, quòd hæreticorum & hæreseon monstra à Deo propter electos sinãtur, habetur. 1. Corint. 11. Oportet hęreses esse, vt qui probati sunt in vobis, manifesti fiãt. Ex eo videlicèt, quòd Deus malitiam hęreticorum ordinauit in bonum fidelium, quæ sunt verba S. Thom. ibi, licèt Caietanus sequutus D. Hieronymũ, aliter interpretetur. Tertiò, de Iudæis specialiter, quòd eorum cæcitatis permissio, ex gẽtilium electione proueniat, dicit sic, Rom. 11. Nunquid Iudæi sic offenderunt, vt caderent? Absit. Ac si dicat. Nunquid finis intentus à Deo, fuit eorum ruina: non, sed eorum delicto, salus gentibus, vt illos æmulẽtur. Idest, vt in eorum B ruina periculum faciant, & doceantur nõ superbire. Et rursus: Misericordiam consequuti estis propter eorum incredulitatem. Et prætereà: Cęcitas ex parte contigit Israel, donec plenitudo gentium intraret. Vbi aduerbium, donec, vt ibi S. Thom. lectione. 4. dicit, significat causam excęcationis Iudæorum, sic: propter hoc permisit Deus Iudæos excęcari, vt gentium electarum numerus impleatur.

1. Corin. 11.

Rom. 11.

Ad idem, ex sanctis multam possem testimoniorum seriẽ texere, sed omnium vice sufficiat vnum aut alterum ex D. P. N. Augustin. mutuatum. Is ergo lib. 11. de Ciuitate Dei cap. 18. initio, sic loquitur: Neque enim Deus vllum, non dico angelum, sed neq; hominẽ crearet, quem malum futurum C esse præsciret, nisi pariter nosset, quibus eos bonorum vsibus accommodaret. *Ecce vbi ad vsus & commoditates bonorum & electorum, creata sunt omnia naturalia, etiam dæmones & damnati.* Et super Psalm. 54. Ne putetis, inquit, malos gratis esse in mũdo: omnis malus ideò viuit, vt corrigatur, aut vt per illum bonus exerceatur. Innuit his verbis, malos eatenùs tolerari à Deo, quatenus eorum malitia, aut eorum aut aliorum correctioni & saluti quo quomodo deseruire debet. *Et in Enchirid.* cap. 11. dicit: Deus adeò est bonus, vt non sineret mala fieri, nisi esset adeò omnipotens, vt ex malis sciret multò maiora bona elicere. *Et lib. de vera relig. c. 6. Hæc, ait, Ecclesia catholica, per totũ orbẽ validè latèq; diffusa, omnibus errantibus

Loca egregia D. P. N. Augustini.

*

tibus vtitur ad profectus suos, & ad eorum correctionem cũ euigilare voluerint. Vtitur enim gentibus ad materiam operationis suę, hæreticis ad probationẽ doctrinę, suæ, schismaticis ad documẽtũ stabilitatis suæ, Iudæis ad cõparationẽ pulchritudinis suę &c. & mox, Deus, inquit, eos, tãquã paleas tolerat, quibus, in area, frumẽta tutiora sunt, donec talibus tegminibus exuãtur, &c. Vsq; ibi. Ita omnibus generibus hominum & exemplorum, ad animarum curationem & ad institutionẽ spiritalis populi, vtitur diuina prouidentia. Et cap. 8. sic: Quoniam verisimè dictũ est: Oportet hæreses esse, vt probati manifesti fiãt inter vos, vtamur etiam isto diuinæ prouidentiæ beneficio, &c. De quo legendus venit etiam Cardinalis à Turrecr. lib. 4. sum. de Eccles. part. 2. cap. 5. Ecce vbi cum permittit mala, iam præuidet, iam que præuenit quæ bona prædestinatis ex illis malis sequi possint: atque adeò ea intentione ea permittit fieri, alioqui scilicet, minimè permissurus. Ex quo apertissimè sequitur, ex sanctorum prædestinatione omnia sequi. A B

IX. *Quòd Christi prædestinatio fuerit diuinorũ decretorũ primum, probatur.*

PRIVS tamen quàm Scoti rationem pro nostrarum conclusionum probatione efficacissimam adducamus & elucidemus: existimo rem minimè pænitendam facturum me, si tantisper à propositæ quæstionis scopo deuiauero, egregiam vt tradã doctrinam, quam in Iesu Christi Domini nostri laudẽ cedere percupio. Nã, quoniã Paulus de Christi prædestinationis antiquitate, mirabiliter est loquutus: & alterum nostrę primę conclusionis membrum, C id erat, scilicèt, Christi prædestinationem fuisse omnium decretorum diuinorum primum; & ex ipso sequuta fuisse cætera de creaturarum conditione decreta, ex quo rursus sequitur, quomodò gratuita præintelligantur naturalibus; aliquot scripturę loca, in huius rei gratiam producamus: initiũ dicendi lætis auibus facientes à faustissimo illo & elegãtissimo Pauli testimonio, ad Colos. 1. Vbi de Christo loquẽs sic ait: Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturę: quoniã in ipso condita sunt vniuersa, in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates: omnia

Colos. 1.

per.

A per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso cõstant. Et ipse est caput corporis ecclesiæ, primogenitus ex mortuis. &c. loquitur sanè de Christo, vt Deo & homine, vt statim ex Patribus colligemus: nã appellat eum caput Ecclesiæ, mortuorũ primogenitũ, &c. Is ergo homo prior omnibus creaturis est, is est in quo vel propter quẽ omnia cõdita sunt, & sine quo minimè cõderentur. Et Prouer. 8. * Dominus possedit me vel creauit me vt habent. 70. initium viarum suarum: vbi de sapientia incarnata esse sermonem, dicũt omnes ferè patres, Cyril. lib. 4. Thes. cap. 4. & 8. Aug. 1. de Trinit, cap. 12. Greg. Naz. orat. 36. Chrys. Dam. Basil. Idcirco dicit Epiph. in Ancor. B & Hæres. 69. hanc esse intelligentiam magnorum patrum. Et sequitur ibidem.] Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequàm terra fieret. Quod explicans Cather. lib. 1. de eximia Christi prædestinatione. §. Quoniam igitur, sic ait: Sic ergo ordinata est & sic constitutum est in mente Dei, vt hæc esset primogenita omnis creaturæ, vt immediatè esset propter Deũ ipsum, & ipsa esset principiũ & fundamentũ, in quo omnia cõderentur & cõsisterent, siue in suis naturis siue in donis. Qua etiã de causa dicitur, Eccles. 24. ex ore altissimi prodijsse, primogenita omnis creaturæ.

* *Prou. 8. Dominus possedit me an sit ꝺ Christo homine.*

Eccles. 24.

Quòd verò tùm à Paulo, tũ ab Ecclesiastico dicitur primogenitus creaturarũ Christus, vt homo, explicemus, supC ponendo priùs quòd, vt præclarè deducit D. Athanasius in oratione. 3. contra Arrianos, longè post medium (vbi multipliciter explicat quomodò dicatur Christus, creaturarũ primogenitus, & vnigenitus Dei, quæ nõ sunt omninò extra propositum) & item, vt tradit Iacobus Naclãt. super Epist. ad Ephes. c. 1. in digressione, in qua ostendit omnia fuisse cõdita propter Christũ: de Christo homine, in illo loco Pauli & Eccles. est sermo. Enimuerò, vt dicit ibi Athanasius, & Chrys. Homi. 15. super ad Roma. 8. Greg. Naz. oratio. 43. Hieron. Clossa & Anselm. ibi, ad Colos. 1. & alij multi, in quãtum Deus est, nõ habet dici primogenitus sed vnigenitus. Est enim solus & vnicus filius Dei naturalis, nullos secũdum hãc filiationem habens fratres, respectu

Christus primogenitus, & vnigenitus, quomodo.

Colos. 1.

respectu quorum dici valeat primogenitus. At quatenùs homo est, rectè dicitur primogenitus creaturarum, id est, frater creaturarũ, atq; earũ omniũ natu maior, & prædestinatus & præuolitus à Deò ante cæteras creaturas. Porrò quod dicitur, omnis creaturæ primogenitus, non id tantùm significat, quòd rerum à Deo volitarum fuerit prima, licèt hoc maximè intenderit Paulus: sed ꝙ omnes creaturæ ipsum quodammodò genuerint, atque pepererint. Itaq; esse primogenitum creaturarum, sit, esse primò à creaturis genitum & partum; eò quòd in ipsum tanquam in finem & tanquam in omnium earum fructum & communem quendam partum, omnes á Deo primò ordinatæ & destinatæ sunt. A B

Christus Germen.

Hanc ob causam appellatur Christus, in sacris literis, nõ semel, Germen. * Hebraicè, צֶמַח Cemah, à radice, צָמַח quod Septuaginta viri non semel Orientem vertũt, Zach. 3. & 6. nimirum, ἀνατολήν, de quo legi debet D. Hiero. super Zach. 6. Cuius appellationis præclarissimas causas F. Ludouicus de Leon, huius nostri Augustiniani cœnobij, necnon & Academiæ totius vnicum lumen, in aureo illo libello de Nominibus Christi cùm diligentissimè, tùm elegantissimè propalauit. Ergo appellatur Christus Germen: vt Hierem. 23. ibi suscitabo Dauidi germen iustum, & regnabit rex. Vbi Chaldæus: suscitabo Dauidi Messiam &c. 33. Germinare faciã Dauidi Germen. Et Isai. 45. aperiatur terra, & germinet saluatorẽ. Ecce vbi rursus terra (terræ autem nomine, vniuersa creaturarum natura significatur) germinare & parturire Christum dicitur. Et Psalm. Terra dabit fructum suum, vel germẽ suum, id est, Christum. Et Isai. 4. Erit germen Domini in magnificentia, & fructus terræ sublimis. Quod tractat Finus Adrianus Finus. lib. 2. Flagelli Iudæorum. c. 10. & lib. 3. c. 28. Primus ergo creaturarũ fœtus & germen est Christus. Et, qua ratione quid quid in arbore reperitur, siue radicẽ siue trũcũ, siue ramos, siue flores, siue folia cõsideres: omnia in vnius fructus ordinantur productionem, &, nisi fructus producendus esset, illa omnia minimè essent. (Vt quid enim terram occupat? quod

Zach. 3. 6. *Hier. 23. 33* *Isai. 45.* *Psal. 66.* *Isai. 4.* *Luc. 13.* C

A quod dixit Christus de arbore infructuosa.) Ad eundem modum, omnis creaturarũ vniuersitas, in vnũ Christũ ordinatur. Vnde nõ existẽte Christo, diuino hoc creaturarum germine atq; fructu, nihil esset omnino in rerũ natura. Ita q; quòd Christ⁹ sit creaturarũ omniũ quasi filius, partus, germẽq;, cõiectura est nõ leuis, rerũ à Deo volitarũ ipsũ esse finẽ atq; adeo primum, nimirũ in intẽtione. Valeat ergo M. Ioa. Vincentius hãc nostrã germinis explicationẽ valere iubẽs, in Select. de Christi gratia. q. 6. dub. 1. Adijce his versum Psal. 109. Ex vtero ante Luciferũ genui te, ideſt, *ante naturas Angelicas, vt vult Euthymius; ante primum Angelum, vt Aug. ante stellam auroræ, stellam Veneris, mane B summo, ante omnes rerum naturas & tempora: nam stellæ positæ sunt in signa temporum, dierum, atque annorũ vt habetur Genes. 1. & explicat atque ponderat D. Augustinus, ibi, super illum versum Psalm. 109. Porrò sermo est, ibi, de Christo homine, quòd ante tempora omnia sit prædestinatus, vt inter alios Titelm. in annotatione psalmi huius aduertit. Nec est prætereundus benebr. qui sic ait: Ante Luciferum, ante omnem creaturam, per prædestinationem æternam. Et subdit: Quasi pater prius cogitauerit de edendo in lucem corpoream filio, quàm de reliquis rebus procreandis.]

Certè quod dixit D. Paulus, Totum vetus testamẽtum C esse vmbram quandam & figuram Christi, ego existimo, pari ratione dici posse de cæteris rebus mundi, vt scilicèt, omnes dicantur vmbræ & figuræ: Christus autem veritas atque corpus: dicente ipso Paulo, omnia illa esse vmbram futurorum, corpus autem Christi. Etenim hoc & ratio & experientia docent, scilicet, figuras non esse nisi earum rerum, quæ iam supponuntur, aut existentes aut futuræ in mente pictoris. Et vmbras identidem non esse, nisi existẽtium corporum. Eò enim vmbrę causantur, quòd alicui luminoso obijciuntur corpora aliqua opaca: ex eorum itaq; obiectu causantur vmbræ. Ad hunc modum, ait Paulus, omnia quæ in veteri testamento contigerunt, vmbram esse & figuras: corpus autem Christi, intrãficiuè, ideſt, Chri-

Psal. 109.

Gene. 1.

Coloſ. 2.

Hebr. 10.

stus,

Christus corpus: creatura, vmbra.

ſtus. Itaque corpus erat Christus, corpus inquàm humanitatis assumendæ. Vel, corpus, ideſt, veritas & realitas, ad differentiam vmbrarum & figurarum, vt ibidem. In quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, ideſt, non vmbraticè & typicè ſed verè & realiter. Corpus ergo quod obijciebatur lumini illi intellectus diuini, ab initio, erat Christus, & illud cauſabat & efficiebat vmbras illas. Et quemadmodũ vbi nulla ſunt ſolida & opaca corpora, nulla vmbra reliqua eſſe poteſt, ſic, ſi hoc humanitatis corpus, verè, & reipſa non eſſet, ideſt, ſi Christus non eſſet futurus, nulla in tota natura vmbra, ideſt, nulla omnino creatura eſſet: ſolus eſſet Deus, & nihil eſſet aliud ab ipſo Deo. A

Coloſ. 2.

Apoc. 1. Christus alpha, & omega.

Hac ratione Apoc. 1. appellatur Christus, α καὶ ω, Alpha & Omega, primus & nouiſsimus. Sunt enim iſtæ litteræ, α & ω, Alphabeti Græcanici (qua lingua Ioannes ſcripſit) primum & vltimum elementum. Et licèt D. Aug. ſermo. 2. in natiuit. Domini, de Chriſto, vt Deus eſt, hæc à Ioanne dicta eſſe exiſtimet, contra Arrianos; cæterùm de ipſo homine alij congruenter id explicant. Alpha autem apud prophanos etiam authores pro primati & eminenti quopiam accipi ſolenne erat, vt apud Martialem, Alpha penulatorum. Eſt ergo Christus vt homo, Alpha, ideſt, primus & præcipuus rerum: eſt etiam Omega, ideſt, finis, in quem omnia directa ſunt à Deo: atque adeò ipſo non futuro, nihil prorſus futurum eſſet. * Et Rupert. libro. 3. de hon. fil. Hom. ait ideò eſſe dictum, Matth. 3. hic eſt filius m. dil. quia ex amore Chriſti omnia condita ſunt: & lib. 13. ſuper cap. 26. Matth. ſic ait. Quæ cauſa eſt propter quam Deus omnia creauit, niſi iſte filius hominis? Vide ad Heb. 2. Decebat eum propter quem omnia, &c. & lib. 3. de Glo. Trinit. cap. 20. ſic ait, Rectius dicitur quod non homo propter Angelos, ſed propter quendam homines Angeli quoq; facti ſunt, ſicut & cætera, teſtante Apoſt. Decebat eum, &c. Fauet Anſel. ibi, Heb. 2. fauent præcitati Patres atq; Theologi: fauẽt rationes expredictis teſtimonijs facilè eruẽdę. B C

Adducitur ratio Scoti.

X. HIS ſic conſtitutis, ratione agamus ad noſtrarum concluſionum probationem: quę eſt apud Scotum efficaciſsima

A cissima & frequentissima, scilicet, Omnis ordinatè volens priùs vult finem, & ex medijs ea priùs, quæ sunt fini propinquiora: sed Christus & prædestinati, ac perinde omnia supernaturalia sunt fini, ideſt, manifestationi diuinæ bonitatis propinquiora quàm omnia naturalia, ergo priùs quàm naturalia, volita sunt à Deo supernaturalia, & his priùs ipsa manifestatio diuinæ bonitatis, quam consideramus, vt horum omnium finem. Profectò negari nõ debet, quòd cum Deus sit ordinatissimũ agẽs, aliquem vltimum ipsumq; excellentissimum finem sibi in rerum conditione præscripserit, in quem cuncta dirigeret. Quin vniuersaliter verũ est, quòd quidquid causatur à Deo, effectus est
B alicuius finis efficaciter ab ipso prævoliti: alioqui enim vanè & à casu ageret, sicut nos plerumque. Et quidem nobis multi euentus, præsertim liberi & contingentes absq; vllo consilio, & penitùs à casu videntur fieri; non sic Deo sapientissimo rerum artifici, cuius non sunt incertæ prouidentiæ, quemadmodum nostræ, quod tractat D. Augusti. lib. 83. quæst. in quæst. de prouidentia, & explicat optimè AEgid. in. 1. d. 39. q. 2. artic. 3. Atq; adeò finis ille esse debuit optimum opus omnium à se condendorum. Quod quidẽ aliud esse non potuit, nisi prædestinatio ipsa Christi & nostra, testante S. Thom. 1. part. quæst. 20. art. 4. ad 1. vbi ait, maximum omnium bonorum hoc fuisse. Et D. Anselmus quẽ refert D. Bonauen. & Dionysius Carth. 3. d. 32. quæst. 1.
C vita illius hominis, ideſt, Christi præponderabat toti mundo, imò mille mundis. In hoc ergo bonum, in hunc finem cuncta à Deo debuerunt ordinari. Neque video, qua ratione quisquam, qui Theologiam vel à limine salutauit, hoc valeat inficiari. Hinc apparet quàm consideratè ab ipso AEgidio Romano in. 2. dist. 1. part. 2. quæst. 1. art. 4. in solutione ad. 5. dictum sit, creaturarum classes & ordines sic esse à Deo dispositos, vt quædam sint propter alias, donec ad vnum finem deueniatur. Sic namque ait: Propter ordinẽ perfectionis, quodlibet inferius est propter suũ superius: imaginabimur namque quòd sicut non sunt duo numeri æqualiter distantes ab vnitate, sic non sunt duæ species

pro conclusionibus, & expẽditur.

Sap.

æqua-

æqualiter distantes à Deo, sed semper vna est perfectior alia, & sic vna tendit in Deum, mediante alia, vt imperfecta tendit in Deum mediante perfecta. Hæc AEgid. Sic ergo ordinata sunt omnia, vt in Christum tenderent, & propter Christum, in Deum. A

Explicatio aduersariorum.

Dicere verò, quod quidàm dicunt, scilicèt, Deum, cum primùm mundũ facere apud se instituit, non habuisse pro fine, Christum, sed ipsam rerum naturam, & hanc voluisse indepẽdẽter à Christo per generalẽ quandã prouidẽtiã: deinde verò per aliã prouidẽtiam, ideſt, prædestinationẽ, alium rerum ordinem excogitasse, ita vt bona naturæ, & bona prædestinationis inter seſe absque aliqua dependentia & subordinatione fuerint fabricata, profectò indignũ B est illo summo & sapientissimo prouisore. Sed dicũt, Post quàm independenter & absque aliquo ordine, Deus seorsum naturalia condere decreuit, & seorsum supernaturalia, effecit deinde vt hæc in ista tanquam in finem dirigerẽtur: & hunc in modum stat (dicunt) illius diuini architecti sapientissima prouidentia. Hoc inter cæteros Thomistas, dicit etiam Syluester in. q. 1. super dominicam primam Aduentus, dicens; In quinto signo voluit animam Christi præstare gratia & gloria: & aliorum glorias, quas scilicet, in secundo signo iam voluerat, ordinauit ad gloriam Christi, &c. Et paulò ante dixerat, gloriam beatorum nullũ ordinem habuisse, nisi accidentalem, cũ gloria animæ Christi, & sic prius fuisse illam volitam quàm istam. C

Refutatur. Primo.

At certè, vt tu facilè videris, lector candide, immeritò ista dicuntur. Tùm primò, quia Deo optimo maximo tribuendus est optimus & perfectissimus modus prouidentiæ: est autem longè perfectior prouidentia, qua à principio & antequàm res fiant, in eum finẽ ordinantur, & propter illum finem fiunt, in quem deinde deseruire debent.

Optim⁹ modus prouidẽtiæ.

Quare ergo doctoribus istis visum est, hũc excellẽtiorem prouidentiæ modum Deo detrahere, & dicere, quòd non à principio, sed deinde postquàm in mente Dei intentæ sunt res, & in æternitate præsentes visæ, fuerint à Deo in Christi gloriam & sanctorũ ordinatæ? Tum secundò, quia

Secundo.

prouí-

A prouidentia eò est excellentior, quò magis ad omnia se extendit etiam particularia & minutissima, reducendo omnia illa ad vnum finem, & ordinãdo ea in mente, priùs quàm fiant, in eum finem, cui postea deseruire debent. Ergo nihil futurum decreuit Deus, quo ad vsq; æterna sua prouidentia, prædestinauit finem, idest, Christi & sanctorum gloriã; qua quidẽ volita atq; decreta, processit nimirũ ad cæterarũ creaturarũ decretũ, infinẽ illum omnes ordinando. Tertiò, quia dicere quòd per generalem aliam prouidentiam, antecedẽtem omnem prædestinationem, productæ sunt rerum naturæ, est planè multiplicitatem prouidẽtiæ, sine necessitate admittere: imò plurimùm de

B rogatur vnitati & simplicitati diuinæ sapientiæ, ad quam spectat omnia ad vnum finẽ resumere ac ordinare. Quartò, quia ex positione horum sequitur, prædestinationem non directè & perse & ex primaria intẽtione Dei factam fuisse, sed quasi per accidẽs & quodammodò ex suppositione alterius, nempè rerum naturaliũ. At cùm omniũ rerũ factarum optima sit sanctorum prædestinatio, dicendum videtur, ex primaria & directa Dei intentione factam fuisse, cæteras verò creaturas ex secundaria; nempè ex suppositione illius, & tãquàm eius media & effectus. Ità sanè vt, nisi Deus se per gratiam creaturis rationalibus cõmunicaturus esset, nunquam se per naturam communicaret,

C vt habent positæ conclusiones, præsertim quarta. Quintò, quis neget creationem vniuersi ex efficaci alicuius vlterioris finis præuolitione factam fuisse à Deo? & is finis quis est alius nisi sanctorum gloria? Nam finis ipse naturalis non debuit Deo esse vltimus, sed alteri prędestinationis fini subordinatus. Quòd si dicas, tales effectus naturales fieri potuisse per communem prouidentiam naturalem, & sic ordinari in bonum naturæ, Dicam, totam hanc prouidentiam subordinari prędestinationi: nam talem Deus condidit & constituit ordinem per prouidentiam naturalem, qualem vidit expedire ad gloriam electorum & Christi. Vnde sunt qui dicãt, productionem hominis & totius naturæ elicituè quidem à prouiden-

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Natura elicitiuè à prouidẽtia, imperatiuè à prædestinatione.

tia esse: imperatiuè verò à prædestinatione. Sed præstat di A
camus, elicitiuè etiam à prædestinatione esse, quoniam prædestinatio, cum sit prouidentia perfectissima, non solùm includit prouisionem mediorum supernaturalium, verùm & naturalium, imò & productionem subiecti, cui fit prouisio, vt explicatum est in conclusionibus. Verùm de hoc multa poteris videre in solutione tertij argumenti Sed, esto cõditio totius naturæ sit elicitiuè à prouidentia, & imperatiuè à prædestinatione, adhuc inconcussa stat mea sententia, nam semper manet quòd prior sit prædestinatio, quàm prouidentia: nam priùs ordine rationis, est potentia quæ imperat, quam quæ elicit: nam elicere vnius supponit imperij motionem in alia. Sed vberiorem huius B
veritatis elucidationem, ex argumentorum solutionibus petat, præsertim ex solutione tertij, qui dictis ac explicatis nondum est persuasus.

XI.

Argumẽtis initio factis fit satis.

AD argumenta itaq; in initio quæstionis posita, respondere operosum sanè est & satis difficile; sederit ad maiorem meæ sententiæ comprobationem vtilissimum. In illis nanq; multa tanguntur, quæ si semel fuerint ritè intellecta, totam rei difficultatem euacuant & exhauriunt

Ad. 1. explicatur locus Pau. Quos præscisit, & prædestinauit. &c.

Ad primũ ex D. Paulo desumptum (nã locus D. Thom. in solutione ad. 5. tractandus est à me) dico plenum esse difficultate. Nam, siue illum locũ intelligas cum Chrysosto. & Theodoreto, sic, Quos præscisit futuros esse conformes filio suo, per bona opera, eosdem prædestinauit, C
Siue cum Ambrosio, & Sedulio sic: Quos præscisit sibi futuros esse deuotos: Siue cum Theophilacto, Quos præcognouit dignos, vt vocarentur, quòd & dicũt Oecumen. & omnes ferè Patres Græci & ex Latinis Aug. & ex recẽtioribus Iacobus Sadoletus eximiæ eloquentiæ & eruditionis vir, lib. 2. super epist. ad Rom. Siue cũ Adamo, Quos præsciuit, idest, quos cura, affectu & dilectione prosequutus est: siuè cũ S. Tho. Quos præsciuit, quia priùsquàm prædestinaret eos, sciuit, neq; prædestinare poterat nisi præsciret: siuè tandem cum alijs, Quos præsciuit, idest, vidit secũdùm substantiam & naturam, hos prædestinauit: Certè

iuxta

A iuxta omnium intelligentiam, Paulus vult, aliquid præcessisse prædestinationem; atque adeò non omnia ex prædestinatione sequuntur, sed ponenda est quędam alia antecedens prouidentia, per quam, id quod antequàm prædestinaret, præsciebat, effectum fuerit.

Respondetur tamen, triplicem explicationem, quàm breuissimè proferam, locum illum habere, quarum quælibet satisfacit argumento. Prima est S. Tho. ibi, lectione. 6. sic loquentis: Quos præsciuit scientia simplicis intelligentiæ, eos prædestinauit. Dicitque Sotus ibidem, hanc interpretationem esse communem. Quod si verum est, planissimus est sensus Pauli, neq; meã destruit, imò potiùs astruit

B opinionem: nam quòd prędestinationem præcesserit in diuino intellectu scientia simplicis intelligentiæ prædestinandorum, nos suprà asseruimus, & negari non potest: siquidem priùs quàm quidquam prouideret & scientia visionis sciret, omnia Deus per simplicem quandam intelligentiam præcognouit: quod cum mea sententia minimè pugnat; quia solùm contendo, post simplicem rerum intelligentiam, Deum primò omnium, ad negotium prædestinationis processisse. Et licèt Sotus ibi, aliter explicet, nẽpe, Quos præsciuit, idest, quos iudicauit bonum fore vt saluarentur, hos prædestinauit: cæterùm in eãdem recidit explicationẽ: nam iudicium illud ad simplicem etiam intel-

C ligentiam pertinet: * Supposito quòd omnis scientia ac modus scientiæ, quam in Deo imaginamur, ad celebre illud duplex scientiæ genus reducatur, scilicèt, simplicis intelligentiæ & visionis; secundum veterem ac receptam Theologiam. Prius itaque quàm aliquid Deus decernat & prouideat facere, iudicat bonum esse facere. Atque adeò iudicium illud cum præcedat omnem prouidentiam & visionem rerum, ad simplicem intelligentiam referri debet. *

Triplex explicatio illius loci.

Prima.

Altera, ipsaque valde subtilis à Caietano ibidem adducitur expositio: quæ vt intelligi valeat, supponit: In duobus illis verbis. Quos præsciuit & prædestinauit, non interposuisse Paulum relatiuum, *Quos*, vel *hos*, vel *illos*,

Secunda.

quod tamen posuit statim inter reliqua verba. Nam sic habet textus: *Nam quos præscivit & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: quos autem prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & iustificavit: quos autem iustificavit, illos & glorificavit* siue, *magnificavit*. Itaq; non sic dicitur: Quos prescivit, hos & prædestinavit. Nam si hoc diceret, insinuaret ordinem esse inter præscientiam & prædestinationem sicut est inter prædestinationem & reliquos actus, scilicèt, vocationem, iustificationē, glorificationem: inter quos posuit relatiuum. Et sic prior esset prescientia quàm prædestinatio, sicut prior est prædestinatio quàm vocatio, & vocatio quã iustificatio, quod non est dicendum. Abstinuit ergo à relatiuis, *quos, hos, illos*, & coniunxit illa duo verba per coniunctionem, *&*, nempe habentem vim causalis, hoc modo. Quos prescivit & predestinavit, hoc est, quos prescivit quia predestinavit, idest, quos priùs prædestinavit quàm præsciret. Est autem familiare in scriptura, coniunctionem, *&*, poni loco causalis, *quia*, vt ibi, Iratus es nobis, & nos peccauimus, idest, quia nos peccauimus. Et illud, Psal. 147. Ne auertas faciē tuã à me, & similis ero descendentibus in lacum, idest, quia similis ero. Quasi dicat: Quia si auerteris faciem tuam à me, similis ero descendentibus in lacum. Nam si particulã, *&*, cōiunctiuè & non causatiuè accipias, absurdus & falsissimus redditur sensus.

A

B

Isai. 64.
Psal. 147.

Ter. Tertia tandem, ipsaque facilior intelligentia est, vt particula, *&*, non sit coniunctiua, sed declaratiua, pro, idest: hunc in modum, *Quos præscivit, & prædestinavit*: sic, Quos præsciuit, idest, prædestinauit. Ita vt secundum verbum explicet primum, quasi dicat. *Quos præscivit*, volo dicere, *Quos prædestinavit*, Ad idem est Isidorus Clarius. Sic sæpè in scriptura vox, *&*, declaratiuè ponitur, Vt ibi, Sap. Similiter odio sunt Deo impius, & impietas eius, pro, idest, impietas eius: nam impius, secluſa impietate, esse odio Deo non potest. Et similiter Genes. 3. Aperti sunt oculi eorum, & cognouerũt se esse nudos. Pro, idest, cognouerũt se esse nudos. Nihil enim aliud est, eorũ oculos fuisse apertos, quã cogno-

C

Sap. 14.
Genes. 3.

A cognouisse suam miseriam & nuditatem. Et hactenus de primo argumento.

XII. *Quòd etiam in particulari, priùs sit intenta gratia quã natura*

AD secundum, quod multum etiam nobis negotiũ debet facessere: Dicimus primò, facilè posse ab eius nos difficultate expedire, si asseramus, intentionem nostram in hac quæstione solùm esse, quòd in cõmuni & in genere priùs voluit Deus gratiam quàm naturam, supernaturalia quàm naturalia: atque adeò priùs voluit prædestinare quàm cætera bona prouidere. At in particulari priùs voluit & priùs vidit rerum naturas, ideſt, homines & angelos secundùm eorum esse naturale, quàm ipsis vellet gra-
B tiam & gloriam elargiri. Vt enim probat argumentum, videtur inintelligibile quòd Deus velit Petrum prædestinare, ideſt, ipsum ad gratiam & gloriam euehere, & tamen non præsupponatur Petrus ipse à Deo priùs volitus atque præuisus, cui, scilicèt, illa prædestinationis gratia fiat. Ac proinde oportet vt, cum in particulari Deus aliquem voluerit bonis diuinis cumulare, iam voluerit subiectum illorũ bonorũ, secũdùm suã substantiã & naturã præexistere.

Sed planè propter huius & aliorum argumentorum difficultatem, veritas à nobis non est deserenda: sed asserendum potiùs est, etiã in speciali & indiuiduo priùs Deum voluisse Petro dare gratiam & gloriam, & deinde eum cõ-
C dere decreuisse. Quinimò, vt luculenter tradit AEgidius in. 2. d. 1. p. 1. q. 1. art. vltimo, non solùm naturam ordinat Deus ad gratiam, tanquàm ad suã perfectionem, sed etiã ipse homo, vt habet naturã, ordinatur in seipsum, vt potentem habere gratiam: & sic priùs gratia quàm natura à Deo prouisa est, non solùm in communi, sed etiam in indiuiduo. Quod intellectu difficile non erit considerantibus, vt initio quæstionis dicebamus, eum ordinem à nobis excogitandũ esse in diuinis, quẽ obiecta ipsa inter sese habere videntur. Est autẽ certo certius obiecta ipsa, ideſt, naturam & gratiam eum interse ordinẽ habere, vt natura nõ solũ in genere, sed in indiuiduo, vt inquàm natura, Petri medium sit ad eius gratiam, atque gloriam. Nisi mauis, proprius esse subiectum & materiã ipsius gratiæ & gloriæ.

Non enim inficias ibo, dummodò extra litem maneat con A
stitutum, sicut priùs intenditur domus quàm parietes &
fundamenta, sic priùs intẽtam à Deo, summo architecto,
prædestinationem & gratiam quàm naturã & creationẽ.
Adeò vt nisi Deus D. Petrum, verbi gratia, esset prædesti-
naturus, & multa gloria affecturus, minimè eum crearet.
Et de omnibus itidem prædestinatis id ipsum pari ratione
affirmandum est, idcircò eos creare decreuisse & eorum
singulos, & in eis corpus, intellectum, animam producere
quia nimirum omnia ista futura erant media & quasi fun-
damenta atque subiecta ad ea bona diuina gratiæ atq; glo
riæ, quæ in ipsis & eorum singulis efficere iam per præde-
stinationem decreuerat. Deus enim fecit hominem vt co B
gnosceret ipsum Deum, & cognoscendo amaret, &
amando fruerctur, vt habet D. August. Omnes itaque
creauit, vt in gloriam ordinaret. Illos autem quos à fine
illo defecturos peccando sciebat, similiter ideò creauit,
quia bona diuina eis collaturus erat, nempe gratiæ, charita
tis & fidei, cæterarumque virtutum supernaturaliũ, sicut
de facto contulit omnibus angelis initio suæ creationis,
& omnibus etiam hominibus in Adamo: omnes enim in
gloriam ordinauit, quæ eorum est finis, omnesq; priùs vo
luit sanctos facere quàm creare, atque adeò prior est volita
eorum gratia quàm natura.

Obijcitur. Si verò adhuc contendas & dicas: In illo priori, quo
Petrus prædestinatur ad gloriam, necessarium est vt sit Pe C
trus, eo modo quo prędestinatur. Cui enim fit illa gratia
prædestinationis, nisi Petro? Præsupponitur ergo Petrus
Respõdetur secundùm suam substãtiam, Respondetur primò, nõ opor
tere, quòd Petrus supponatur secundùm scientiam visio-
nis præsens Deo: cum enim prędestinatio ad scientiã sim
plicis intelligentiæ pertineat, non est necessarium quòd in
illo signo Petrus secundum scientiã visionis præsens intel
ligatur. De quo in fine quæstionis nonnihil differã. Respõ
detur etiam secundò, hanc nostram sententiam non esse,
quòd in aliquo priori Deus prædestinet Petrum, & ipsum
velit gratiæ ac gloriæ dotibus cõdecorare, in quo ipsemet

Petrus

A Petrus non sit. Itaq; nullum instans aut signum considerari potest, in quo Petrus prędestinetur, & non sit: non enim est hęc prioritas in quo, sed à quo & ordine causalitatis & rationis. Quoniam tamẽ substantia & esse naturale Petri & eius potentiæ, media sunt & fundamenta quoque, vt dixi, ad finem illum gratiæ & gloriæ, quæ in ipso producẽdæ sunt; asserimus, diuinũ intellectum & voluntatẽ priùs ferri in finem illũ, quàm in media: semper tamẽ dependenter à medijs, & volendo & intendẽdo simul media. Certẽ homo ex elementis constat tanquàm ex materia, & intelligi nequit quòd sit homo, & non sit ex elementis compo-
B situs: at quoniam elemẽta vt media & materia se habent, & homo vt finis, & forma, priùs Deum dicimus hominem voluisse & intendisse, quàm elemẽta: non quòd in aliquo priori intendatur & videatur homo, in quo simul nõ intendantur & videantur elementa; sed quòd cum elemẽta sint ad ipsum hominem constituẽdum media, atque materia, habent ordinem quendã posterioritatis respectu hominis, ac proinde à diuino intellectu & voluntate posteriùs dicũtur intendi. Sic non inconuenit, priùs Deum prouidisse de diuini Verbi incarnatione, quàm de carnis & humanitatis existentia decerneret: nã per proportionẽ ad dicta hoc intelligendum est, quòd scilicèt, in nullo priori volita est
C hæc incarnatio diuina, in quo caro etiam non esset volita: nã est volita depẽdenter à volitione carnis & humanitatis. Per hoc tamen non tollitur, ꝙ, cũ incarnatio per modũ finis se habeat, productio verò carnis per modũ medij, illa prior hac fuerit intenta. Et hæc de secundo argumento.

Prior est proniſa in carnatio Verbi quã caro hominis.

AD tertium vt respondeamus, negandum est id quod pro certo supponitur in argumento, dicendumque est, prouidentiam, respectu prædestinationis & reprobationis, non se habere vt speciem constitutam: neque verò vt speciem imperfectam, quę sit via ad perfectam, quod aliqui existimant: sed habet se vt genus ad speciem. Ratione cuius forsitan S. Thom. asserit, prouidentiam priorem esse prædestinatione: ea videlicèt prioritate, qua genus prior esse dicitur suis speciebus: cuius etiam ratio-

XIII. *Qualiter se habeat prouidentia ad prædestinationem.*

ne dici potest, prędestinationem se habere ex additione A
ad prouidentiam, non ècontra. Et idcircò, quemadmodum re vera nullum est genus, quod non sit ad aliquam speciem coarctatum, ita nulla est prouidentia, quæ non sit prædestinatio aut reprobatio: & nihil dicitur cadere sub diuina prouidentia, quod re vera non cadat sub diuina prædestinatione aut reprobatione. Quòd si dicas, Ex vi cuius actus diuini habent fieri omnia naturalia? Respondetur, ex vi diuinæ prædestinationis. Si pergas obijcere, Ex vi diuinæ prædestinationis non fiunt nisi ea, quæ pertinent ad beatitudinem electorum, Respondetur, ità esse, cæterùm omnes res naturales pertinent ad beatitudinem B
electorum, tanquam media, vt in cõclusionibus & earum probationibus tractatum est: præsertim in fine vltimæ probationis, de quo inferiùs ad quartum.

Argumẽtũ quòd nulla sit reprobatio.

Sed contra hoc est vnicum difficillimũ argumentum, quod ego multis iam olim diebus excogitabam, & suprà tactum est, quod destruere videtur totam à nobis constitutam doctrinam. Quia si hanc ob causam nulla est prouidẽtia, quę non sit prædestinatio, quia re vera nihil est in tota rerum vniuersitate quod non sit propter electos, & quod non sequatur & proueniat ex prædestinatione electorum, sanè eadem ratione nulla erit reprobatio, quia totũ quod in reprobatione reperitur, ideſt, permissiones peccatorũ, C
negationes auxiliorum, derelictiones finales, punitiones æternæ, omnia ista in bonum etiã electorũ ordinata sunt à Deo, & alioqui non essent nisi in maiorem prædestinatorum gloriam à Deo dirigerentur, vt expressissimè habet Paulus, & adhuc expressiùs August. lib. 11. de Ciuitate. c. 18. illis verbis: Neque enim Deus vllum, non dico Angelũ sed neq; hominem crearet, quem malum futurũ esse præsciret, nisi pariter sciret quibus eos bonorum vsibus accommodaret. Ex quo fieri videtur, ex electorum prædestinatione sequi quidquid in reprobatione & circa reprobos Deus operatur. Ac proinde solà est prędestinatio, non prouidentia, non reprobatio.

In huius argumenti solutione notandum, ex parte Dei & in

A & in Deo ipso non esse multitudinem actuum, quorum vnus sit prædestinatio, alter prouidentia & alter tandem reprobatio: sed vnicus tantùm actus est, qui secũdùm quod refertur ad diuersa volita & ad diuersa obiecta, dicitur nũc prædestinatio, nunc reprobatio & nunc solùm prouidentia. Sed tamen magis propriè & absolutè & vltimò habet dici prædestinatio quàm reprobatio & prouidentia: quia totum quod in his reperitur in illam reducitur. Itaque vt tertia conclusione dicebam, quidquid in tota rerum vniuersitate reperitur, siue naturale siue supernaturale, siue bona siue mala, & peccatorũ permissiones, & demũ omnia, nullo excepto, omnia, inquã, ista habẽt se tãquàm vni

B cũ obiectũ totale & adęquatũ diuinæ prędestinationis, nihilq; est quod sub hoc obiecto & sub hoc prædestinationis ordine nõ cadat: atq; adeò superfluũ est aliam in Deo constituere prouidentiã, siquidem omnia per prędestinationẽ habent fieri. Cæterùm istemet actus, prout dirigitur & ordinatur in rerum naturas, & ibi sistit, habet dici prouidentia; & quatenùs dirigitur in permissionem peccati, de relictionem & punitionem æternam reprobi, & ibi sistit, dicitur reprobatio: quia tamen in mente Dei ibi non sistitur, sed vlteriùs proceditur, & ijdẽmet effectus & eadem-met obiecta cedũt in maius electorũ bonum, ideò à diuina prædestinatione habent fieri & ordinari: quãdoquidẽ quid quid ad electorum gloriam quomodolibet iuuat, à prædeC stinatione fit: sicut ex efficaci volitione finis habet sequi omnium electio mediorum. Atque adeò simpliciter solus actus diuinę prædestinationis est in Deo, qui tamen dici habet interdum reprobatio, interdum verò prouidentia generalis, secundùm quòd ad diuersa refertur volita, & ibi detinetur & retardatur (vt ita dicam) ab limitata & imbecilli nostra cognitione.

Notãda solutio.

Idem actus diuinus est prouidẽtia, prædestinatio & reprobatio.

Ad quartum facile est breui repetere quod longè dictũ est, omnes res, etiam vilissimas & abiectissimas, licèt nobis à casu & citra aliquod consilium factæ videantur, tamen si cũ prouidentissima Dei sapientia conferantur, magno consilio effectas esse, & in vltimum illum finem gloriæ

Ad quartũ

Ephes.1. riæ Christi,& electorum ordinatas. Deus enim, Ephes.1. operatur omnia secundùm consilium voluntatis suæ, vt si
2.Corint.3. mus in laudem eiusdem gloriæ Christi.Et.1.Cor.3, omnia: siue præsentia,siue futura,siue vita,siue mors,&c. omnia, nullo certè excepto,vt suprà.Quid autẽ Deus boni existis minutissimis rebus,ad Christi gloriam & electorum elice re valeat,mea non interest examinare: interest autem cer to certiùs credere,à Deo in finem aliquem ordinatas esse, Christi & electorum: quanuis nec nobis esset difficile aliquem vsum,quem electi ex illis decerpere possunt, conijcere. Sed de hoc aliás. A

XIIII. *Quòd prior est incarnatio quã promissio peccati.*

AD quintum argumẽtum,ex doctrina superius à me tradita respondetur,nam dicimus,mentem D.Augu. & patrum & D.Thom.esse quidem quòd nisi existente peccato nulla esset,nec Christi neq; nostra prædestinatio aut reprobatio:non tamen inde sequitur, quòd priùs fuerit volita peccati permissio, quam prædestinatio. Volita est quidem prædestinatio dependenter à peccato, prior tamẽ est volita, quia ipsa futura erat finis totius permissionis peccati:quia tamen non nisi depẽdenter ab ipso peccato est volita,ideò non esset,nisi peccatum esset. Dici etiam potest, quòd quoties D.August. & ex sanctis plurimi dicunt, prædestinationem Christi & nostram factã fuisse post visum Adæ peccatum, loquuntur secundùm ordinem executionis, vt partim diximus suprà, & partim dicemus inferiùs. Aut.3. dici potest, ꝙ in carne mortali & passibili in qua re vera venit,non est prædestinatus,præuisus aut volitus donec videretur peccatũ; vt quid enim non existente peccato prouideri debuisset in carne passibili? de quo Scotus in 3.d.7.qꝙst.3. B C

Ad aliud, quod ibi obijcitur,scilicèt,incarnatio ordinata est in remedium peccati,in salutem hominum,in perfectionem vniuersi,in naturæ humanæ exaltationem: ergo priùs volita sunt hæc omnia quàm incarnatio. Respondetur,hoc argumentum facillimam habere confutationem, nam hæc omnia, licèt sint finis incarnationis, non tamen sunt finis simpliciter,sed finis effectus; sicut operatio est fi

nis

A nis vniuscuiusque agentis naturalis, cùm tamen operatio non propriè sit finis, sed potiùs medium, per quod agens tendit in alium finem, scilicèt, in complementum suæ causalitatis, seu potiùs in seipsum, vt reductum in vltimam actualitatē. Itaq; dicitur agens ordinari ad operationem & esse propter operationem, vt habet Philosophus. 3. de cœlo. capit. 2. nempe tanquàm propter finem effectum, cum tamen ipsum agens simpliciter sit finis suæ operationis: nam operatio ipsa est propter complementum & perfectionem agentis, vt dictum est., & tractat Caietanus. 1. 2. quæstione. 3. articulo. 4. Ad hunc ergo modum illa omnia, quæ cōmemorantur in argumento, quodam-
B modò sunt finis Christi, scilicèt, finis effectus, quia Christus quidem ordinatus est à Deo in illa omnia, & sic, secundùm hanc considerationem, nihil retulerit, quòd quadā prioritate priùs hæc omnia volita fuerint à Deo quàm esset volita Christi incarnatio, nempe inquantùm quodammodo illa sunt finis incarnationis Christi: quia tamen absolutè & simpliciter ipsa Christi incarnatio est finis illorum omnium, nam tandem in Christum tanquam in finem illa omnia vltimò referuntur, ideò absolutè prior est volita incarnatio Verbi, quàm cætera omnia, vt visum est. Ad aliud quod ibi obijcitur, qua, scilicèt, ratione priùs fuerit decretum de incarnatione, quàm de ipsa carne & hu-
C manitate, quæ à verbo assumenda erat, dictum est suprà ad secundum, in fine.

XV. *Quomodo prædestinatio supponat præscientiam futurorum.*

REstat cuiusdam S. Thom. dicti difficultas explicanda 3. p. q. 1. artic. 3. ad quartum, vbi dicit, prædestinationem supponere præscientiam futurorum. Nam, saltèm in via sanct. Thom. prædestinatio nō erit primus omnium actuum Dei, sed prior erit prouidentia earum rerum futurarum, quas Deum, priùs quàm prædestinet, præscire, dicit. S. Thom. Respondetur ergo primò, *iam suprà. §. 2. dictum esse, prædestinationis, intentionis, decreti, voluntatis, &c. nomine, nos maxtim vsuros in hac parte. Quarè sumendo prædestinationem, nunc prout eam ponit sanct. Tho. pro serie illa, seu coordinatione omnium mediorum

*

rum ad vitam æternam: sic prædestinatio quidem suppo- A
nit præscientiam aliquorum futurorum. Nam ante vltimum penultimum ve effectum, seu medium, non dubito supponi decretum, atque adeò præscientiam alicuius medij anterioris. At sumendo prædestinationem pro illo primo decreto, seu potiùs pro prima illa voluntate efficaci dã di gloriam alicui: sic nullius futuri ad illum pertinentis præsupponitur præscientia ad prędestinationem.] ℂ Resp. 2. loqui S. Tho. de scięntia simplicis intelligentiæ: & hanc præsupponi prædestinationi non inconuenit, imò est necessarium, vt suprà à nobis dictum est. Respondetur. 3. si S. Thom. loquitur de scientia visionis, quòd, scilicèt, priùs videntur naturalia, quàm prædestinentur supernaturalia, in- B
telligit ordine executionis: in executione autem verum est, quòd naturalia priora sunt supernaturalibus. Et quòd S. Tho. intelligat ordine executionis, præterquã quòd ità asserunt multi ex recentioribus, de quorum numero est Hieronymus de la Rua, modernus author, in suis quodlibetis. pag. 219. sanè ex ipsis S. Tho. verbis colligitur. Primò quia consultò addidit S. Tho. ibi, per orationes aliorum implendam, vt insinuaret loqui se de prædestinatione, vt actu adimplenda & in genere executionis. Secundò, quia contendit ibi S. Thom. quòd eo modo supponit prædestinatio præscientiam futurorum, quo Pauli prædestinatio supponit præscientiam orationum B. Stephani: at cer- C
tè prædestinatio Pauli illas orationes non supponit, nisi ordine executionis. Quod probatur, quia, vt habet ipsemet S. Thom. 1. part. quæst. 23. artic. 8. sicut per prouidentiam non solùm res ipsæ ordinantur vt sint, sed etiam ordinantur & disponuntur omnes causæ illarum rerũ: ita cũ Deus prædestinat aliquem ad salutem, sub ordine etiam prædestinationis cadit quid quid illum hominem promouet ad salutem. Ex quo fit quòd orationes B. Stephani, cum Paulum promouerint ad salutem & eius causa extiterint, etiã ab ipsa Pauli prędestinatione prouenerunt. Vnde rursus fit, ordine intentionis & absolutè priorem esse Pauli prædestinationem, quàm volitionem & prędscientiam illarum

Orationes B. Stephani erant effectus prædestinationis Pauli.

A rum orationum. Atq; adeò cum S. Tho. ait, priorem esse præscientiam orationum, seu aliarum rerum futurarum, ordine executionis solùm loquitur, ex quo hunc in modũ breuissimè formatur ratio: Orationes Stephani erant effectus prædestinationis Pauli, ergo factæ sunt ex vi ipsius, ergo non præsupponuntur ad prædestinationẽ Pauli. Maior patet, quia totum illud per quod homo ad salutem promouetur, est effectus suæ prædestinationis & ab ipsa eius prædestinatione sequi habet. Alij alterius opinionis assertores, dicunt, orationes Stephani non solùm ordine executionis, sed & intẽtionis priùs à Deo volitas & visas fuisse, quàm prædestinaretur Paulus: idque quantum ad earũ substantiam, nam vt sic non erant effectus prædestinationis Pauli, neque ad eam conducebant. At verò quatenùs deinde ordinatæ & directæ sunt in Pauli salutem, effectus sunt prædestinationis eius, atque adeò posteriores. Sed nostræ solutiones præstant. Et hactenus de hac quæstione.

B

INnumeræ sunt quæ ex præcedẽtibus quæstiones enascũtur. Sed nõ est animus iterũ me ipsum in idẽ dubitationũ pelagus immergere, à quo semel, fauẽte Christo, vtcunq; emersi. Quædã tamen sunt, quæ silentio à me minimè possunt præteriri: quorũ singula suo ordine paucis absoluam.

XVI. *Dubia ex dictis emergentia.*

Primum est circa ordinem illum rerum, quem Caieta-

C nus. 3. part. quæstio. 1. arti. 3. excogitauit, quem video vulgò ab omnibus doctis pariter & indoctis agitari & lacerari: præsertim ab Amb. Catherino, acerrimo ipsius Caietani mastige. Mihi enim, vt ingenuè fatear, minimè displicet, salua eorum pace, qui ipsum impugnant. Sic enim debet defendi & propugnari: quòd triplex sit rerum ordo. Primus, naturalium, quæ à diuina prouidentia causantur. Secũdus, supernaturaliũ seu gratuitarũ, quæ pertinẽt ad ordinẽ gratiæ habitualis, & proficiscũtur à generali prouidẽtia supernaturali, qua Deus vult oẽs homines saluos fieri. Sed tñ in hoc secũdo genere nõ enumerãtur bona gloriæ: nã per bona hæc secũdi generis certũ erat nullos homines debere de facto bona gloriæ suæ gratiæ correspõdẽtia obtinere & saluos fieri. Huiusmodi sunt res oẽs supernaturales collatæ

Dub. 1. quo defenditur triplex ordo à Caiet. positus. 1. Tim.

collatæ primo parenti, & in ipso toti posteritati, scilicet, A
iustitia illa originalis, cum gratia habituali, cæterisque virtutibus ex illa profectis ante peccatum hominis. Tertius ordo est rerum, supernaturalium quidem & gratuitarum, pertinentium tamen ad ordinem gratiæ vnionis: & in hoc ordine constituuntur non solùm ipsa vnionis gratia, & ipse Christus, sed etiam, quæ ab ipso sunt instituta, sacramenta, & omnia dona supernaturalia gratiæ & gloriæ quę post peccatum, ex Christi meritis sequi habent: Nunc triplex peccatorum genus constituitur à Caietano, secũdùm triplicem rectitudinem, qua priuare potest peccatum. Primum, quod priuat rectitudine naturali. Secundum, quod priuat rectitudine supernaturali, proueniente ex iustitia B
originali & cæteris donis collatis pro statu innocentiæ. Tertium, quod priuat rectitudine alia supernaturali, quæ ex gratia sacramentorum, & ex iustitia per Christum collata, proueniebat. Ex quibus infert Caietanus, quòd cum S. Thom. in illo. 3. art. ad. 4. dixit, prædestinationem Christi supponere præsciẽtiam peccati futuri, loquitur de peccato quod opponitur rectitudini primi & secundi generis: nam & illa duplex rectitudo præsupponitur etiam ad prædestinationem Christi. At verò peccatum quod opponitur tertiæ rectitudini, & similiter ipsa tertia rectitudo, minimè supponitur ad prædistinationem Christi. Absurdum enim esset dicere, quòd peccata contra ipsum Christum commissa, contra sacramenta, contra gratiam collatam nobis per Christum, viderit Deus ante ipsam Christi prædestinationem. Vnde verum est (si loquamur in hac sententia Caietani & Thomistarum) quòd peccatum originis, quod priuabat duplici illa rectitudine, scilicet, naturali, & ea quæ proũenibat à iustitia originali visum est priùs quàm incarnatio & prædestinatio Christi. C

Et contra istum dicendi modum, sanè intellectum & vt à me explicatum est, ego non video in doctrina Thomistarum, quę nã argumenta procedant. In doctrina inquam Thomistarum, in quorum gratiam hæc à me dicta sunt. Nam in doctrina à nobis superiùs tradita, stare nõ possunt

multa,

A multa, quæ hîc dicuntur, scilicet, triplex illud prouidentiæ genus, quod ponit hæc sententia in Deo, & bona illa naturalia & supernaturalia. 1. &. 2. generis ante prædestinationem Christi, à Deo visa & volita, &c. Quamuis operosum non esset, hanc Caietani doctrinam cum nostra conciliare, si superiorum dictorum memores, duo dixerimus: Vnum est, eũdem Dei actum prædestinationis, dici prouidentiam generalem, quatenùs refertur & ordinatur in productionem rerum naturalium: & dici prouidentiam supernaturalem, quatenùs ad illa bona supernaturalia, in statu innocentiæ collata, terminabatur, per quæ, scilicèt, bona nullus ad gloriam erat peruenturus: & eundem di-
B ci prædestinationem, siue Christi siue nostram, quatenùs omnia hæc tandem in aliquod Christi, & prædestinatorũ cõmodũ atque vsum & finẽ vltimò referebat. Rursus, si distinxerimus, vt supra distinguebamus, ordinẽ intentionis ab ordine executionis, & dixerimus totum hunc Caietani processum solùm ordine executionis habere verum: nam ordine intentionis, oppositò modo se res habet. Nam dicere debemus, priora in intẽtione diuina fuisse bona illa tertij generis, deinde verò alia: & vltimo loco, naturalia. Sed si dubitationes quæ hinc exiliũt, excutere & decidere nũc conaremur, planè in infinitum nostra prima disputatio abiret.

C ALterum tamen, quod nulla ratione prætermitti à me potest, versatur circa quinque illa signa Scoti, in quorum tertio ipse ponit prædestinationem Christi & electorum: in quinto verò ponit passionem & mortem Christi. Ex hoc enim hæc insurgit difficultas, Nullus prædestinatorum electus est ad gloriam, nisi intercedentibus Christi meritis, morte & passione: sed hæc Christi merita, passio & mors, vsque ad quintũ signũ non fuere prouisa, vt supponit Scot. ibi. d. 19. §. in ista quæstione. ergo nec electi prædestinati sunt vsq; ad quintũ aut sextũ signũ: & sic iam præsupponuntur naturalia & peccatum ad prædestinationem electorum. Maior à nemine Theologorum negatur, hac enim causa dicitur Christus, Coloss. 1. pacificasse

XVII. *Dub. 2. quomodo ante nisã passionem Christi fuerint homines electi non tamen ante visum Christum.*

Coloss. 1.

casse per sanguinẽ suum, & quæ in cœlis & quæ in terris A
Rom. 5. sunt. Et Rom. 5. propositus dicitur per fidem in sanguine
ipsius, ideſt, per fidem sanguinis ipsius, in remissionem præ
Ioan. 17. cedentium delictorum, & Ioann. 17. nisi moreretur, ipse
* solus mansurus erat, si autem mortuus fuisset, multum fru
Apoc. 13. ctum allaturus * Sed & Apoc. 13. non aliam ob causam di
citur Agnus occisus ab origine mũdi, nisi quia suæ mortis
merito, ab Abel iusto in finem vsque mundi prædestinan-
tur electi. Nisi cum alijs, & fortè quadrantiùs, hunc locum
Apocalypseos explicemus, ita vt per illam particulã, *ab ori-
gine mũdi*, nõ determinetur tẽpus occisionis agni, sed scri-
ptionis electorũ in libro vitę, vt ex cõtextu patet, adiuncta
glossa Carli, & Clarij, post Aretham & Hugonem Victo B
rinum.] Negari itaque non potest, quòd merito mortis
Christi prædestinati sunt omnes electi. Et sic prædestinari
vsq; ad quintum signum non potuerunt. Tangitur hoc ar
gumentum ab Almaino in. 3. dist. 19. q. vni. pro Scoto. Et
post habita solutione Gabrielis, quem ibi refert, ipse ali-
ter soluit. At vtriusq; solutio prætereunda esse mihi vide-
tur, & aliter respondendum.

Respondetur ergo, explodendo primũ, massertionem
quandam Capreol. 3. dist. 1. q. 1. art. 3. ad 2. argument. pri-
mæ conclusionis, concedentis Scoto, priorem esse præde
stinationem nostram, quàm Christi prædestinationem,
via intentionis. Hoc enim erroneum est, propter expres-
sissima Pauli testimonia, quibus asserit, nos propter C
Christum fuisse prædestinatos, & in Christo & per Chri
stũ. Et. 1. Corint. 3. omnia vestra sunt, vos autẽ Christi,
Rom. 8. Christus autem Dei. Et. Rom. 8. quos prædestinauit cõfor
mes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in mul-
tis fratribus. Et Ephe. 1. prædestinauit nos in adoptionem
Ephes. 1. filiorum Dei, per Christum. Et ibidem, Elegit nos in ipso
ante mundi constitutionem. Et ibidem, In ipso sorte vo-
cati sumus. Et, Benedixit nos omni benedictione spiritua-
li, in Christo, &c. Et alibi sæpè. Et in sacro concilio Tridẽ-
tino Sess. 6. c. 7. diffinitur, quòd gloria Dei, & Christi, est
finis nostræ prædestinationis. Est ergo erronea illa sentẽ-

tia,

A tia, nisi explicetur piè, propter honorē Capreoli: ita vt in sen
tētia, quæ cōmuniter putatur esse S. Tho. priùs prædestina
ti sint homines quàm Christus, non in particulari sed in
communi, ideſt, priùs Deus voluerit naturam humanam
redimere, & iustitia & gloria condecorare, quàm prædes-
tinaret Christū. Imò Christum ad salutem nostram prę de
stinauit. In qua sententia sic explicata, nullū est erroris pe
riculum: & hanc tenēt Thomistæ: nam Catholicè cōsiten-
tur, nullum in particulari hominem, nisi post Christum &
per Christum, fuisse prædestinatum, de quo Capreol. mul
ta ibi optimè.

His obiter animaduersis, ad argumenti illius, quod egre *Solutio du-*
B giā habet difficultatē, reuertamur. Quod vt dissoluamus, *bij. 2.*
scito, secundùm Scotum, prædestinationem tātum esse
propositum seu voluntatem dandi gloriam, non verò or- *Prędestina*
dinationem & præparationem mediorum. Rursus in ea- *tio in via*
dē Scoti doctrina, ante prouisionem & decretum passio- *Scoti.*
nis Christi, fuit prædestinatio & reprobatio: quia ante de-
cretū illud de Christi passione, habuit volūtatem cōferen
di quibusdam finem, ideſt, gloriam: in quo consistit præde
stinatio, vt ipse dicit: & respectu aliorū habuit negationē
talis actus, in quo consistit reprobatio, in via Scoti. In eius
ergo sententia & doctrina dicendum est, quòd tametsi, vt
probat argumētum, in tertio signo prædestinauerit, ideſt,
habuerit propositū dandi quibusdam gloriam, nō propter
C passionē Christi, sed propter Christū absolutè & propter
actus & merita illius Christi, nō pœnalia & passibilia, quæ
tūc cognosci à Deo potuerūt: qualia sunt dilectio Dei su-
per omnia & actus multarū virtutum: sed tamē ordinatio-
nem efficacē mediorum & consequutionē gloriæ & exe-
quutionē illius primi propositi, in tertio signo habiti, non
habuit vsque ad quintum signum, in quo decretum est de
Christo passibili & eius actibus pœnalibus meritorijs.
Propter hos ergo actus & passionem Christi, in quinto
signo visam, decreuit dare in tempore media illa, & au-
ferre peccatum & iustificare & donum perseuerantiæ
conferre, vt primum illud decretum tertij signi, exequu-

tioni mandaretur. Iam autem diximus initio huius quæ- A
stionis, citra vllum delectum vsurpaturos nos hæc nomina, prædestinationem, dilectionem & electionem, seu voluntatem & propositum dandi quibusdam gloriam: atque adeò satis fuerit asseruisse & ostendisse, ante decretum de permissione peccati & de cõdendis creaturis, iam Deum voluisse quosdam eligere ad gloriam, seu prædestinasse. Licèt prædestinatio, pro vt accipitur à S. Thom. pro ordinatione illa, seu præparatione mediorum, cum cõsequutione finis, vsq; ad quintum signum, facta non fuerit, vt ostensum est. Ex qua doctrina retundere licebit rationes Almaini in. 3.d.2.q.vnica.dub.3. quibus vehementer sententiam Scoti impugnare & expugnare se existimat. Sed B
nostram vt dilucidiùs mente percipias, accipe exemplum satis appositũ. Voluntas & intentio efficax sanitatis, prior, ordine rationis, est in infirmo, quã sit præparatio mediorum & medici atque medicinæ, ad illius finis consequutionem. Eodem ergo modo intẽtio & volitio, qua Deus quibusdam conferre voluit beatitudinem propter Christum absolutè (idest, non propter Christum, vt medicum & redemptorem) in tertio signo fieri potuit: & deinde ordinatio & præparatio medici & medicinæ, quæ futura erãt media, per quæ executioni erat mandanda prior illa volitio, in quinto signo post decretum de Christo passibili, esse potuit.

XVIII. *Dub 3. An Christus fuit prædestinatus passibilis vel impassibilis ante decretũ de pmissione peccati.*

SEd statim nobis, aliò volentibus tendere, obuium aliud C
est dubium, quo petitur, an in illo tertio signo, quo voluntas est & prædestinatus Christus, prædestinatus fuerit vt passibilis vel impassibilis. Communis est hæc difficultas & ab omnibus agitatur. Ego tamen lectorem ad alia remittens loca, breuiter quod mihi plurimũ placet explanabo. Certè si prædestinatio pertineret ad scientiam visionis, difficillimum esset explicare, quomodo in tertio signo visus fuerit Christus, & non passibilis vel impassibilis: cùm enim visionis scientia in res, pro vt sunt in proprijs existentijs, cum omnibus suis circũstantijs & conditionibus particularibus, feratur: Et Christus in propria existentia, futurus

turus non esset, nisi passibilis vel impassibilis: in illo autem tertio signo passibilis videri non potuisset, quia nondum intelligebatur peccatum: nec impassibilis, tùm quia re vera non erat futurus impassibilis: tùm verò quia iam decretum quinti signi, quo passibilis erat decernendus, destrueret decretum tertij & illi aduersaretur, quod dicere est absurdum, quòd, scilicèt, in Deo sit decretorum pugna & oppositio. Dici itaq; non potest, quòd prædestinatio Christi ad scientiam visionis pertineat, sed ad scientiam simplicis intelligentiæ seu ad scientiam quãdam mediam, quæ nũc tẽporis cœpit in scholis inolescere, seu ad scientiã quandam practicam & approbatiuam, quam alij in Deo medi-
B tãtur: quæ tamen omnes scientiæ, cum visionem antecedãt, ad simplicem intelligentiam merito reducuntur. At secundùm ordinem & naturam huius scientiæ, non est incommodum, quòd in illo tertio signo cognitus & volitus fuerit Christus, vt abstrahens à passibili vel impassibili.

Vel dico id, quod mihi plurimùm placuisse dicebam nuper, quòd in tertio illo signo, nõ est prædestinatus Christus, nisi secundùm quòd solùm dicit vnionem naturæ humanæ cum persona diuina: ad hãc tamen vnionem, necessariò & quasi naturali sequela & resultantia sequebatur in illa natura assumpta, summa gratia, summa gloria & impas-
C sibilitas tàm corporis quàm animæ, sicut naturali sequela, ad naturam hominis sequitur risibilitas. Et quemadmodum, non est alia actio vel generatio, qua producitur homo, & alia, qua risibilitas: sed vna, quæ per se terminatur ad hominem, & secundariò ad risibilitatem, quia risibilitas suapte sponte nata est sequi ex natura humana: ita vnica tãtùm fuit in illo tertio signo, prædestinatio, qua prædestinatus est Christus, & decretum est, quòd Deus fieret homo: ad quod decretum, sine noua alia prouidentia & volitione, sequebatur in illo homine impassibilitas. Atque adeò ex vi illius decreti in tertio signo habiti, futurus esset Christus omninò impassibilis: propterea q; impassibilitas sequitur ad vnionem illam hypostaticam. Et cum arguis,

In quinto signo decretum fuit, vt Christus veneritpassibilis, & sic videtur decretum istud fuisse contrarium alteri. Respondetur, licèt in hoc quinto signo, decretus fuerit passibilis, Christus, non ideò infertur mutatio & contrarietas decretorum: quia illud aliud decretum in tertio signo habitum, non fuerat de impassibilitate, sed de Deo vnientesibi humanitatem: ideſt, de incarnatione verbi. Quòd si ex vi illius futurus erat impassibilis, id non proueniret ex vi decreti alicuius, quo Deus decreuisset ipsum fore impassibilem: sed ex natura ipsius vnionis hypostaticę & incarnationis diuinę, ad quam naturaliter & suapte sponte impassibilitas consequebatur. Et ideò decretũ quinti signi non aduersatur alicui alteri decreto aut prouidentiæ: aduersatur tamen illi naturali resultantiæ, secundùm quam ex humanitate vnita Deo, habente animã gloriosam & beatam, debebat naturaliter resultare impassibilitas. A B

XIX. *Dub. 4. An etiam secundũ scientiam visionis prioratsintsupernaturalia.*

SEd non sunt adhuc rationes dubitandi exhaustæ: nam reliquum est breue dubium, sed non ideò facile, An ea, quæ hactenùs à nobis asserta sunt, non solùm procedant secundùm prouidentiam, prædestinationem & scientiam simplicis intelligentiæ, sed secundùm etiam scientiam visionis. An, inquàm, non solùm prouiderit, voluerit, ordinauerit & intellexerit Deus priùs supernaturalia, quam naturalia: Christum, quàm totum creaturarum ordinem: sed etiam viderit secundùm scientiam visionis. Et sanè apparet pars negatiua vera, affirmatiua vero & falsa & ininteligibilis. Qua enim ratione fieri aut intelligi valeat, quòd priùs videat sibi præsentem Deus in æternitate gratiam, quàm naturam? priùs Petrum cum gloria quàm cum esse naturali & secundùm substantiam? Enimuerò scientia visionis ad res ipsas terminatur, secundùm suas existentias veras & reales: atq; adeò secũdùm ordinẽ executionis quo res ipsæ fiunt. Ex quo iã sequitur, priùs terminari ad naturam, quàm ad gratiã: & sic naturalia prẽsupponi ad supernaturalia: prẽsertim in indiuiduo, v.g. natura Petri ad eiꝰ gratiã & gloriã, de quo sup. n. 12. C

Res-

A Respondetur, problematicè hæc defendi posse: sunt enim pro vtraq; parte rationes non inualidæ. Verùm ad mei instituti explicationem minimè faciunt: ideò ab eis consultò abstineo. Vnum tamen decerno breuissimè, videlicèt, etiam secundùm scientiam visionis, eundem assignari posse ordinem cognoscendi, quem seruari diximus, secundùm simplicem intelligentiam. Nam ex ordine reali, quem habent inter sese, ipsa obiecta, quo ad causalitatem, & præcipuè in genere causæ finalis (quoniam causa finalis prior est cæteris causis, quo ad causalitatem) desumi potest ordo in ipsa visione Dei, secundum nostrum modum intelligendi. Ex quo fit, quòd quanuis quoad
B subsistentiam & durationem in tempore, & in aliarum causarum genere, futurus erat Christus homo, posteriormultis alijs rebus; nam posterior duratione fuit Christus, quàm cœlum, terra & plurima indiuidua omnium specierum, &c. & similiter in genere causæ efficientis, erat posterior quàm beata Virgo, quàm beatus Ioachim, quàm Sol, quàm cœlum & quàm alia: quæ efficientiam aliquam mediatam siue immediatam habuerunt respectu Christi domini: quia tamẽ in genere causæ finalis, ipse Christus erat futurus prior illis atq; alijs & omnibus rebus, eò quòd omnia producẽda erãt propter Christum, & ordinanda in ipsum, tanquam in finẽ, vt probatum est,
C idcircò videtur mihi, nõ solùm priùs omnibus rebus fuisse Christum à Deo volitum, prouisum, prædestinatũ, sed etiam visum præsentem secundùm scientiam visionis. Ex quo tamẽ nõ statim illatũ putare debemus, fuisse visum sine rebus ipsis, cælo, terra, elemẽtis, peccato, &c. Nam neq; visus neq; volitus aut prædestinatus fuit sine ordine ad ista omnia: sed potiùs depedenter ab ipsis, vt fusissimè superiùs explanauimus. Sanè si eo ordine Deus res vidit sibi in sua æternitate præsentes, quo ipsæ inter sese geruntur & exequutioni mandantur in tempore, & non potiùs vidit eas iuxta ordinem causalitatis præsertim finalis quo se vicissim causant, iam fieret, prius Deum vidisse Abelem, Abrahamum, Dauidem, &c. cum gratia quàm Christum:

siquidem illi in tempore & ordine exequutionis priùs habuerũt gratiam quàm esset Christus in rerũ natura. Cũ ergo verissimũ sit quòd priùs Deus vidit scientia visionis Christũ quàm gratiam illorũ, eo quòd propter Christum priùs volitum & visum daturus erat gratiam illis hominibus; profectò dicendum est, quòd etiam in scientia visionis attẽdi debet prioritas secundum rationem causalitatis, præsertim finalis. Et quia Christus ac prædestinati futuri erant finis omnium creaturarum ac totius naturæ, ideò scientia etiam visionis priora sunt supernaturalia quam naturalia. Et hactenus de ista quæstione: * in qua si nimius alicui visus fuero, animo quoque aduertat, nimia non esse, quibus nihil est, quod demi possit. Sed & restant graues, & ex parte, nouæ, non portuerunt à me contractiùs, nec debuerunt leuiùs expediri.

A

B

* QVAE-

A

QVAESTIO PRIMA EXPOSITIVA SEV POSITIVA.

VTER NVMERVS MAIOR esse, ex sacris literis colligatur, prædestinatorum an reproborum?

B

SVMMARIVM.

§. 1. DVo Origenis errores. 1. de reparandis omnibus damnatis. 2. de beatis in Tartarum pro tempore deijciendis.

§. 2. Sentẽtia D. Hieronymi, quòd omnes fideles salui fiũt, & contrà, soli infideles condemnantur.

§. 3. Item Hieron. quòd Ægyptij in mare mersi & Sodomitæ igne combusti, & omnes qui diluuio Noëtico periere, saluati sint.

§. 4. Tractatur locus reconditissimæ difficultatis. 1. Pet. 3. de descẽsu Christi ad Gehennam, & liberatione quorundam damnatorum.

C

§. 5. Refutatur prædictus error Orig. vterque, & excusatur author, contra quosdam.

Nomen inferni in vet. test. an aliquando significet ad literam, Gehennam.

§. 6. Producũtur loca vet. test. iuxta Hebr. vbi Gehennæ perpetuitas indicatur.

§. 7. Refutatio sententiæ traditæ in. 2. & 3. §. & defensio Hieronymi.

§. 8. Quòd longè plures sint reprobi quã prædestinati, ex scriptura.

§. 9. Quòd fidelium & verè credentium maior pars damnatur, probatur latè.

§. 10. *Idem probatur testimonijs scripturæ.* A
§. 11. *Arguitur, & producuntur decem rationes, ob quas tam multi damnantur, & satisfit argumentis.*
§. 12. *Referuntur authores pro vtraque opinione.*

ILlud mihi, quod Socrates, apud Platonem, in Cratylo dixit, Deos omittamus, per Deos obsecro, nam de Dijs differere vereor, initio huius disputationis occurrit. Sinãque, Quæ sunt Dei, nemo nouit, nisi spiritus Dei: sicq; solenni Deum oratione precantes, dicimus, Deus, cui soli cognitus est numerus electorum, in superna fœlicitate locandus: profectò res est soliciti plena timoris, & (vt verius dicam) temeritatis & audaciæ, diffinire me velle, an numerus electorum numero damnandorũ maior sit. Quia tamẽ rem hanc in sacris Bibilijs Deus quadamtenus adumbrauit, conabor adnitarque ex ipsis dubij propositi resolutionem, Christo duce atque auspice Christo, deducere. B

1. Corin. 2.

I.

Error Origenis de reparandis dãnatis, & finiendis eorũ tormentis.

INitiò explodẽdus est error Origenis, homil. 8. In Iosue, & lib. 1. Periarc. c. 6. & lib. 3. c. vltimo, & homi. 9. in diuersos Matth. locos, & homi. 23. in Matth. in illis verbis. Donec ponam inimicos tuos: vbi elegantissimè loquitur: & alibi super Paulũ frequenter innuentis, Omnes in vniuersum rationabiles creaturas, siue homines siue Angelos aliquando tandẽ saluatum iri: & pœnas ipsas Tartareas, licèt post multa temporũ spatia, finiendas esse. Quæ sententia si vera esset quæstio à me proposita ociosa esset, quandoquidẽ omnes essent prædestinati. Sed ociosa non est quæstio nostra, quoniã sentẽtia illa vera non est. Et præterquã quòd error iste in libris nunc Origenicis insinuatur D. Hieronymus, in cõm. epist. ad Ephe. c. 2. & 4. & super Isa. c. vltim. & in epistola ad Auitum: & D. Augustinus lib. 21. de ciuit. c. 17. & lib. de hæresibus, tom. 6. hæresi. 43. quæ est Origenianorum, & Theophylactus super. 2. ad Thessa. c. 1. & oẽs ferè ecclesiæ patres, eundẽ errorem Origenẽ & Origenistas tenuisse, dicunt. Et ex recẽtioribus per multi, C

vt Cæ-

A vt Cœlius Rodig. lib. 1. lectionũ antiquarũ. c. 36. & Alphõ sus Castro de hæresibus, verbo infernus, hæresi. 2. Vega su per conciliũ, lib. 12. c. 2. Et quidẽ Ruffinus. lib. 1. Inuectiua rũ in D. Hieronymũ, de eòdẽ Hieronymũ errore notat. Tũ propter id quod ait ipse Hieronymus, lib. 3. cõm. in Paulũ, ad Gal. in illis verbis, Fructus autẽ spiritus est charitas, scili cet, nullã creaturarũ rationabiliũ apud Deũ perire perpetuò. Tùm verò quoniam lib. 18. comm. super Isai. cap. 66. hunc errorẽ referens, & multis scripturæ testimonijs niti dicẽs, ipsum non reprobat. Tùm tertiò, quia in comment. ad Ephes. 1. 2. & 4. eidem dogmati vehementer annuit. Et sunt qui dicant D. etiã Ambrosiũ huic errori subscripsisse.

B Armeni subscripserunt apertè, vt autor est Alphonsus Ca *Isai.* 14. strensis, loco citato. Anselmus verò Louduñ. glossæ interlinealis author, super Isaiam capit. 14. illa verba, Tu autem proiectus es, & c. allegoricè ad Diabolum trahit, & dicit: Et si omnes animæ aliquando habebunt requiem, tu nunquam habebis. Videtur saltem glossa hæc, hominum damnatorum tormentis finem imponere. Origenis fundamenta non vacat in præsenti adducere: neque, si vacaret, ad nostum modò spectaret propositum. Videat qui voluerit in D. Hieronymo, lib. 18. in Isai. capit. 66. & in Abulensi. super Matth. cap. 25. quæst. 540. vsque ad. q. 543. Expugnabitur ni hilominùs error iste à nobis inferiùs, ijs,

C qui eius videntur authores, minimè expugnatis ac laceratis, sed peramicè potiùs & benevolè excusatis. Nã D. Hieronymum, Ambros. Glossa, & forsitan Origenem ab hoc errore vindicabimus.

* Sed quoniam Origenis, erroriq; Origenici sese obtulit mentio, ecce aliud, quod vtrumque respicit, paradoxõ, scitu dignum, & dictu mirabile. Dicit, alternãdas sine cessatione beatitudines & miserias animarum, atque ab statu gloriæ in statum gehẽnæ itus ac reditus interminabiles, vices mutuas, sortes varias, ac diuersas. Quod disertis verbis retulit August. lib. 21. cap. 17. de Ciuit. & lib. de hæresib. c. 43. & saris insinuat D. Hiero. lib. 5. Comm. in Hieremiã, cap. 27. & 29. vbi, hac de causa, delirum vocat Origenem, quòd

* *Alter error Orig. notãdus.*

quòd ruinam cęlestis Hierusalem, & transitū beatorum in miseriam, & damnatorum in fœlicitatem gloriæ vicissim commniscitur.] A

II. *Sentẽtia D. Hieronymi quòd omnes fideles saluãtur.*

SEcundo loco examinandum est à nobis aliud dogma, quod, si quàm est gratum legentibus, tàm esset verum intelligentibus, nos, qui per Dei gratiam, fideles sumus, non essemus admodùm de nostra salute solliciti: Sententia certè D. Hieronymi ea est, scilicèt, Omnium quidẽ infidelium, videlicèt, Turcarum, Iudęorũ, Paganorũ, hæreticorum & dæmonum tormenta fore perpetua: cæterùm omnium fidelium, quantumuis sceleratorum, pœnas, temporarias futuras esse, non æternas. Est ergo sententia Hieronym. prædestinatos esse omnes solosq; fideles: contrà verò, solos & omnes infideles esse præscitos. Ne autem quisquã me aliquid D. Hieronymo imponere existimet, videat eius loca, quæ sequuntur, & audiat eius expressissima verba: Lib. enim. 1. Dialogorum aduersus Pelagianos, circa eorum titulum. 72. quem tunc expugnabat, sic ait: Illud verò, quod in sequenti ponis capitulo, in die iudicij iniquis & peccatoribus non parcendum, sed æternis eos ignibus exurendos, ferre quis potest? Et interdicere te misericordiam Dei, vt, si voluerit iniquis & peccatoribus parcere, te præscribente, non possit? Dicis enim, scriptum esse *Psal. 103.* in 103. Psalmo, Deficiãt peccatores à terra, & iniqui, ita vt non sint: non dicit, æternis esse ignibus exurendos, sed á terra deficere, & iniquos esse cessare. Et mox: Denique *Isai.* Isaias, de quo ponis testimonium, comburentur, inquit, peccatores & iniqui simul. Non addidit, in æternũ. Quòd verò sequitur in Isaia, Et qui derelinquunt Deum, consummabuntur, propriè de hæreticis dicitur, qui in æternũ cruciabũtur. Et statim: Deinde, cuius est temeritatis, iniquos & peccatores impijs iungere? Impietas enim propriè ad eos pertinet, qui notitiam Dei non habent: iniquitas autẽ & peccatum pro qualitate vitiorum, post peccati & iniquitatis vulnera, recipit sanitatem. Et infrà: Apostolus ad *2.* Rom. in eodem sensu loquitur: Quicunque sine lege peccauerunt, sine lege peribunt, & quicunque in lege peccauerunt, B C

A uerunt, per legem iudicabuntur. Sine lege impius est, & hic, sine lege, in æternum peribit: in lege peccator credes in Deum, qui per legē iudicabitur, & nō peribit. Et mox: Christiani, si in peccato præuenti fuerint, saluādi sunt, post pœnas. Et post multa, idem his verbis repetit: Si Origenes omnes rationabiles creaturas dicit non esse puniendas, quid ad nos? qui & diabolum & satellites eius omnes que impios dicimus perire perpetuò, Christianos verò, si in peccato præuenti fuerint, saluandos esse post pœnas. Et lib. 18. iam citato, super Isai. cap. 66. dicit rursus: Sicut diaboli & omnium peccatorum atque impiorum, qui dixerūt in corde suo, Non est Deus; credimus æterna tormenta,
B sic peccatorum atque impiorum, & tamē Christianorum, quorū opera in igne purgāda sunt atque probāda, moderatā arbitramur & mixtā clementiā sententia iudicis, Hactenus Hiero. Vnde meritò hanc sententiam illi tribuit Stanislaus Pannonius, Anabaptista hæreticus, lib. de diuina Philantropia, referente Sixto Senensi lib. 6. Bibliothecæ, annotatione. 290. Habemus ergo ex D. Hieronymo, quòd quāuis ex omnibus hominibus non saluentur plures, at saltem omnes fidem veram habentes, quantumuis mortalibus criminibus depressam & extinctam, saluantur: atque adeò sunt prædestinati. Quod nobis, qui per Dei gratiam, fideles sumus, si verum esset, sufficeret. Sed hoc infra exa
C minabitur.

III. *Mirabilis doctrina D. Hier. de salute hominum perditissimorū.*

POstquàm verò in D. Hieronymi dogmata incidimus, accipite aliud eius dogma mirabile, ne dicā horrēdum, & incredibile dictu, quod & ad nostrum propositum plurimùm facit. Is ergo super Naum. c. 1. cum inueheretur in hæreticum Martionem, qui Deum appellabat crudelem, ipse Hiero. exaggerare Dei bonitatem conatus, planè asseruit, neq; homines, qui tempore diluuij, aquis fuerunt præfocati, damnatos fuisse: imò neque Sodomæ & Gomorræ ciuitates, quas Deus igne & sulphure à Domino, de cœlo misso, stirpitus absumpsit. Sed nec AEgyptios, quos mare rubrum inuoluit; & tandem neque Israelitas, qui in deserto, irato Deo, fuerunt interempti, sed his omnibus,

Genes. 7. *Genes. 19.* *Exod. 14.* *Exod. 32.*

ait

ait Hieronymus, hæc supplicia in hac vita reddidit Deus, A
ne in æternum puniret. Idem insinuat in quæstionib. He
bræ. in Genesim. c. 6. tractans illud, nō permanebit spiri-
tus meus in homine, &c. Quod totum in illo fundat quod
Naum. 1. habetur Naum. 1. Non consurget duplex tribulatio. Seu,
vt septuaginta interpretes verterunt, Non puniet Deus
bis in idipsum. Quæ autem & quàm grauia, eorum ho-
minum, quos Hieronymus autumat non esse damnatos,
Gen. 6. fuerint peccata, satis patet ex sacra pagina. De primis enim
dicit scriptura, Gene. 6. omnis caro corruperat viam suam.
Quod Chaldæus Berosus, his verbis paraphrasticòs elucida
uit. Procurabant illi homines aborsus, & in edulium præ-
parabant: commiscebātur matribus, filiabus & sororibus, B
masculis & brutis: contemptores religionis, & Deorum.
Parū autē refert examinari, an Berosus ille à Ioanne Anio
Viterbiensi confictus sit, de quo aliquando inferiùs occur-
* ret dicendi occasio: nam & *scriptura sacra eorum conspi-
cuè scelera notat, Gene. 6. suprà. At Sodomitarum gentis
profligatissimę peccandi licentiam effrænatam, quis igno
rat? Non modò post carnē alteram abibant, quod refert
Gen. 18. & 19. Moyses, Gene. 18. & 19. amorē naturalem fœminarum in
teneros mutādo mares, quod his verbis de Orpheo, primo
Gentilium Theologo, sed impurissimo nefandi criminis
Orpheus sodomita. Doctore, refert Ouid. 10. Met. & Abulen. super Genes. c.
19. sed & aliàs pessimi erant & deterrimi, nā sacer vates E- C
Ezech. 16. zechiel. c. 16. eorum superbiam, edacitatem, auaritiam me
morat. Et refert Abul. ex R. Salomone, super Genesis. 18.
post medium, puellam quandam, quòd egenti panem de-
disset, fu sse de mādato Magistratuum Sodomę, nudatā &
melle toto corpore illitam, æstiuo tēpore apibus muscis-
que pungendam expositam. Mirum in pauperes odium &
feritatem! Ast peccata AEgyptiorum, vt cum Iuuenali lo-
quar, quis nescit.]

——— *Qualia demens*
Ægyptus portenta colat, Crocodylon adorat.
Oppida tota canem venerantur. ———

cum

A Cum & illi infideles essent, & omnium gentium maximè superstitiosi & idololatræ. Israelitæ autem plurima etiam in deserto patrauerunt scelera etiam idololatriam. Et tamen his Deum peperciſſe, & perpetuas futuræ vitæ pœnas cum breui & ferè momẽtaneo præsentis vitæ supplicio commutasse, autor est D. Hiero. quoniam Deus non punit bis in id ipsum: puniret autem bis, si quos semel in hac vita tam acerbè puniuit, in alia deinde puniẽdos reseruaret. Si verò quis opponat Hieronymo, illud Isai. 40. Suscepit de manu Domini duplicia, vel, vt legũt. 70. suscepit de manu Domini duplicia peccata, id est, duplices peccatorum pœnas: Et Hiere. 17. Duplici contritione contere eos. Qui
B bus verbis insinuare videtur, Deum punire bis in id ipsum: Dicit Hieronymus, primum horum de duplici captiuitate, quam Iudæi passi sunt, scilicet, Babylonica & Romana, alterum verò, de duplici contritione temporali, scilicet, quæ fit gladio & fame, interpretandum esse. Atq; adeò in hac vita, nihil obstat, quo minꝰ bis quispiã puniatur: verùm hîc & in alia vita quenquam puniri, hoc negat Hieronymus, & hoc negari existimat à sacro vate Nau. Cyprianus, Cisterciẽsis monachus, eloquenter & copioſè locũ hunc, cum Hieronymo disputans, tractat, & ire Abul. super Genes. 18. fol. 217. col. 2. & 3. nobis, quoniã aliò properamus, sufficiat explicasse, quomodo, secundùm mentẽ Hieronymi, numerus prædestinatorum auctior & cumulatior sit,
C quàm vulgò putant reliqui.

Isai. 40. Hiere. 17.

IIII.

Explicatur locus reconditissimę difficultatis.

SED sanè continere me non possum ab explicatione loci cuiusdam difficillimi, & in cuius gratiam multùm diuque elaboratum à me est. Eò autem libentiùs eum adducam, quò magis eum facere video, cùm ad numerum saluandorum venandum, tùm ad perscrutandum etiam, vtrùm homines illi, qui cataclysmi inundatione submersi sunt, salui facti fuerint, vt dicit Hieronymus. Locus habetur. 1. Peri. 3. *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu.* Hęc tàm clara sunt, quàm quę sequũtur, obscura, *In quo & his, qui in carcere erant spiritibus, veniens*

1. Pet. 3.

veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam, in diebus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci, ideſt, octo animæ, ſaluæ factæ ſunt per aquam. A
Nihil in præſenti moror, an legẽdum ſit * mortificatus quidem carne, viuificatus autem ſpiritu, vt legit Cyril. Alex. lib. de fide, ad Theodoſium, aute medium, Aug. Epiſt. 99. Ruffinus, in expoſitione ſymboli: an vero mortificatos & viuificatos: & item, an]ſpiritu vel ſpiritibus: & an, expectabat Dei patientia, vel expectabant Dei patientiam: ſuper quo video alios variare, Bedam, Dionyſium, Eraſmũ, Claudium, Gagneium. Et quidem fatentur Oecumen. & Dionyſius, locum hunc intricatũ eſſe ac ſatis obſcurum, B
ac varijs tranſlatum modis, & re vera ita eſt. Verumtamẽ, ſiue hoc ſiue illo aut illo modo legas, neque ſenſus variatur, neque loci difficultas minuitur.

* * Primùm autem, abominanda nobis & execranda venit impietas quędam recens, ſed veteres omnes Hęreticorũ blaſphemias longe vincẽs, Caluini, ſycophantę noſtræ ętatis importuniſsimi, afferentis, animã benedictam Chriſti Domini eatenꝰ inferos barathri ſpiritus inuiſiſſe, quatenus ipſe Chriſtus, Chriſtus, inquã, damnatus quoque fuerit, & gehennę cruciatus cum reprobis triduò pertulerit; quia nimirum in cruce deſperauerit & diffiderit. Quod delirium verè animus meminiſſe horret, & pięimò & ſanę quęuis C
aures audire refugiunt. Tangit Gilb. Genebrardus, verè pius ſcriptor & doctus, lib. de Trinit. refertque latè veriſſimus mẽdaciorum Caluini inquiſitor Bellarminus, in Præfatione tomi. 1. & controuerſia. 2. lib. 4. c. 8. vbi ex fideliſsimis huius ſæculi chronologis refert, hac de cauſa, Caluinum ipſum moribundum deſperaſſe de diuina miſericordia; cuius rei teſtimonium perhibent, qui huic Caimo ac Iudę, & Caimo & Iuda longè peiori, decumbenti, vſque ad extremum halitum miniſtrarunt. Dicunt, deſperaſſe illum, & maledixiſſe diei, quo librorum ſcriptioni & lectioni ſtudiũ cæpiſſet impendere. Et huic Diuo, huic Apoſtolo miſeri hæretici nũc temporis, totos ſe credunt, addicunt, commendant. *Rem miſeram!*

Error Caluini execrandus.

Sed

A Sed ad rem, D. Ireneus, lib. 1. contr. hæreſ. cap. 29. & Epiphan. hæreſi. 24. referunt, Martionem aſſeruiſſe, Chriſtum ad gehennæ barathrum deſcendentem, liberaſſe damnatos, & ibi, (quod ridiculum eſt) animas ſanctorum patrum qui ſibi in limbo prædicanti credere noluerant, reliquiſſe. D. Auguſt. hæreſi. 79. & Philaſter Brixienſ. cap. de Deſcēſu Chriſti ad inferos, referunt quorundam] ſentētias, aſſerentium, Chriſtum quidem ſuo deſcenſu ad inferos, hoc indulſiſſe damnatis, vt ibidem confitentes, ſaluarentur. Clemens Alex. libr. 6. Stromatum, Origenis præceptor, deluſus authoritate Hermetis, putat, Chriſtum euangelium prædicaſſe damnatis, & eorum aliquos liberaſſe, qui B ex Gētilibus ſanctè vixerant, vt Platonem. Nicætas Græcus Gregorij Naziāzeni paraphraſtes, in Gregorij oratione. 2. in Paſcha, dicit, Chriſtū prædicaſſe Gētilibus apud inferos, & nōnullos ibi ad fidē vocaſſe & liberaſſe: quorū vnū fuiſſe Platonem, multos dicere, dicit ipſe. Exiſtimat autē Billius, qui eſt Nicætæ interpres, ibidem, totum hoc alluſionem eſſe ad præſentem locum. 1. Petri. 3. D. Ioannes Damaſc. in ſermone, cuius titulus eſt, Quòd qui in fide hinc migrarunt, ſacris operationibus, & viuorū beneficijs multùm iuuentur, aliquos in inferno dānatorum Chriſtum ſaluaſſe, ſatis inſinuat. Quanuis poſt multa, ſe hoc non definiendo aſſeruiſſe, dicat his verbis: At nos (indignum enim C foret) definimus nihil: tantùm fraternitatis ſtudio ratiocinamur. Poſt quæ ſaluatum Traianum etiam oratione B. Gregorij dicit, & id atteſtari totū Occidentē & Orientē. * Fauet & iuuat mirum in modum illuſtris locus Eccleſiaſtici, 24. vbi Sapientia incarnata ſic loquitur, Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino. Particula illa diſtributiua, omnes, expendenda eſt, tribus vicibus hîc repetita. Tametſi autem liber iſte Eccl. nō recipiatur ab Hebræis, nec locus iſte cap. 24. à Græcis, tamē apud Catholicos ſummum habet authoritatis pondus.]

Alij errorescirca hoc

* *Eccleſ. 24.*

Armeni, referente Guidone Carmelita, & Alph. Caſtrenſi, verb. Infernus, hæreſi. 3. dicebant, Chriſtum, cum ad infer

ad inferna descendit, omnes damnatorũ animas inde edu A
xisse. D. Hieronymus suum etiam circa hoc iudicium tu-
lit, in Comment. epist. ad Ephes. c. 2. sic dicens: Descen-
dit Christus ad inferiores partes terræ, vt quasdam occul-
tas dispensationes, quas solus ipse nouit cum Patre, com-
pleret: neq; enim scire possumus, quomodò ijs, qui in in-
ferno erant, sanguis Christi profuerit, & tamen quin pro
fuerit, nescire non possumus. Caieta. ibi. 1. Pet. 3. contẽ
dit, Christum prædicasse damnatis, non tantùm manife-
statiõe suæ virtutis & maiestatis, sed certè prædicatio-
ne fructuosa, vt ipse dicit. Quibus & alijs verbis satis insi-
nuat, Christo ad inferna descendente & prædicante, plu-
res, qui tẽpore diluuij, increduli fuerant, & sic è viuis de- B
cesserant, conuersos fuisse ad fidẽ, atque adeò à pœnis eru-
tos esse. Et liquet hoc sentire Caietanum, licèt ipsius ver-
ba explicatore indiguisse, quoniam obscurè loquitur, vi-
sum est Frãcisco de Christo, in. 3. sent. d. 22. q. 3. de descen
su Christi, vbi eam explicat & expugnat. Et quidem Isido-
rus Clarius ibidem obscurè loquitur: semel tamen & ite-
rum reperit, prædicante Christo apud inferos saluos fa-
ctos fuisse eos, qui crediturí essent, si tempore Noe Chri-
stus eis prædicaret. Videtur autem approbare sententiam
Nicętæ in Grego. Nazian. iam commemoratam. * Sum-
mo denique loco, D. P. Augustinus, (quod miror) lib. 12.
Act. 2. de Genesi ad lit. cap. 33. tom. 3. concionem D. Petri, Act. C
2. de solutis per Christum doloribus inferni, planè non ve-
retur explicare de aliquibus, quòd soluti ereptiq; fuerint è
doloribus & supplicijs inferni, per Christum. Quòd non
latuit doctissimum Genebrardum, lib. 3. de Trinit. versu
38.] Porrò si neque iste, neque quisquam alius ex præfatis
sensibus intenditur à D. Petro, ostendatur, quid nam ver-
bis illis significet, *In spiritu veniens prædicauit his, qui in car-
cere erant, spiritibus, qui increduli fuerant aliquando, in diebus
Noe, &c.* Non enim de descensu ad limbum Patrum aut
purgatorium loqui videtur, sed descensu ad Tartara, vbi,
scilicèt, detinebãtur illi, qui increduli fuerãt in dieb⁹ Noe.

Veræ expli Veruntamen postquam huius primi generis interpreta-

tiones

A tiones retulimus, ad veriores & quæ teneri poterunt accedamus. Nam si Christum ad damnatorum inferna descendisse dicamus, dicere sanè cũ D. Damasceno debemus, lib. 3. de fide orthodoxa. c. 29. Christum descendisse & prædicasse damnatis, non vt eos ad fidem conuerteret, sed vt eorum infidelitatem improperaret & redargueret. Quæ explicatio teneri potest, nam eam approbat Sanct. Tho. 3. part. quæstione. 52. artic. 2. ad tertium. Et eã tradunt Scholia Græca cap. 4. eiusdem epistolæ D. Petri. & cõmuniter doctores Græci eam sequuntur, cũ Athanasio in Epistola ad Epictetum, vt etiam refert Dionys. Cart. in. 3. d. 22. q. 6. *cationes illius loci obscurissimi.*

Diuus Augustinus, qui in maioribus difficultatibus scri *Prima.*

B pturarum elucidandis principem obtinere locũ solet (* vt omittam quod obiter, lib. 12. citato de Genes. cap. 33. dicit, de solutis per Christum doloribus inferni) Sanè vbi præsentem Petri locũ expropositò elucidare voluit, Epist. 99. tom. 2. in primis rei difficultate pene obrutus, obtestatur Euodium, cui epistolam dirigebat, vt alios consuleret eruditiores, qui locum interpretarentur, interpretatus est nihilominùs de ipsis temporibus Noe: ita, vt Christus in spiritu apparuerit temporibus Noe, & tunc prædicauerit illis spiritibus, qui in carcere erant, idest, hominibus illius seculi, qui more scripturæ, spiritus appellantur, vt. 1. Ioann. 4. Omnis spiritus qui non credit Iesu Christo, &c. idest, omnis homo. Qui in carcere erant, *Secunda.* *1. Ioan. 4.*

C scilicet, cæcitatis, & ignorantiæ, erroris, & peccatorum. Vel, in huius vitæ carcere. Vel sic, Prædicauit tunc temporis Christus spiritibus, idest, animabus existentibus in carcere corporis, qui appellari solet carcer in scriptura, à quo dissolui cupiebat Paulus, & esse cum Christo, & Dauid, Educ de custodia animam meam, Hanc eandem explicationem sequitur Beda, ibi, & Albertus, & Sanct. Tho. super illum locum quos etiam sequitur Diony. vnde Beda sic legit, His qui in carne erant, spiritibus. Licet recentiores Augustinum hîc penitùs deserant. *Phil. 1.* *Psalm.*

Quòd autem Christus in veteri testamento iam olim

Quòd in veteri test. persona Verbi diuini iam olim apparuit in forma humana

multoties apparuerit, etiã in forma humana visibili, quan A
uis non verè, & substantialiter factus homo, sed secũdùm
speciem, & apparentiam confícta, & assumpta humani
corporis effigie, quasi illis apparitionibus se exerceret, ad
veram humanitatem aliquando assumendam: habent in-
numeri Patres Ecclesiæ, & concilium Syrmiense, can.
13. &. 14. & Diui Leonis Papæ, in Epistola ad Pulche-
riam Augustam (estque numero Epistol. 13.) verba sunt
ista: Potuerat omnipotentia filij Dei, sic ad docendos,
iustificandosque homines, apparere, quomodo Patriar-
chis, & Prophetis in specie carnis apparuit: cum aut lu-
ctam iniit, aut sermonẽ conseruit, sed illæ imagines, huius
hominis erant indicia. Clemens etiam Romanus libro. 5. B
constitut. Apostol. c. 19. dicit, quòd hunc, idest, Christũ in
apparitionibus, viderũt factũ hominẽ, Moyses, Abrahã, Ia
cob, Iosue, Samuel, Dauid. Eusebius Cęsariẽsis per multa
capita lib. 5. de demõstratione euangelica. c. 9. vsq; ad. 20.
& alij multi idẽ habẽt. Et mihi est verosimillimũ. De quo
in sequẽtibus iterum redibit sermo. q. 5. Scholastica ad fi-
nem. sic ergo temporibus Noe, Christus visibilis apparuit,
prædicaturus.

Quomodo Christus in spiritu venerit, tempore Noe.

Quod verò ait, in spiritu, multiplicem habet expositio-
nẽ. Plures adduxit S. Thom. ibi. 1. Petri. 3. Igitur, in spiritu,
significat primò, nõ in veritate carnis apparuisse, sed in per
sona diuina spirituali, assũpta tñ specie quadã, in similitudi
nẽ hominis. Vel secũdò, in spiritu, idest, in aere, & veluti in C
phãtasmate hominis, nõ vero assũpto corpore, sed aereo,
in similitudinẽ homunis efformato. Vel tertiò, in spiritu, id
est, interiùs suggerẽdo Noe, & alijs viris sanctis illius æta-
tis prædicationẽ atq; doctrinã, vt populũ admonerent de
peccatis suis, deque supplicio vltimo, quod iamiam illis
imminebat. Igitur, quò totius loci intelligẽtiã ex dictis col
ligamus, Christus cęlestis cõcionator iã olim tempestate
Noe, siue per se, siue per suos ministros veniẽs, pęnitẽtiam
prædicauit hominibus illius seculi: illi autẽ, cũ in carcere es
sent cæcitatis, & errorũ, credere, & assentiri nolebãt præ-
dicanti, sed expectabant vberiorẽ Dei patientiã, donec ira

tus

A tus Deus tã longa expectatione, ipsos aquis diluuij obruit. Furor enim est læsa sæpiùs patientia, vt habet adagium Publij Mimi, quod refert, & commẽdat Macrobius libro Saturnalium.

Didacus Paiua Dandrada, Lusitanus, libro. 2. defen- *Tertia.*
sionis Tridentinę fidei catholicæ, partim ex Aug. partim verò ex suo marte, aliam protulit intelligentiam. Vt primò, cũ Augustino cõueniamus in hoc, quòd priora illa verba, In spiritu veniẽs prædicauit, ad Noe tẽpora pertineant: & tũc Christus venisse & prædicasse dicatur: Sed tamẽ qđ sequitur, His qui in carcere erãt, spiritibus, nõ sit referendũ, vult Aug. ad illos homines, quatenùs tẽpore Noe viue
B bant, sed ad ipsosmet, pro vt tẽpore Christi erant iam in inferno: ita vt sit sensus: Christus, in spiritu iã olim temporibus Noe veniens, prædicauit illis, qui nunc tẽporis sunt spiritus, & in carcere inferni detinentur: tũc autẽ in mundo viuentes, Noe credere recusabãt. Itaq; his, qui modo sunt spiritus, Christus tunc prædicauit. Facit ad hoc locus alter eiusdẽ Petri. c. sequẽti, Propter qđ & mortuis euangelizatum est, idest, prædicatũ est euangeliũ eis qui nũc quidem sunt iã mortui, olim tñ dum viuerẽt euangeliũ audierunt. *1. Pet. 4.*
Ac si diceret, nõ esse nouã aut recentẽ euangelij prædicationẽ, nã & mortuis annũciata est, idest, superiorũ tẽporũ hominibus, iã pridẽ mortuis. Ex his porro interpretationibus colligitur, perantiquã & vetustissimã rem esse prædi-
C cationẽ euãgelij: nõ tamen sequitur, quod illi existimabãt, scilicèt, perditissimos illos homines saluatũ iri. Quin potiùs, id quod proximè accedit ad nostrã quæstionẽ, fit, ꝙ, sicut pauci tẽpore diluuij ab aquis seruati sunt, scilicèt, octo, pereũte reliqua ferè innumerabili hominum multitudine, per totũ orbẽ terrarũ lõgè lateq; dispersa; ita quàm pauciss imi sunt qui nũc tẽporis ad patriã peruenĩũt, cęteris omnib⁹ (miserabile dictu) pereuntibus Quarè si prædestinatorũ numerus cum numero præscitorum comparetur, vix octo saluantur, præ magno eorum, qui damnantur, numero. *4. Explicatio illius loci.*

Alterum etiam sensum difficilis ille locus admittit, vt scilicèt, non de carcere huius mundi aut inferni, ibi sit lo

quutus D. Petrus: sed de carcere lymbi aut purgatorij. Et A
in eum locum dicatur descēdisse Christus, in spiritu, idest,
in anima vt interpretatur Cyril. Alex. loco citato: & inde
eos homines extraxisse, qui tempore Noe, aliquando qui
dem incredulifuere, sed ipsius Noe prædicatione cōmo-
niti, tandem resipuerunt, & sic, vel ad limbum vel purga-
toriū descēderūt, sic quidē Claudius Guill. super hūc locū
& Frāciscus Turrianus, lib. 4. pro Epist. Pontif. c. 12 Itaq;
considerare oportet, ex hominibus illis, qui tempore Noe
fuerunt increduli, quosdam quidem fuisse semper incre-
dulos, quosdam verò aliquando: hoc est, aliquo temporis
illius interuallo: Et quidem qui semper fuerūt rebelles & B
obstinati, ad damnatorum inferna contrusi sunt: in quem
tamen locum Christus minimè descendit. Qui verò ali-
quando fuerūt increduli, sed non semper, nam sacris Noe
concionibus acquieuerūt ac sic pœnituerunt, isti quidem
ad purgatorium vel ad limbum patrum deducti sunt: & in
hunc locum descendit Christus, ibidemq; ipsis prædicauit
annunciando pacē atq; salutem, vt longo quasi postlimi-
Isai.49. nio, in cœlestem patriam perducerētur. Isai. 49. vt diceres
ijs, qui vincti sunt, exite: & his qui in tenebris sunt reuela
mini. Plurima itaq; mihi videtur habenda esse ratio illius
aduerbij, *aliquando*. Illud porrò quod dicit ibi D. Petrus.
Quando expectabant Dei patientiam, allusio est ad illud,
Eruntq; dies hominis. 120. annis. Tot enim annorū spatio- C
Genes.6. eos Deus ad pœnitētiā expectauit. Isq; est illius loci sensus
vt vult D. Hieronymus, in Quæstionibus Hebræ. Chryso
stomus, Beda, & Albinus, vel Alcuinus in Gene. quanuis
alij ignorāter existimauerint, præfixū ibi fuisse à Deo ter-
minū humanæ vitæ, quæ ab illo tēpore protēdi minimè iā
deberet, vltra centesimū vigesimū annū. Quod ita intelle
xerūt Lactant. Firm. alioqui eruditus & elegās scriptor lib.
2. diuin. instit. c. 14. & Iosephꝰ lib. 10. antiquita. c. 3. & Petrus
Apon. conciliator Medicorū, Quod tamē sustineri mini-
mè potest, cùm post diluuij tēpus, multi illum vitæ termi
num pluribus annis superauerint, scilicet, Abrahā, Iacob;
&c. Et hactenus de hoc tam abdito & inuio testimonio.

Quo-

A Quoniam tamē plurimùm vereor, ne præsens quæstio crescat in tractatum, vt creuit præcedens, operæpretium faciam, si per quasdam propositiones dogmata superius tradita breuiter confutauero, & quæstionis difficultatem resoluero. Vt ergo ab Origene incipiamus,

V. *Refutatur error Origenis de reputatione dānatorum.*

SIt prima propositio: Intolerabilis & apertissima hæresis est, quòd damnati, siue Angeli siue homines, debeant aliquando pœnitere & ad Deum reuerti, & salutem adipisci: quod erat dogma Origenis. Neq; video quomodo ab hoc ipsum possimus errore vindicare. Scio *præter Eusebium & Didymum, Origeni ferè coætaneos, qui, teste Hieronymo, in Epist. ad Pammachium & Oceanum, conati sunt asserere Origenem ab erroribus; eò quoque temporis,] sanctissimum Pamphilum Martyrem Apologiam pro Origene confeciſſe, vbi à multis eum defendit & purgat. Et Ruffinus etiam non solùm illum Pamphili librum fecit Latinum, sed & alium eiusdem argumenti conscripsit, in cuius quidem fine, sic ait: Si quid inuentum fuerit in libris Origenis, quod cum fide Catholica non cōsonet, hoc & ab hæreticis suspicamur insertum, & tàm ab illius sensu, quàm à nostra fide ducimus alienum. Multi etiam Ecclesiæ patres super hac re digladiati sunt. Sed ex modernis Iacobus Merlinus, Apologiam pro Origene facit, quam tertio Origenicorum operum tomo affixit. Et in probatione secundæ propositionis, articulo secundo, Origenem ab hoc errore eripit, proditis vndecim, quæ ipse fidelissimè & diligentissimè collegit ac retulit ex eius libris, testimonijs, in quibus catholicè nobiscum confitetur, Dęmonum prauorumque hominum supplicia futura perpetua. Quod & ostendere molitur Picus ille Mirandulanus, ob raram formosissimi corporis, & animi venustatem, cum generis nobilitate & ingenij acrimonia coniunctam, Phœnix appellatus. Nam in suarum quæstionum Apologia, quæstione. 7. artic. 1. in. 2. hæresi Origeni attributa, ipsum etiā ab hac & alijs hæresibus immunē esse demonstrat. Fauet quoque Sot. 4. dist. 45. quæst. 2. artic. 2. & dist. 50. q. vni.

Defenditur Origenes.

art. 1. post. 4. con. Quin & ipse Origenes acerrimè conque A
ritur de aduersarijs suis, quòd ipsius libros multis errori-
bus respersérint. Quia in Epistola ad Alexandrinos, quã
refert Ruffinus in Apolog. sic ait: Quidã tractatus nostros
calumniantur, & ea sentire nos criminantur, quæ nunquã
sensisse nos nouimus. Et rursus: Quidam eorum qui liben
ter habent criminari proximos suos, ascribunt nobis & do
ctrinæ nostræ crimen blasphemiæ, quod à nobis nusquam
audierunt, &c. Quanuis D. August. tom. 6. lib. de Hæresi.
cap. 43. hanc errorum Origenicorum excusationem sibi
persuadere minimè potuerit. Sed neque D. Hieron. in
Epist. ad Pammachium & Oceanum. Verùm causa hæc,
quæ ad Origenem spectat, vt sub lite hactenus fuit, sub lite
quoque per me maneat: eam donec dirimat in die magni
iudicij summus ille humanarum litium diremptor Chri-
stus. Reliqua, quæ de alternandis beatorum ac miserorũ
statibus commentus dicitur Origenes, eadem nota cen
senda existimo, qua censui precedentia.] Et de Origene
hactenus. Ad id verò quod obijciebatur, D. Hieronymũ
& Ambrosium eiusdem etiam fuisse sententiæ, Respon
detur, eos tale nõ asserere: imò oppositum perspicuè con
sitentur, vt videre licet in Syxto Senensi, lib. 6. Bibliothe
cæ. annotat. 290. & 298. quod de Hieronymo ostendam
sequenti conclusione: nam Hieronymus est qui explica-
tione multa indiget, eo quòd varius loquutus est. Quod C
verò author glossæ interlin. videtur asserere, Animas om-
nium damnatorum aliquando tandem gloriam habituras,
soluitur cum S. Tho. 4. d. 46. quæst. 2. id sub hypothesi im
possibilis dictum esse, ad exaggerandam grauitatem pecca
ti diaboli, qui typicè ibi describebatur.

His hunc in modum statutis, quoniam de numero præ
destinatorum inquirimus, conuellere oportet & destrue-
re errorem hunc, siue sit Origenis siue non: qui, omnes
dãnatos reparãs, consequenter omnes prædestinat, nullos
reprobat. Cum autẽ ex nouo testamẽto vulgò nobis testi-
monia suppetant, in quibus asseritur, inferni ignes futuros
esse perpetuos; videamus, an ex veteri testamento infer-

num

A num esse ipsumque perpetuum ostendere valeamus, idq; ad literam, (nam allegoricus sensus ad fidei dogmata confirmanda, infirmus est valde, vt testatur B. Diony.) Vnde non est quòd depromamus Psalmum. 6. Non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis cõfitebitur tibi? Et Psal. 113. Non mortui laudabunt te, Domine, neq; omnes qui descendunt in infernum: & Isai. 38. Quia non infernus confitebitur tibi, &c. Et illud Iob, Terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Et similia. In his enim non videtur de Tartareo damnatorum barathro, sed de sepulchro tan-

B tùm esse sermo.

* Scio infernum in voluminibus Hebraicis interdũ quoque accipi pro loco subterraneo centri terræ; non pro sepulchro, quod duobus aut tribus tantùm palmis à terræ superficie distat. De quo non minus doctè & eruditè disputat quàm pie Geneb. lib. 3. de Trinit. versu. 38. ex ipsismet Rabbinis & Talmudistis. Nam, vt omittam, quod Latinè sepulchrum diuersam rem significat, quam infernus, & item Græcè infernus ἅδης nominatur, sepulchrum verę τάφος, vnde epitaphia, &c. Nã & Lucianus, Græcè doctissimus, in Dialogo de Luctu, dicit, ἅδην esse locum sub terra profundum: certè Hebraicè nomen שְׁאוֹל seol pro

C loco subterraneo inferni sæpiusculè vsurpatur. Cæterùm nomen Dumà דוּמָה pro sepulchro vel loco silenti, &c. Vnde שְׁאוֹל habetur, Num. 16. descenderunt viuentes in infernum, Heb. seol, infernum, scilicèt, damnatorum, vt Hiero. ad Ephes. 4. & Epiph. in Ancorato, longè à medio, Hebraicè peritissimi, dicunt. Et Isai. 14. Dixisti in cœlum conscendam; verũtamen vsque ad infernum Heb. seol detraheris, in profundum laci. Vbi vel de Diabolo, vel de Rege Babylonis est sermo, & infernus ibi non potest significare sepulchrum; tum quia Diabolus sepulchro nõ premitur, nec Rex ille sepulchrum habiturus erat vt dicitur in illo cap. tùm verò quia periret egregia antitheſis, Di-

Psal. 6. & 113. *Iob. 10.* *Isai. 38.*

* *Nomen inferni in veter. test. significat tarũ sæpè.*

Num. 16. *Isai. 14.*

xisti, in cœlum conscendam; verũtamen in infernum de traheris. Sic Psalm. 138. duo extrema & distantissima loca memorantur. Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum (Heb. שְׁאוֹל) ades. Et Psal. 49. Redimet animam meã de manu inferi, Seòl, & Psal. 9. Cõuertantur peccatores in שְׁאוֹל seol, infernum, &c. In his itaque locis & alijs videtur infernus sepulchrum nõ significare, sed ipsum infernum, vt vertit Latinè Hieronymus: & ἅδην, vt Græcè Septuaginta: & gehennam, vt Thargum, Chaldaicè. Notat Genebr. suprà. A

Psal. 138.

Psal. 49. & 9.

VI. * *Vet. testa. probatur in ferni perpetuitas.* *Isai. 30.*

SEd age, & vtrùm in veteri instrumento inferni perpetuitas tradita sit, conijciamus Isai. 30. Præparata est ab heri Topheth, à rege præparata, profunda & dilatata: nutrimenta eius, ignis & ligna multa; flatus Domini sicut torrens sulphuris succẽdens eam. Topheth hîc, qui locus erat non procul à Hierusalem, tropicè, sed ad literam, tartarum significat. Nam Rex Assyriorum, vt ritè obseruat ibi Vatablus, non iuxta Hierusalem mortuus & sepultus fuit. Dicit ergo Propheta, Topheth, quæ â rege, idest, pro impio rege Assyriorum præparata erat, præparatam esse ab heri, & flatum Domini eam succendere, atque adeò ab æterno & vsque in æternum duraturam. Ibi Rex ille impius in Deum, & in homines iniurius, ibi, inquã, vt cum Virg. loquar, Æneid. 6. B

——————*Sedet, æternumque sedebit* C
Infelix, &c. & magna testatur voce per vmbras,
Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.

Eccle. 11. Adde locum Ecclesiastes, cap. 11. Vbi ceciderit lignum siue ad Austrum siue ad Aquilonem, ibi erit. Quem locũ non tantùm D. Hieron. diligens historici sensus obseruator, sed Vatab. & Caietanus, eiusdem sensus literalis scriptura tum perscrutatores satis scrupulosi, de perpetuo animarũ statu, post hanc vitam, ibi interpretantur. Per aquilonem infernus; per austrum, cælestis gloria, (vt quæst. 6. Schol. §. 2. dicemus) significatur. Ibi ergo erit, ibi, perpetuò permanebit.] Tertio, Psal. 48. Laborabit in æternũ, & viuet adhuc in finem, & statim ibidem; sicut oues (in inferno, Hebrai-

A braicè seol, positi sunt) mors depascet eos. Ecce labores & vita damnatorum pari passu currunt, æqua lance, simili duratione mensurantur. Laborabit, inquit, & viuet, simul, & in æternum, & adhuc in finem. Tametsi pars hæc aliter, & confusè satis in Hebræo habeatur. Sequitur, sicut oues, ipsos in inferno positos, mors depascet. Non enim eradicabit eos, non euellet stirpitus, non consumet, sed pascet, vt solet ouis herbam pascere, non radicitùs vellere: atque adeò herba durat & permanet. Sic planè de iecore Titij comminiscebantur Poetæ, quod perpetuò à vulturibus rodebatur, nunquàm tamen absumebatur. Ouidius lib. 1. de Ponto.

B *Sic inconsumptum Tytij, semperque renascens*
Non perit, vt possit æpe perire, iecur.

Quo rodendi vocabulo forsitan adumbratur vermis ille etiam perpetuus, qui simul cum igne, perpetuò torturus est damnatorum conscientiam, dicente Isai. cap. 66. sitque hoc alterum testimonium pro nostra conclusione literalissimum (nam omnes patres, & ipse sacer textus Euangelicus de hoc ipso illum intelligunt, Matthæi. 25.) Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni. Nam, vt ibidem dicitur, Egredientur, scilicet, beati mente & considerationè, & videbunt cadauera virorũ, ideſt, damnatorum C qui præuaricati sunt. Cui consonat alter mirabilis & literalis locus, Dani. 12. Multi ex his qui dormiũt, resurgẽt. Multi, ideſt, omnes phrasi scripturæ, vt ibi, Per vnius inobediẽtiã peccatores cõstituti sunt multi, ideſt, omnes. Et Luc. 7. Remittuntur ei peccata multa, ideſt, omnia. Sequitur in Daniele, Alij in vitam æternam, alij in opprobrium æternum, vt habetur Hebraicè: vel, vt videãt semper, vt habet Vulgatus: vel, vt videantur semper, nam verbum ibi positũ, passiuè potest accipi, sicut ibi. Interficitis vniuersi vos, pro interficiemini, tanquam paries inclinatus & maceria depulsa. Sicut autem dicit Isaias, beatos egressuros, vt damnatos videant, sic dicit Daniel, damnatos vidẽdos semper, scilicet, à beatis, & irridendos & aspernandos. Et erunt,

Isai. 66. *Matt. 25.* *Dani. 12.* *Rom. 5.* *Luc. 7.* *Psal. 61.*

inqt Isaias, vsq; ad satietatẽ visionis omni carni. Et Iudith. A
Iudith.16. 16. Dabit ignem & vermẽ, (quod mirè cõsonat Isaiæ) in carnes eorũ, vt vrãtur & sentiant vsq; in sempiternũ. Posuerat ignẽ & vermẽ, & vnicuiq; suũ appropriat effectũ, vt vrãtur & sentiãt: nã ignis vret, & vermis sentire eos faciet & dolere, & vtrunque in sempiternum. Quid clarius? Sũt autem hæc loca eò maioris ponderis, quòd nullam habent aliam literalem intelligentiam, quàm de damnatorũ æternitate pœnarum.

Quanuis autem, teste D. Augustino. tom. 6. lib. contra Priscil. & Orig. c. 5. & 6. & melius tom. 5. lib. 16. de Ciuit. c. 26. & tom. 4. q. 31. super Gene. hæc vox, æternum aut sempiternum, in scriptura, interdum sumatur pro eo quod est B
longissimæ durationis, temporale tamen & finibile, vt ibi, de seruo auribus perforato, Exo. 21. seruiet in perpetuum
Genes. 17. ideſt, vsque ad annum iubilæi, & Gene. 17. Dabo tibi ter
Exod. 21. ram Chanaan in possessionem æternã, ideſt, longissimæ
Æternũ in durationis, & illud Horatianum in epistola, quod & addu
scriptura ꝙ. citur ibi ab Augustino.
diudurat.

Seruiet æternùm qui paruo nescit vti,

Ideſt, seruiet multa temporis curricula: quod latissimè disputat Finus Adrianus lib. 4. flagelli Iudæorum. c. 7. ex tribus Hebraicis vocibus, quæ pro longissima temporis duratione significanda, vsurpantur sæpè in scriptura; quod teti
git quoque Andreas Masius super Iosue capit. 24. tamen C
in quatuor illis locis, vox æternitatis, secundùm proprietatem sermonis Hebraici & significationem vocis Hebrææ, quæ ibi habetur, nõ nisi æternũ & perpetuò duraturum po
* test significare. *Vt verò nũc insaniã Caluini præterea, nullum locum subterraneum constituentis, in quem ad torturam mittãtur peccatores; quæ fuit antiqua Almarici, & Albanensium hæresis, referentibus Guidone, & Bernardo Lucemburgen. in suis hæreseon Catalogis; fuitque poetarum ac Philosophorũ quorundam error, Ouidij, Iuuenalis, Lucretij, & aliorum, quos memorabo. q. 6. schol. §. 6. sanè de prædicta] tormẽtorum perpetuitate, multa videre licet in D. Augustino, lib. 21. de Ciuitate, vbi & ostendit,

quo-

A modò damnatorum corpora, cum natura sint corruptioni obnoxia, & ignis alioqui summam habeat vim & potestatem ad destruendum & transmutandum quidquid sibi fuerit obiectum, non tamen agat in damnatorū corpora actione corruptiua, sed sint ipsa corpora tam miris & ineffabilibus modis à Deo temperata & solidata, vt in sempiternū habeat ignis in ipsis suæ actiuitatis & combustionis materiam indefectibilem. Merito Cor. Tacitus lib. Historiarū 5. alias, Annalium. 21. de Iudæis Hebræis ve loquēs, ait: animas prælio aut supplicijs peremptorum æternas putāt. *Eademque cura & de infernis persuasio, &c.* Et hanc ipsam horum suppliciorum perpetuitatem, ex Gentilibus etiam
B quàm plurimi quadantenus olfecerūt, luce etiam fidei destituti. Quod Augustinus Eugubin. lib. vltimo de perenni Philosophia, à. c. 19. vsque ad finem libri ostendit, productis multis testimonijs Ethnicorum, potissimum verò Platonis, Tullij, Plutarchi, Senecæ, Iamblici, & ex poetis antiquissimis vetustæ gentilitatis Theologis, Orpheo, Pindaro, Lino, Musæo, Hesiodo, Sophocle, &c. Et hactenùs de ista propositione.

VII. *Quod non omnes fideles sint prædestinati.*

SEcunda propositio: Quòd omnes fideles sint ad gloriam prædestinati, quòdque soli infideles sint præsciti & reprobi, dogma etiam est hæreticum, siue id asserue rit Hieronymus, siue non. Certè doctrina hæc non multū à Lutheranorum recentissima hæresi dissidere videtur
C Quemadmodùm enim isti, solam fidem dicunt sufficere ad salutem; contrà verò, solam infidelitatem esse peccatum, ob quod æterna infertur damnatio: sic illa sententia omnes fideles saluat, soloſque infideles damnat & reprobat. Et quidem D. Hieronymus eam non tenuit, quod duplici via ostendi potest. Prima quidem, quoniā D. Hieronymo familiare est de mente aliorum sæpissimè loqui, & eorum dogmata suis scriptis inserere. Patet tùm ex multis alijs eius testimonijs: tùm verò maximè ex quadam eius Epistola ad Augustinum, quæ incipit. Tres simul epistolas. non longè à principio, vbi dicit: Vt simpliciter fatear, legi hæc omnia, & in mente mea plurima coaceruans, accito

Defenditur Hierony. à suprà relatis erroribus.

nota-

notario, vel mea vel aliena dictaui, neque ordinis neq; ver A
borum, interdum neque sensuum memor. Ecce expressis-
simum testimonium, quo à multis Hieronymum vindica
mus calumnijs, dicendo, plerunque ex Origenis & aliorũ
scriptis quasi farraginem scriptorum cõpilasse: atq; adeò
de mente non propria, sed aliorum, sæpè sæpius esse lo-
quutum. Et quanuis id ipse non tam expressè ibi & alibi sę
pè fateretur, constat certè his qui in eius & aliorum anti-
quorum scriptis versati sunt, multa passim in Hieronymo
offendi, quæ in Origene & alijs peruetustis authoribus ad
verbum reperiuntur. Quod vel maximè videre licet libr.
18. iam relato in Isai. cap. 66. vbi longam, quam ibi adducit
explanationem, ad verbũ in Origene reperiet lector, tom. B
2. Origenicorum operum, homi. 9. in diuersos Matthæi lo
cos. Quin præclara sunt quæ ad propositum Syxtus addu-
cit, lib. 4. verbo, Hieronymus Stridon. vbi ait: Solet Hiero-
nymus in colligẽdis veterum explanationibus sępenume-
rò illorum sententias, & interdum quoq; nonnullas aberrã-
tes & absurdas opiniones referre, suppressis authorum
nominibus, & omissis aliquando, modestiæ gratia, confu-
tationibus earum opinionũ, quòd eas alibi plenissimè con
futasset. Quod fit, vt dum indiscriminatim permiscet alie-
na suis, videatur nonnũquam aliorum errores recipere, &
ex animi sui sententia pronuntiare.

Secunda via certiùs & irrefragabiliter ostenditur D.
Hieronymũ illi sententiæ nõ annuisse, sed abnuisse potiùs. C
nã in Apologia aduersus Ruffinũ, & aliàs sæpè cõstantissi-
mè asseuerat, omnes damnatos etiam fideles & Christia-
nos perpetuis ignibus excruciandos, & errorem eorum,
qui oppositum sentiũt, omnino detestandum. Sed omniũ
eius locorum optimus & apertissimus est, quem habet, su
Quadruplex ratio perpetuitatis inferni ex Hiero. per Ionam. cap. 3. vbi longo discursu id ostendit. Primò,
quia doctrinam hanc de finiendis damnatorum suppli-
cijs nunquã scriptura docet. Secũdò, quia in euãgelio æter
nus dicitur ignis inferni sæpenumero. Tertiò, quoniam
doctrina aduersariorum funditùs euertit timorem Dei,
si omnes improbi sunt, etiam post longas pœnas, tandem

aliquan-

A aliquando saluandi. Quartò, quia si omnes tandem eandē in gloriam sunt restituendi & reponendi, nulla iam erit distantia inter Virginem, & prostibulum: inter matrem Domini, & inter victimas libidinum publicarum: idem erit Gabriel, & Diabolus: Apostoli, & Dæmones: idem Propheta, & pseudopropheta: idem Martyres, & persecutores, &c. Quod verò tam expressè de Christianis videtur asserere, post ignes tandem eos esse saluādos, intelligit planè post ignes purgatorij temporales, non post æternos inferni. Nec verò oportet meam conclusionem alijs sacræ scripturæ locis comprobare, & patrum & conciliorum Ecclesiæ authoritate firmare, cum luce stellarum clario-
B ra, & earum numerò plura testimonia sint, quibus asseritur nō solum fidem, sed opera, sed charitatem ad salutem esse necessaria. Atq; adeò innumeros esse homines in inferno, qui Christiani quidem illi & fideles fuerunt, quia tamen mortalis peccati nexu implicati decesserūt è viuis, ab æternę vitę ingressu perpetuò retardari, & sempiternis inferni ignibus puniendos detineri.

VIII. *Quòd longè plures sint prædestinatis reprobi.*

TErtia propositio: Quantùm ex diuinis scripturarum voluminibus, sanctorum patrum scriptis, & quibuscūq; apparentissimis rationibus licet colligere, longè maior & incomparabiliter numerosior est hominum reproborum multitudo, quàm electorum. Conferimus in præsenti con-
C clusione homines hominibus, nec solum de Christianis loquimur: nam Christianorum & verè fidelium maior pars an condemnetur, dicemus propositione sequēti. Certè scriptura saluandos solet paucorum nomine significare. Psal. 16. Domine, à paucis de terra duide eos. Et hæc est communis intelligentia quā habet Chaldæus, qui pro paucos, vertit iustos & afflictos. Idem Euthymius & alij, Tametsi vox Hebræa מתים Methim, Pagnino sonet viros, Eugubino mortuos, Genebrardo paucos numero, alijs aliter, nam præter Rabbinos, etiam D. Hiero. Caiet. *Flami-* Psal. 16.
nius, Campen. & alij ex Hebræo aliter vertentes locum illum, longè alium sensum reddunt. Porrò quod sequitur, De absconditis tuis adimpletus est véter eorum, ideſt, malorum,

lorum, exponitur optimè (quod & per parenthesim refer- A
re libet) de opibus, auro & argento, quæ abscondita Dei
vocat, quòd Deus ea terræ venis occultauerit, idque ma-
gna industria & data opera. Præuidens enim Deus quan-
tum inde damni hominibus immineret, ab eorum oculis
amouit ea, inque terræ visceribus condidit, & maris & flu
uiorum alueis deposuit, vbi non nisi cum magna difficul-
tate reperiuntur. Veruntamen, vt diuinè cecinit Ouidius
1. Metamor. (Dauidi sacro vati prophanus hac in parte mi
rè concinens.)

——Itum est in viscera terræ.
Quasq; recondiderat Stygijsque admonerat vmbris, B
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.

His ergo abscondit is adimplentur mundani aut adimpleri
Eccl.7. satagunt, quo maximè à iustis differunt, qui pauci præ mũ
danis meritò appellantur, vt ibi etiam: De negligentia tua
Matth. purga te cum paucis, idest, cum bonis. Et ibi. Pauci verò
electi, idest, boni.

Dicuntur porrò eadem ratione in scriptura, lapides pre
Apoc. tiosi; & vasa aurea, & argentum & aurum. Sicut enim per
Rom.6. paucæ sunt gemmæ, perpauca vasa aurea, quàm plurima
vero vasa fictilia, ferrea, lignea, testacea: Sic longè plures
præsciti sunt quàm electi. Huic doctrinæ consonat quod C
4.Esdr.8. lib. 4. Esd. c. 8. habetur. Hoc sæculum fecit Altissimus pro-
pter multos, futurum autem propter paucos. Et mox: Ter
ra dabit multam terram, vnde fiet fictile; paruum autem
puluerem, vnde aurum fit. Sic, multi quidem creati sunt,
pauci autem saluabuntur. Ecce vbi qua proportione terra
pulullos auri superat, ea reprobi electos excedunt, testan
te Esdra, cuius in illis libris secundùm canonicos, est mul-
ta authoritas. Qua identidem & alijs similitudinibus vti-
tur D. Pater Augustinus. lib. 3. contra Cresconium. cap.
66. tom. 7.

Facit ad hoc, tertio loco, illud, Matthæ. 7. Arcta est
Matt.7. via, quæ ducit ad vitam: lata, quæ ad perditionem. Cuius

ratio

A ratio est, quam Hesiodus attulit, relatus à Tullio. familiarium, Epistol. 18.

Virtutem posuere Dei sudore parandam,
Arduus est ad eam longusq; per ardua callis, &c.

Et duas hasce vias Pythagoras per literam. Y. significabat: quarum quæ ducit ad vitam, arcta est, & difficultatibus & inuolucris implicata: contrà verò quæ ad perditionem, lata & multorum per eam transeuntiũ pedibus detrita, aperta & omnibus peruia.

Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni, &c.
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem:
B *Molle ostentat iter via lata, &c.*

Quartò, Appellatio sortis mirè quadrat electorum salu- *Ephes. 1.* *Colos. 1.*
ti, Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum, & illud, Sorte vocati estis. Quèadmodum enim sortes paucissimis cadunt, cũ tamen inter multas hominum centurias mitti soleant, ita perpaucis, inter multa hominum millia, sors prædestinationis contingit. Rursus, sors dicitur, vt *Prædestinatio dicitur sors.*
ostendatur, ad prædestinationem nihil referre dignitatem aut virtutem naturalem hominis, sed solam Dei voluntatem: sicut enim sortes interdum cadunt & contingunt homini pauperculo, vili mãcipio: & nobiles, potentes sapientesq; sua spe frustrari solent & exortes euadere: ita
C meritorum, dignitatum, virtutumq; humanarum nulla prorsus habetur ratio à Deo optimo Maximo, ad aliquem prædestinandum.

Adde quintò, ante tempora Christi, quãdo notus in Iudæa Deus, & in Israel tantum modò notũ erat nomẽ eius, & erat insuper in pace, idest, in Hierusalẽ, locus eius, quia *Psal. 75.* *Isai. 31.*
ibi præsertim colebatur, vt habetur Psal. 75. & quãdo caminus eius erat in Sion, Isai. 31. Israelitæ tantũ, ijque nó omnes, sed pauci saluabãtur. Et quãuis ex gentibus nonnulli iter aliquando salutis offenderent & salui fierent, tamen cum magno eorum, qui in toto terrarum orbe miserè peribãt, numero cõparati: aut nullus aut vnus erat. Non enim sine causa moribundus Moses dicebat: Beatus es tu Israel,

quis

quis similis tui, populo qui saluaris à Domino? Itaque eo A
Deut. 34. tempore ante aduẽtum Christi desideratissimum, quis in. ficiabitur pauçitatem electorum nulla exparte cũm perditorum multitudine posse conferri? Ad hæc: Etiam post aduentum Christi, per multas annorum centurias, vsq; ad auorum nostrorum ætatem, quot miserorum hominum millia, in illis vastissimis Indiarum regionibus, ab hinc cẽtum annis adnuentis (Proh dolor) condẽnabantur? Quot pueri? Quot adulti? Quot senes? &c. Verùm tantæ tamq; miseræ perditionis consideratio lachrymas excutit etiam lapideis oculis: nostri autem carnei sunt, & ijs quæstionibus dispiciendis & conscribendis perneceſſarij.

IX. *Quod fidelium Christianorum maior pars dãnetur.* B

SIt quarta propositio: Saluo Ecclesię iudicio, hominum etiam Christianorum & verè fidelium maior pars damnatur quàm salua fit. Et quidem cum in huius probationẽ conclusionis, firmum aliquod & constans argumentũ producere non possimus, coniecturis nobis agendum est primò, & deinde locis aliquibus, siue ex scriptura siue ex patribus, mutuatis. *Nã certi quippiã in re incertissima velle statuere, est velle per altissimas tenebras diuinare, o est in modũ vaticinantis Tyresiæ loqui, est quasi super prunas suspensis ambulare vestigijs. Igitur prima veritatis nostræ cõclusionis coniectura ea sit,] quòd finis iste salutis & gloriæ valde est improportionatus, & totam naturæ nostræ facultatem multis post se relinquens interuallis & C longè excedens. Adde, homines ipsos natura esse in malum omne propensos, nam suapte sponte in bonum sensus inclinãtur, quod siue perse, siue per accidẽs cũ bono rationis perpetuò pugnat. Insuper, ex peccato originis relicti sumus omnes vulnerati, infirmi & ad bonũ omne satis imbecilles. Mirandũ ergo nõ est si ex hominibus perrari prælatũ illũ & eleuatissimũ beatitudinis attingant scopũ.

Secundò, Recurramus obsecro ad cœlestia oracula, & in de prædestinationis signa petamus: quæ videlicet sunt, vera cordis humilitas, vera in aduersitatibus patientia, misericordia erga egenos, pietas in res diuinas, mundities corporis & animi, verbi Dei libẽs auditio & obseruatio. Hæc

Signa prædestinationis.

ergo,

A ergo signa cum meditati fuerimus, dicemus, aut paucissimos esse prædestinatos, aut indicia illa inania esse prorsus & fallacia: quorũ hoc secundũ dici non debet: nã illa aliaq; eius generis prædestinationis vestigia, ad fideliũ solatiũ relicta nobis esse à Deo, dicũt sancti patres. Restat ergo primũ esse dicẽdũ, & cõsequenter minorẽ fideliũ partẽ saluã fieri, cũ minor pars sit, in quibus signa illa reluceant.

Tertiò, cõcedimus quidẽ ex veris fidelibus bonã partẽ suscipere in mortis articulo sacramenta, cũ cõtritione suorũ peccatorũ, aut saltẽ, cũ attritione, quæ cũ sacramẽto satis est ad salutẽ. At si omnes totius Christianitatis prouincias mẽte perãbulemus, præsertimq; militũ, opificũ, nauta
B rum & aliorũ eius generis perditissimorũ hominũ mortes consideremus; inueniemus planè, quàm paucos eorum sacramenta in illo mortis cardine suscipere, aut si suscipiũt, certè in iudiciũ, & condemnationem, quantùm fas est suspicari de perditissima & profligatissima gente, & ad postremam vitæ metam pœnitentiam prolatante.

Quartò, adde hominũ etiã fideliũ maiorẽ partẽ, imò & maximã, dũ viuũt sani & incolumes, se citra timorẽ & scrupulũ multis sceleribus varijsq; peccatorũ generibus inuoluere: ita vt paucissimi sint quorũ si conscientias æquo examine penses, nõ reperias semper vnius aut alterius peccati mortalis labe coinquinatos: præterquam vno aut altero
C die, cũ tempore Paschali ad sacramenta se vt cunq; præparant: idq; in aulis Regijs, in tribunalibus, in mercatorũ & nummulariorũ mẽsis, in opificum domibus, in plateis vulgò. Quid in hospitum ac viatorum diuersorijs? in lenonũ & meretricum latibulis? vbi omnes vndiq; velut signo dato ad fas nefasq; miscendũ coorti sunt. Dices cũ poẽta.

Corruptissimi nostri seculi mores.

Nil nisi turpe iuuat, tunæ sua cuique voluptas.

Adi nundinas, militiã, foros, nautarũ & piscatorũ commercia, & ibi puerorũ, adolescentiũ, virorũ senumq; corruptissimos mores intuere, periuria, inuidias, detractiones, fraudes, cõuitia, rixas, obscœnitates, corrupta desideria, superbiã, auaritiã, edacitatẽ, vinolentiã, &c. profectò mecũ sentiẽs diceisque, Nemo Hercule nemo, aut vnus & alter-

horum est, qui salutis suæ memor ad Deum aliquando re- A
uertatur. Nam ecclesiasticas curias & cleri statum totum,
ita sit, saluemus & saluet Deus. Si inquã hæc omnia mẽte
perambulaueris, non poteris non dicere cum Danide vo-
ciferabundus. Quis dabit mihi pennas, sicut columbę?
Cuius ratio sequitur, Quoniam vidi iniquitatem & con-
tradictionem in ciuitate: Die ac nocte circundabit eam
Psal. 54. super muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniu-
stitia: & non defecit de plateis eius vsura & dolus. Die, in-
quit, ac nocte nõ defecit de plateis peccatũ. Quota enim
hora plateas adeas, qua non eas reperias peccatis & pec-
cantibus refertas? Circũdabit, inquit, eam, & super muros
eius iniquitas: ducta metaphora ab hostibus, cum oppida B
obsident & occupant & super muros vexilla, in victoriæ
signum erigunt. Super muros, inquit, eius iniquitas, quasi
populi victrix, &c. Et labor in medio eius & iniustitia. In
medio, inquit, quod Hebraica phrasi, plenitudinẽ signifi-
cat. Hanc peccantium effrenatam licentiam, Ouidius. 1.
Metamorphoseos, sic describit.

Protinùs irrupit venæ peioris in ævum
Omne nefas, fugere pudor, verùmque fidêsque:
In quorum subiere locum fraudesque dolique,
Insidiæque & vis & amor sceleratus habendi.

Et Seneca epist. 98. Ad deteriora faciles sumus, quia neq;
dux potest nec comes deesse, & res etiam ipsa sine comi- C
te, sine duce procedit, non pronum iter est tantum ad vi-
tia, sed præceps. Et lib. 2. de ira. c. 7. 8. &. 9. si irasci sapiens
debet factis turpibus, & cõtristari ob scelera, nihil est erũ-
nosius sapiente: omnis illi per iracundiam mæroremq; vi-
ta transibit. Quod enim momentum erit, quo non impro
banda videat? Quoties processerit domo, per sceleratos il-
li auarosque & prodigos & impudentes incedẽdum erit.
Nusquam oculi eius flectentur, vt non quod indignentur
inueniant, &c. O ergo tempora! ò mores! iustitia terris ex-
cessit, vis triũphat, nusquàm tuta fides, nihil intactum re-
liquit ambitio. Si ergo tàm se in omne vitium omnes ferè
homines, etiam illi, qui Christi baptismo susceptο, fidem

habent

A habent veram, præcipites dedunt, quare credendum est tam facilè in mortis articulo Deum eorum misereri, & abundantissima & efficacissima eis auxilia cõferre, vt saluẽtur: cum ipsi quandiù vixerũt, immemores Dei fuerint? Videatur Augustinus. lib. de vera pœniten.

Quintò. Accedit quod huius tam magnæ & excellẽtis Dei misericordiæ paucissima nobis exempla proponuntur, hominũ, qui in vita peccatores, & in morte iusti sint, nempe, vnius latronis, vnius Magdalenæ, vnius Zachæi, vnius Matthæi, vt nimirum sanctus Spiritus in scripturis suis nos edoceat, omnibus quidẽ quantũuis peccatoribus Deum auxilia ad salutẽ non denegare, omnibusq; ad glo-
B riam patere aditũ, paucos tamen eorũ, qui vitam perditè transegerunt, in hora mortis Dei misericordiam cõsequi.

HIS adijce scripturæ loca, Eccles. 1. stultorum infinitus est numerus. Psalm. 14. Non est qui faciat bonũ, non est vsq; ad vnum omnes declinauerunt, siue effętuerũt, vt habẽt Hebræa, simul inutiles facti sunt. Et rursus (quasi intercalari versu interiecto.) Non est qui faciat bonum, &c. Rursus toto Psalm. 11. hæc bonorum raritas à Dauide deploratur: Saluum me fac Deus, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum. Veritates, phrasi Hebraica, omnes virtutes: sicut mẽdacia omnia vitia significant. Et vltimo tandẽ, ipsoq; mirabili versu, In circuitu impij ambulant, id est, omnia impijs plena
C sunt: quoquo te vertas, circundatum te impijs videas necessum est, circumquaque licenter vagantibus. Vel sic (& ad nostrũ etiam facit propositum.) Cum virtus in medio centro sita sit, impij per circuitum obambulant, id est, per circumferentiam circuli. Sicut verò scopus vel centrum difficilè attingitur, facilè verò erratur ab illo: est enim multiplex latitudo circuitus, simplex verò & indiuisibile centrum: ita paucissimi virtutis scopum & beatitudinis centrum actionibus suis rectà tendentibus assequuntur, plurimi autem ab eis desciscunt.

X. *Locis scripturæ probatur conclus. 4.* *Psalm. 14.* *Psalm. 11.*

Et Michæ. 7. bonorum paucitas pulchro schemate depingitur, Vę mihi; quia factus sum sicut qui colligit in au- *Mich. 7.*

tumno racêmos vindemiæ,& non est botrus ad comedendum. Cõsonat locus iste ei,qui habetur apud Isai. Quomodò si paucæ oliuæ quæ remanserunt, excutiantur ex olea, & racemi cũ finita fuerit vindemia,&c. Quibus locis bonorũ raritas & inopia cũ raris illis racemulis,cumq; oliuis, etiã raris,post plenã integramq; vindemiam vsui paperũ derelictis, cõparatur. Contrà verò iniquorum copia cum plenissima illa vuarum & oliuarum segete, quæ ad vinum & oleum conficiendum & exprimendum, & ad vsus etiã comedendi tempore vindemię,à proprijs dominis colligi solet,aptissimè comparatur. A

Isai.24.

Adde ex innumera filiorũ Israel multitudine ex AEgyptiorum finibus profecta, & in terram promissam contendente,duos tantùm ad illam peruenisse ex sexcentis in quam hominũ millibus,intellige ad arma capessenda iam aptis:nã puerorũ senũ,quoque, fœminarũque numerus reticetur:&horũ nõ dubium,quin permulti adpromissionis terram deuenerint. Sicut ergo ex sexcentismillibus virorum armatis, ijsque fidelibus, duo tantùm assequuti sunt terram illam,ita perrari sunt qui etiam ex fidelibus ad patriam perueniunt,comparatione eorum qui ab illa exules in deserti Tartarei vasta solitudine permanent. Tractatur ab Augustino sermone.102.de tempore.* imò tractatur à Paulo.1.Cor.10.Nolo vos ignorare,fratres,quoniã patres nostri omnes sub nube fuerunt,&omnes mare transierũt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari,&c. sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. Hæc autem in figura facta sunt nostri.] Sed & illud hùc spectat: Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium, ex currentibus inquam per veram fidem quam qui non habent,non currentes,sed stantes, imò retrorsum euntes dici possunt. B

* 1.Corin.10

1.Corin.6.

XI. *Arguitur contra prædicta.*

SED exquiramus causas huius bonorũ inopiæ, & prauorũ copiæ:nã naturales esse nobis virtutes, dicit Damascenus lib.3.fid.orthod.c.14.& Glossa,Matt.4.in illa verba, circuibat Iesus.Quamobrẽ D.Tho.1.2.q.71.ar.2.docet,vitia esse cõtra naturã hominis.Porrò quæ secũdũ naturã sũt, C

in

A in pluribus reperiuntur: quæ verò contra naturam, in paucioribus. Quod priùs dixerat. 1. parte, quæſtione. 23. articulo. 7. in. 3. arg. & ſanè in cæteris naturalis malū reperitur in paucioribus, cur nō ſic in humana? Secundò, in ſcriptura copioſiſsimus ſanctorum numerus paſsim exprimitur, Matthæi. 8. multi ab Oriente, & Occidente venient, &c. *Matth. 8.* Et Apocalypſis. 7. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, &c. *Apoc. 7.* Et, Redemiſti nos Deus ex omni tribu & lingua & populo. Et. c. 14. Diabolus cauda traxit ſecū tertiā partem ſtellarum, ideſt, Angelorū: reliquæ verò duæ ſaluæ factæ ſunt. *Apoc. 14.* Si ergo angelorū plures electi ſunt, cur non idem de hominibus dicemus.

B Ad horum primum optima eſt S. Thom. reſponſio, in illa. q. 23, 1. p. ar. 7. vbi dicit, finem hunc beatitudinis ſuper naturalis non eſſe naturæ noſtræ proportionatum, & ideò in paucioribus reperiri. Addit S. Thom. ſecūdam cauſam, nempè, naturam noſtram eſſe gratia Dei deſtitutam per corruptionem peccati originalis, ac proinde pauci ſunt qui ad virtutis cacumina conſcēdunt. Præterea, bona hæc ſenſibilia ſunt magis nota nobis, atq; adeò vehemētiùs nos mouent, alliunt, imo trahunt, ne dicam rapiunt atq; præcipitant. Præſertim cum ſenſitiuæ ſimus naturæ, nihilq; ad intellectum deduci valeat, niſi medijs ſenſibus. Retardamur ergo à ſenſibus, quorū eſt nobis familiariſsimus vſus:

Decē cauſæ ob quas tam pauci ſaluā tur.
Prima.
Secunda.
Tertia.

C bona autem ſenſus cum bono rationis plerunque pugnāt, ſiue ſuapte natura, ſiue per accidens. Et ideò bono rationis rariùs ducimur, bono autem ſenſibili frequētiſsimè. Quartò, bona hæc ſenſibilia ſecum afferunt ſuum præmium, videlicèt voluptatem & delicias: at verò bona honeſta & rationis in longa futura tempora mercedem pollicentur. Quæ erat ratio perditorum illorum apud Ezechielem, c. 12. Viſio, quam hic videt, in dies multos, & in longa tempora iſte prophetat. Et Iſai. 28. expecta reexpecta, manda remanda, modicum ibi, &c. &. 2. Petr. 3. Vbieſt promiſſio, aut aduētus eius? Ex quo enim patres dormierūt, omnia ſic peruerāt ab initio creaturæ, & præ alijs inſignis eſt ſenſus, quē ſecundùm Galatinū, libr. 4. c. 2. facit ille locus

Quarta.
Ezech. 12.
Iſai. 28.
2. Petr. 3.

Deut. 5. Deuteronomij. 5. Ego sum dominus, faciens misericordiã in multa millia diligentibus me. Idest, facio diligẽtibus me misericordiam post multa tẽporũ & annorũ millia, Et hãc esse traditionẽ Hebræorũ, dicit Galatin. *Quintò* deinde ratio *Lactantij Firmiani* ad idem est, lib. 1. Diuinarum institutionum, cap. 1. dicentis sic: Quia virtutibus amaritudo permixta est, vitia verò voluptate condita sunt, illa offensi, hac verò deliniti feruntur in præceps, ac bonorum specie falsi, mala pro bonis amplectuntur. Fallit enim vitium virtutis specie, vt ille dixit. *Sextò*, & est ratio Aristotelis, quã apud Laur. Vallam, lib. 1. de voluptate. c. 4. Leonardus Aretinus exaggerabat, nos, scilicèt, amorẽ vitiorũ vnà cũ mater nõ lacte suxisse. Ab incunabulis ad vitia potiùs gulę & delicias labimur, quàm ad honestatẽ tollamur. Quod ex proposito differit Iudæorũ ille Plato, Philo, lib. de his verbis, resipuit Noë, dicens: Inducit Moses Iacob minorẽ natu quàm Esau; quoniã imprudentia mox à prima ætate nobiscũ coãlescit, honestatis ę mulatio serò nobis innascitur. Itaq; voluptas carnis, & rerũ sensibiliũ vsus, & (quod miserabilius est) necessitas nobiscũ alitur, nobiscũ incipit, proficit, adolescit, senescit: non sic rationis opera, & vsus iudicij. Cùm enim ratio, quasi à lõgo excitata somno, septimo aut octauo ætatis anno expergiscitur, oculos aperit, caliginem excutit, & sui ipsius dominiũ vsumq; exercere incipit, iã multis pars sensitiua præcucurrit spatijs & tẽporibus. Iã homo assuefactus est bonis sensibus, quibus ab infantia solis affectus, & quibuscũ conuersatus est. Atq; adeò nõ ita facile exturbatur & deponitur sensilis iste affectus, vt ad rationis classem trãsire possit homo. Vnde Arist. 2. Ethi. c. 3. hũc in modũ loquitur: Voluptas cõis est animalibus, & omnia quę in expetitione cadũt, comitatur: quippecũ & honestũ & vtile videatur esse iucundũ. Præterea, cũctis vnà cũ hominibus ab ipsis incunabulis voluptas est enutrita: qua ppter arduũ est hunc affectũ insitũ vitæ extrudere. Hæc Arist. *Septimò*, hostes infestissimi, callidissimi, atq; fortissimi, quibuscũ incessantẽ, neq; inducijs quiescentẽ pugnã & bellũ gerimus, & teste Paulo, ad Ephe. 6. Non est nobis colluctatio, &c. Sed aduersus principes, & potestates, &c. Et item,

Quinta. *Sexta.* *Septima.*

A B C

Ad-

A Aduersarius vester Diabolus, tãquã leo rugiẽs, circuit, &c. experimurq; hos Cyclopes atq; Centauros, vt inquit. Statius, vnà habitare, quasi in nostrã pernicié cõiuratos. Hi hostes nobiscũ colluctantes indesinẽter faciunt nos frequentissimè miserabiliter & interdũ irreparabiliter ruere.* Præsto est & octaua causa, quæ prima fuit Leonardo Aretino, loco citato, ꝙ numerosior est vitiorũ exercitus quã virtutũ: sic cõtra tantã aciẽ victores euadere nõ datur. Si verum est, vnã virtutẽ inter duo & multa vitia malè tutã consistere, vt cũ pedẽ ab vno retuleris, periculũ sit in alterũ relabẽ di: iuxta parænam, Cũ scyllã defugio, deuehor in Charybdim. Opus sanè est Ianuaria illa facie bifronti, opus binis alijs à tergo manibus, alijs binis pedibus, alio pectore. Sup
B petit & nona causa, quia natura hęc nra humana, seu nouerca potiùs, de qua nõ falsò, vt vult Crispus Sal. sed iure queritur genus humanũ, suapte spõte bonũ rationis auersatur; nã in bona sensilia libẽs fertur, ne dicã, rapitur. Hæc autẽ bona nõ diuersa tantũ, sed aduersa quoq; (quãuis per accidens, vt dicunt Theologi) sunt bono rationis. Neq; hęc aduersitas & repugnantia peccato originis debet accepta referri, uam peccato non indigebat natura nostra ad hãc difficultatẽ præsentiendã. Sentiret nãq; eam, si impuris (quod aiunt) naturalibus, sine gratia & peccato, Deus illã, vt potuit, cõdidisset. Deniq; vltima, quæ tñ in primis collocãda fuerat, ratio est, quã tradit Arist. 2. Ethi. c. 3. difficile est vi-
C uere secundũ virtutẽ, sicut difficile est attingere scopũ, vel centrum in circulo inuenire. Et Theodoretus, lib. 1. de Prouid. & Clemẽs Rom. li. 3. Recognit. sub finẽ, Veri, inquiũt, vnicam & simplicem esse viã, falsi autẽ multiplicẽ, &c. Bone Deus, quã facilè erratur ab scopo, à via, à recto, à verò! Cõtrà, quàm difficile mediũ inuenitur, scopus attingitur, centrũ penetratur, finis apprehenditur, & rectum deniq; perficitur!]Quæ omnia qui expẽderit nõ mirabitur tã multarũ hominũ ruinarum, sed harũ mirari desinẽs, mirabitur planè ꝙ tàm multi sint, qui his omnibus difficultatibus superatis, & obicibus glorioſè ruptis, excellentissimũ illum beatitudinis finem assequãtur: idq; Dei misericordiæ tribuendum pariter & potentiæ catholicè confitebitur.

* Octaua causa.

Nona causa.

Decima causa.

Ad aliud, admittimus libentissimè, multos & quàm pluri A
mos & ferè innumerabiles esse, qui salui fiunt, atsi cum nu
mero eorum qui damnãtur, conferantur, rarisunt. Quin
quod in argumẽto adducitur, Redemisti nos ex omni tri-
bu & lingua & populo & natione: Et, vidi turbã magnam
ex omnibus gẽtibus, &c. Explicatur à S. Thom. quàm opti-
mè ibi, vt scilicet, illa præpositio, ex, cum dicitur, Ex omni
tribu lingua, populo & natione: delectum quendam & se
gregationem paucorum denotet ex multis. Non enim di-
cit, redemisse Christũ omnem tribũ, linguam, populum
(intellige quantum ad efficaciam) sed ex omni tribu, lin-
gua, populo & natione aliquos: quosdam ex Iudæis, quos-
dam ex Gentilibus: quosdam ex Latinis, quosdam ex Græ- B
cis: quosdam ex masculis, quosdam ex fœminis: quosdam
tandem ex Africa, quosdã ex Asia, quosdam ex Europa: In
sinuat planè multitudinem reproborũ, comparatione eo-
rum quis eliguntur à Deo, esse innumerabilẽ. Quod verò
Angelorũ plures prędestinati sint quàm reprobati, admit-
timus, at de hominibus longè alia videtur esse ratio, pro-
pter difficultates, quæ sese illis obijciunt superãdæ: quæ ta
men ab eorum paucioribus superãtur, vt in solutione præ-
cedentis argumenti videre licet. Quę est doctrina luculen
ter à S. Thom. considerata 1. part. quæst. 63. artic. 9. ad. 1. &
1. 2. quæst. 71. artic. 2. ad tertium.

Matth. 22. Quod si quemquã moueat quòd Matth. c. 22. cũ intraret C
Rex, vt videret discumbẽtes, non inuenit nisi vnũ tantùm
qui sordida esset veste indutus, Respondetur cum Hieron.
Nau. 1. ibidem, nomine vnius intelligi in illo loco totam impio-
rum hominũ congregationẽ, qui in vnum coniuncti, quasi
spinæ se inuicem cõplectuntur vt habet propheta, &c.

XII. Authores utriusq; sẽtentiæ per censentur.

Iam videamus, qui sint, quotque authores qui nostram te
nent sententiam, qui verò oppositam. Diuus Damascen.
contra nos esse videtur: nã in sermone citato de diffunctis,
omnes ferè fideles saluos dicit. Tenent idem authores neo
terici non ignobiles: Syuester in Rosa aurea tractat. 2. su-
per Euangel. Domin. in Septuages. in quæst. quadam ad
calcem posita, vbi, in hũc modum quærit: Vtrùm Christia
ni eli-

A ni eligend ad gloriam ſint pauciores damnãdis ad pœnam. Et reſpondet ſic: Probabiliter dici poteſt quòd maior pars Chriſtianorum habentium fidem rectam, & viuentium in obedientia ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſaluantur. Rationes verò quæ ab ipſo producuntur, iam à me ſuprà commemoratæ ſunt. Hoc idem tenet Franciſcus de Chriſto, in. 1. ſententt. diſtinctione. 40. & .41. quæſtione vltim. de reprob. cõcluſ. 3. Cuius ratio etiam adducta à me & confutata eſt in probatione tertiæ & quartæ concluſionis. Et nouiſsimè hoc ipſum tradit Franciſcus de Carthagena, in ſuis de prædeſtinatione diſcurſibus, & quidam alij.

Noſtram verò concluſionem atq; ſententiam tenẽt in
B primis Sancti patres: D. Gregor. homil. 19. ſuper euangelia, vbi ait: Ad fidẽ multi veniũt, ſed ad cœleſte regnũ pauci perducũtur, D. Chryſoſtom. homil. 65. ſuper Matth. ad idẽ accõmodat illum locũ Matth. 20. Multi ſunt vocati, pauci verò electi. Sed accuratiſsimè hom. 40. ad populũ Antioche. cum populo fideli loquens, Quot, inquit, putatis eſſe in hac ciuitate noſtra, qui ſalui fiant? (infeſtum eſt quod dicturus ſum, dicam tamen.) Non poſſunt inueniri in tot millibus centum qui ſaluentur, quin & de his dubito. Quãta enim in iuuenibus malitia? quantus in ſenibus torpor? &c. D. Aug. hoc habet expreſſẽ in illo lib. 3. cõtra Creſconium. vbi cõparat malos Chriſtianos paleis, & bonos frumentis dicens: Longè plures eſſe malos Chriſtianos quàm
C bonos, ſicut plures ſunt paleæ quàm grana frumenti. Ad idem eſt. capit. 66. Præterea Caiet. ſuper illud Matth. Quin queautẽ ex eis erãt fatuæ, &c. ait, ex ipſiſmet Chriſtianis, qui apparent boni, & habent aliqualem curam ſalutis, medietas perditur* Demũ ex recentioribus, idem dicit Magiſt. Sot. in. 4. d. 47. q. 2. art. 5. circa fin. & Mag. Stnnica, in Iob. c. 3. pag. 72. & .73. & plæriq; alij, qui vnà cum rationibus & teſtimonijs ſcripturarum, magno ſunt noſtræ opinationi veritatis argumento]. Et hactenus de hac ſententia, quam ſub ſanctæ Eccleſiæ, & ſapientium correctione tulerim.

Matt. 22.

Matt. 25.

*

A

QVAESTIO SECVNDA SCHOLASTICA, de Contritione.

VTRVM VLTIMA DISPOSITIO ad gratiam, sit meritoria gloriæ, & augmenti gratiæ, &c.

B

SVMMARIVM.

§. 1. *Sententia Vegæ, Gab. Greg. & aliorum, quòd prima contritio nullius gloriæ sit meritoria.*
Probatur sex argumentis non inualidis.
§. 2. *Altera, quòd mereatur augmentum gratiæ & gloriæ.*
§. 3, *Vera sententia quòd solius primæ gloriæ sit meritoria: & probatur quatuor argumentis.*
§. 4. *Quòd non mereatur augmentum. Et cur magis contritio & dilectio sint dispositiones ad gratiã quã actus aliarum virtutũ.*
§. 5. *Quòd simul potest conferri prima gratia & augmentũ eius.*
§. 6. *Ostenditur, eandẽ gratiã titulo gratuito & iustitiæ simul dari.*
§. 7. *An eadem forma naturalis simul produci & augeri possit.*
§. 8. *Argumentis sit satis, & ostenditur actum esse meritorium de condigno, licèt non procedat ab habitu gratiæ.*
Attritio non potest haberi viribus naturæ.
Actiones naturales possunt esse meritoriæ.
Actus virtutum infusarum sunt supernaturales, &c.
§. 9. *Quòd prima gratia datur gratis, & tamẽ prima acceptatio ad gloriam non datur gratis. Explicatur latè.*
§. 10. *Tituli gratiæ & iustitiæ an pugnent.*
§. 11. *Christus meruit gloriam corporis, non animæ. Quòd meritum & præmium sunt simul tempore sæpenumerò.*
Quomodo actus intensus charitatis sit ab habitu remisso.

C

§. 12.

A §.12. *q̃ cõtritio nõ poßit eſſe diſpoſitio meritoria augmẽti gratiæ.*
§.13. *DVBIVM.1. an vltima diſpoſitio ad gratiam procedat ab ipſa gratia.*
§.14. *Concluſio negatiua, & probatur teſtimonijs Theologorum.*
§.15. *Idem probatur ſcripturis, & rationibus. In naturalibus vltima diſpoſitio non eſt à forma.*
§.16. *Contritio an effectiuè remittat peccata? & an procedat ab homine peccatore, an iuſto.*
§.17. *Quomodò Deus diligat eum qui habet primam contritionẽ, & è conuerſo, quomodo ille Deum?*
§.18. *DVBIVM.2. quomodò potentia ſine habitu, per ſolũ auxiliũ, poßit in actum ſupernaturalem prorumpere.*
B §.19. *Et referuntur varij modi. Statuitur verus. Satisfit obiectis. §.20. de eodem agitur.*

NOMINE vltimæ diſpoſitionis, in præſenti, cõtritionẽ intelligo aut actũ dilectionis Dei, quo vltimò ad gratiã & iuſtificationẽ præparamur. Ex alijs porrò Theologiæ materijs natura contritionis & dilectionis cognita ſuppo nitur. Solùm itaq; nũc in quæſtionem vertimus, An per actũ, quo vltimò ad gratiã diſponimur, promereamur primã gloriã, an verò augmentũ gratię ſimul & glorię. Nã q̃ primã gratiã non me-
C reamur, q̃q; gloriã noſtris mereamur operibus ex cõdigno quoniã fides docet, & cũ hæreticis modo manus cõſerere nõ eſt animꝰ, nõ eſt à me hodierna diſputatione tractãdũ.

I. *Prima opinio quòd prima gloria non cadat ſub merito.*

EST opinio, quæ vltimam diſpoſitionem nullius glorię ponit meritoriã. Aſſeritur ab Andrea Vega, huius Academiæ Mag. & in Franciſcanorũ cœnobio Theologię profeſſore, Opuſc. de iuſtif. q. 6. ad. 9. quãq; Mag. Cano. relect. de pœnit. p. 1. circa finem quæſt. §. Ad ſecũdam verò. dicit, tenuiſſe ſe dum erat iuuenis.* Inſinuatur à Gregor. in. 1. d. 17. q. 5. art. 2. dub. 2. §. Ad primũ reſpondeo vbi aſſeuerat, quẽuis actũ meritoriũ præſupponere vitã æternã priusex gratia præcedẽti deputatã. & mox: Solũ per actũ meritoriũ meretur quis augmentũ gratiæ & gloriæ, &c.] Subſcribit Gab.

*

Gabriel.4.d.14.q.1.art.2.circa finem dicēs: In instanti infu A
sionis gratiæ nullum actum hominis, esse meritorium de condigno:nam licèt tūc temporis sint aliqui actus boni & gratia informati,quia tamen non eliciuntur à gratia, ideò non sunt meritorij. Idem habet Cosmas Philiarchus tractatu de prædestinatione.cap.12. Idem Ruardus Taper, Decanus Louanien. art.9. diffinitionum Louanien. Academiæ, vbi speciatim de his qui in vltimo vitæ suæ termino pœnitent(& adducit pro exemplo bonum latronem)docet non habere gloriam ex meritis:ac proinde illam contritionem vel dispositionem,qua se ad gratiam disponūt, non fuisse meritoriam primæ gloriæ. Consentit Vega, ex dictis duo deducens: primum est, contingere, ℣ adultus B
aliquis in gloria existens, habeat ipsam gloriam sine proprio merito & sine sacramento, sed gratis collatam cum prima gratia. Secundū,neminē sanctorū habere totā suam beatitudinē ex proprijs meritis:nā eam beatitudinis partē, quæ primæ gratiæ correspondet, sine meritis habet.

Argumēta huius sent. 1.quia cōtritio non manat à gratia.

Probatur primò, Illa contritio seu dispositio vltima nō procedit à gratia aut charitate,sed antecedit eam, non ergo est meritoria. Consequutio argumenti certior est,quā vt probatione indigeat:constat enim apud omnes nullum opus alicuius esse valoris & meriti apud Deum nisi à Dei gratia & Charitate profectum in Deum ipsum, finem supernaturalem, speciali relatione ordinetur, vt habēt Durand.in.2.dist.40.quæst.2.Scotus dist.41.& omnes C
cum S. Thom.1.2.quæst.114.arti.4.in corpore & ad.3. vbi ait,nullum mereri apud Deum,nisi ex charitate operetur: neque ipsi actus habent vnde sint meritorij, nisi perhoc quod eliciuntur, vel imperantur à charitate. Fauet Concil.Trident.Sessi.6.cap.16.& can.32. explicante Vega super Concili. & multis alijs. Antecedens verò non vnico, sed multiplici argumento probandum est à nobis inferiùs. Interim à doctoribus præallegatis breuem hanc probationem mutuemur,quia per illam dispositionem,ad gratiam recipiendam præparamur:illa ergo dispositio gratiam antecedit.Quòd si quis responderit, illam cōtritionem licèt

non

A non eliciatur à gratia, informari tamen gratia, idque sufficere vt sit meritoria, quod videtur dicere Caietan. 1.2. quæst. 21.artic-3. & Sotus.3. denatura & gratia.cap.4. & ipse Sanct. Thom. in illa quæst. 21.articul.4. ad vltimum. vbi ait, omnem actum bonum esse meritorium apud Deum, si non sit peccati impedimentum: quod ibi ad hoc propositum explicat Caietan. Contra obijcitur, & confirmatur argu. quia iam sequeretur, etiam attritionem, quæ durat vsque ad instans, in quo per sacramẽtum infunditur gratia, esse meritoriam: quandoquidem iam informatur gratia. Quod si concesseris, pergo obijcere, & confirmo secundò, Etiam actiones bonæ naturales, & quotquot
B ex viribus naturæ fiunt ab homine iusto, erunt etiam meritoriæ, quia omnes informãtur gratia, ideſt, eliciuntur ab homine grato. Vt enim actus dicatur formatus gratia, sat est quòd illi gratia coasistat, non requiritur vt eliciat, vt rectè Sanct. Bonauent. 4. dist. 17. artic. 6. quem refert, & sequitur Gab. suprà, hoc est, sat est vt homo sit in gratia.

Secundò arguitur: Illa dispositio non est meritoria primæ gratiæ, ergo neque primæ gloriæ. Antecedens fide catholica tenendum est, & ideò ratione à me probandum modò non est. Consequentia verò probatur, quia eò ipso quòd quis intelligitur habens primam gratiam, est acceptus ad primam gloriam: imò ipsa gratia, vel formaliter, vel
C causaliter nos acceptos ad gloriam facit. Confirmatur primo, quia testante Paulo ad Galat. 4. Omnis filius Dei est hæres beatitudinis, Quòd si filius, inquit, & hæres, per Deum. Vbi prepositio, per, iuxta aliquos vim habet iuramenti. Iurat ergo Paulus, per Deum, eo ipso quòd quis est filius, esse hæredem. Quo ergo titulo, & ratione nobis à Deo cõfertur hæc filiatio, eodẽ sanè confertur hæreditas: cũ ex lege Dei inseparabiliter sint cõiunctæ & indiuiduæ comites sint. Atq; adeò qui nõ meretur filiationẽ, ideſt, gratiam, qua efficimur filij, similiter hæreditatem, ideſt, ius ad gloriam non promerebitur: aut, si gloriam promeretur, etiam gratiã promereatur necessum est. Et Rom. 6. gratia Dei, hac ratione dicitur esse vita æterna. Et Psalm. 102.

2. *quia prima gloriæ & primæ gratiæ, &c.*

Gal. 4. Rom. 8.

Rom. 6. Psal. 102.

Qui

Qui coronat te in misericordia, & in miserationibus. Cõ- A
firm. 2. quia licèt in quantùm dispositio est noster actus, præ
cedat gratiam, at in quantùm meritorius est informatur
gratia, & ideò in genere causæ formalis eam præsupponit.
Ex quo sic conficitur argumentum: Illi merito præintelli-
gitur gratia, ergo & præintelligitur ius ad primam gloriã,
ergo illo merito non meremur ius illud, quandoquidem
nullus meretur id quod in se ipso iam præhabet. Sed con-
tendet sciolus aliquis, hoc vnum effugium adinuenire quo
ab huius argumenti se expediat angustijs, & dicet, nõ esse
inconueniens quòd duplici titulo homo ius illud ad glo-
riam habeat, nam & Christo multiplici titulo multa colla
ta sunt. B

3. quia titu li gratiæ & iustitiæ pu- gnant.

Tertio, contra hoc assertum arguitur: quia sanè quòd du
plici titulo aliquid conferatur, per se loquendo non repu-
gnat. At si tituli inter sese sint pugnantes & mutuò se im-
pediant, iam fieri nequit vt in vno & eodem opere coniũ-
gantur: sed titulus ex gratia maximè pugnat cum titulo ex
iustitia, imò se mutuò destruunt: Nam si quis ex iustitia
aliquod præmium promeruit, omninò repugnat, quòd gra
tis ei conferatur: & viceuersa, si gratis aliquid mihi colla-
tum est, quî fieri potest, vt illud ex debito iustitiæ etiam, in
Rom. 8. meorum laborum mercedem conferatur? Cum ergo ex
gratia & misericordia Dei collatũ sit vnicuiq; iusto ius ad
primã gloriã, eo ipso q̃ cõfertur ei prima gratia: nã gratia C
dat ius ad gloriam, Quod si filij, & hæredes: certè non ap-
paret quomodò per illam contritionem homo ex iustitia
ius illud ad primam gloriam mereatur: Confirmatur: Si
Rex ex amicitia & beneuolentia mihi conferret officium
aut beneficium gratis, deinde verò in præmium alicuius in
gentis obsequij, quod ei ego impendissem, idem officium
aut munus mihi contulisset, rem sanè fecisset satis indignã
cùm se, tùm verò me. Se quidem, quia datum videretur re
uocare, si eo munere, quod semel mihi liberaliter dederat,
denuò meos labores in eius gratiam impensos rependit.
Me verò, quoniam iniuriã inferret mihi, si quod alio titu-
lo meum erat, in operis mercedem denuò tribuat.

Quæ-

A Quartò, ad idem efficaciùs: Idcircò Theologi asseuerãt, Christum Dominum, sicut vnionem ipsam hypostaticam mereri non potuit, ita nec gratiam & gloriam animæ mereri potuisse: quoniam hæ sequebantur ex vnione illa, & naturali quodam fluxu manabant. Sed ita intrinsecè ad primam gratiam consequitur ius ad primam gloriam, sicut gratia & gloria ad vnionem, ergo sicut Christus non meruit gratiam & gloriam, ita neque nos ius ad primam gloriam: quòd si opposueris, ius ad gloriam non sequi ex gratia, ex ipsa natura gratiæ, sed ex acceptatione & ordinatione Dei: atque adeò bene stat quòd quis primam habeat gratiam, & nondum sit acceptus ad gloriam, B donec eliciat actum contritionis aut dilectionis Dei, Contra obijcio, quia similiter in anima Christi Domini non ex ipsa natura rei, sed ex Dei pacto & ordinatione sequutæ sunt ex vnione ad verbum gratia & gloria: siquidem optimè poterant non sequi, ergo sicut ex eo Christus non meruit gratiam & gloriam, quia sequebantur ex vnione illa hypostatica, ita iusti non merentur primam gloriam, quia sequitur inseparabiliter ex illa gratia, quam nõ promerentur. Quòd si adhuc dixeris, ideò non meruisse Christum gratiam & gloriam quia à primo instanti vnionis hypostaticæ eas habebat: quæ videtur esse ratio S. Tho. 3. p. quæst. 19. artic. 3. dicentis: cum meritum non sit nisi eius, quod C nondũ habetur, oporteret quòd Christus aliquãdo caruisset gratia & gloria, si eas promeruisset. In nostro autem casu nondum habet quis gloriam, quantumuis habeat gratiã: & sic potest eam promereri: nam hac etiam ratione Christus meruit gloriam corporis, quia quando eam meruit, non habebat eam.

4. *quia ob id Christus non meruit gratiã, &c.*

5. *ad idem.*

Cõtra, quintò arguitur: Non repugnat quòd quis mereatur id quod iam habet, vt liquidò constat in homine iusto eliciente actum charitatis intensiorem habitu: tunc enim, nemine Theologorum dissentiente, in ipso instanti, quo elicit meritum, habet augmẽtum, ergo quòd Christus Dominus non meruerit gratiam & gloriam, non inde proue nit, quòd in illo instanti iam eas habebat, sed certè quia sibi

bi alio titulo debebantur, & sequebãtur ex vi vnionis hypostaticæ. Cum ergo gloria similiter debeatur homini habenti iam gratiam, licèt nihil operanti, & naturali sequela à prima gratia deriuetur, non apparet quomodo vir iustus eam possit promereri. A

* * Extò, series hæc & ordinatio propositionũ se successi ue consequentiũ, notanda est loco argumenti. Prima contritio, si gloriã meretur, primam vtique gloriam meretur: at non istam: & probo, si meretur primam gloriam, ergo meretur diuinam visionem, ergo meretur ablationem carẽtiæ diuinę visionis, ergo meretur ablationẽ pęnæ dãni, ergo meretur ablationẽ & remissionem pœnæ æternæ, ergo nõ rectè diffinit Cõc. Trid. sess. 6. p. 14. pœnã æternã vnà cũ culpa remitti, nimirum, gratis, consequens hoc vltimum est planè erroneũ, ergo prima, vnde illud sequitur, propositio vera esse non potest: quia ex vero non nisi verum. B

VI. *Quia remissio pœnæ æternæ non meretur.*

II. *2. Opinio ꝙ vltima dispositio mereatur augmentum.*

ALtera sententia docet, illam vltimam dispositionem non quidem mereri primam gloriam, propter argumẽta facta, sed mereri augmentum gloriæ, & similiter augmentum gratiæ. Probatur primò, quia si in puncto iustificationis homo eliciat actum misericordiæ, aut charitatis simul cum contritione (quod est valde possibile) per illos actus merebitur augmentum gratiæ & gloriæ: dici enim non potest quòd actus illi meritorij non sint, cùm sint boni & supernaturales & ab amico Dei exerciti: primam autem gratiam promereri non possunt, vt patet: sed neque primam gloriam, quia tota prima gloria est præmium adęquatum contritionis. Restat ergo vt augmentum gratię & gloriæ promereantur, ergo & illa contritio vel vltima dispositio augmentum gratiæ & gloriæ promerebitur. Non enim videtur esse potior ratio de actibus misericordiæ vel charitatis quàm de actu contritionis. Secundò, quia quanquàm contritio illa, qua ratione antecedit gratiam, sit dispositio ad illam, & iuxta hanc rationem gratia ei commẽsuretur: cæterùm secundùm quòd in eodem instanti considerator vt procedens à gratia, & informatur illa, non videtur. C

A tur esse inconueniens, vt mereatur augmentum eiusdem gratiæ, vt, scilicèt, gratia, quæ danda erat vt quatuor propter contritionem, quæ, vt erat dispositio, erat vt quatuor, nunc augeatur vsque ad octo, propter vim & meritum eiusdem contritionis, quæ, vt informatur gratia & procedit à gratia, promerita est alios quatuor gradus gratiæ. Neque verò est inconueniens eandem gratiam simul augeri & produci, vt iam ostendimus.

III. *Vera sentẽtia quòd vltima dispositio ad gratiã meretur primam gloriam.*

TErtia tamen sententia, quæ sola à nobis amplectenda est, asseritur communiter à Theologis, videlicet à S. Tom. 1. 2. quæst. 112. artic. 2. ad. 1. & q. 114. art. 7. ad. 3. Caieta. quoq; & Soto in. 4. d. 14. q. 2. art. 6. & lib. 2. de natura & gratia. c. 18. in fine, & lib. 3. c. 9. initio. & super Epist. ad Rom. c. 2. Cano, Relectione de pœnit. p. 1. circa finem, Francisco de Christo. in. 3. d. 26. de spe. q. 4. Docet ergo hæc sententia, contritionem, quæ est vltima dispositio ad gratiã, esse meritoriã de condigno primæ gloriæ: & hæc sit prima meæ quæstionis propositio. Quæ hunc in modum probatur primò, ex sacro Concilio Trident. Sessio. 6. can. 32. vbi hæc definitio habetur: Si quis dixerit, hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, vt non sint etiam bona ipsius iustificati merita: aut ipsum iustificatum bonis operibus non verè mereri vitam æternam & ipsius vitæ æternæ consequutionem atq; etiam gloriæ augmentum, anathema sit. Ecce vbi sacrum concilium distinguit vitam æternam ab eius augmento, & vtrumq; nos mereri dicit, videlicèt, gloriã & augmẽtum gloriæ, hoc est, primam gloriã & eius augmentũ. Cum verò alius actus nõ sit per quẽ primam gloriam promereri possimus, nisi ille, per quẽ nos ad gratiam disponimus (nam cæteri omnes post instans iustificationis eliciti, augmentũ gratiæ & gloriæ promerentur) videtur satis consonum sacro Concilio, quòd ille actus contritionis, primæ gloriæ sit meritorius. Hoc ipsum cõfirmatur, quia consultò Concilium eodem canone asserens, promereri nos per bona opera augmentum gratiæ, cauit dicere, mereri nos gratiam: quia sanè si diceret, mereri nos gratiam & augmentum gratiæ, dictum putaremus, pri-

1. *Conclusio. Probatur primo.*

mam gratiam cadere sub merito. Cum ergo eodem verbo A
rum tenore diffinierit, nos vitam æternã & eius augmen
tum promereri, diffinitum existimare debemus, quòd pri-
ma gloria seu prima vita æterna cadit sub nostro merito
primæ contritionis, vt probatum est. Non hîc in dubium
vocamus quod Lutherani negant, scilicèt, an gloria cadat
sub nostro merito, sed an cadat sub merito illius primi no
stri actus: nã de primo satis cõtra Lutheranos disputatur
à Vega, Castro, Soto, Decano, Rossensi, &c.

Rationibus probatur nostra conclusio.

Secundò, rationibus agendũ est: & prima sit quam Ve-
ga sibi opposuit, loco superiùs commemorato; quia, scili-
cèt, illi actui dispositionis vltimæ nihil prorsus deesse vide
tur, vt sit meritorius: est enim actus bonus, ab homine iu- B
sto elicitus: estq; propter Deum, vel est ipsa formalis dile
ctio Dei: elicitur insuper à principio supernaturali, idest,
ab habituali gratia, vel actuali, scilicèt, à Dei speciali auxi-
lio & ab Spiritus sancti motione & impulsu, à quo & re-
fertur in supernaturalem finem. Quid ergo in illo instanti
desideratur in illo actu, ad hoc vt rationẽ habet meriti: at
q; adeò vt primam gloriam mereatur? Dices, non elicitur
à gratia habituali: Verùm ad hoc facilè respondetur, non
esse requisitum vt ab habitu gratiæ proficiscatur, sed
sufficit ab auxilio, vt multis tractabimus in solutione
1. argu.

Tertiò pro conclusione arguitur argumento, quo vti-
tur Cano: Fingamus hominem post primam illam contri- C
tionem è vita discedere, vt ferè contigit bono latroni, &
inquiramus ab aduersarijs, si illi dabitur gloria? sed quo-
niam dari minimè negabũt, pergamus inquirere, An illam
gloriam talis homo meruerit? Si meruit, habemus inten-
tum, scilicèt, quòd prima contritio sit meritoria primæ glo
riæ. Si verò non meruit, vt Decanus art. 9. suprà, & ferè Ve
ga aiunt, iam sequitur quòd adulto datur gloria absq; pro-
prijs meritis, extra sacramentum, reclamante Paulo, Vnus-
1. Corin. 4. quisq; propriam mercedem accipiet secũdùm suum labo-
Psal. 61. rem. Et Psal. Tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua: & Matth.
Matth. 20. Redde operarijs mercedem suam, &c.

Sed

A Sed obijcis, Qui iustificantur virtute sacramenti, contingit habere gloriam sine proprio merito, ergo pariter non est incõueniens, iustificatum virtute contritionis secluso sacramento, habere gloriam sine merito. Sed cõse quutio nulla est, nam qui sacramento, iustificationis gratiã adipiscitur, habebit gloriã meritis Christi in sacramento operantibus, respõdentẽ: ac proinde licèt habeat gloriã, sine merito proprio, nõ tamẽ sine merito Christi, cuius virtutẽ in sacramento suscepit. At quãdo quis sine sacramento, per contritionẽ effectus est iustus, si dicamus gloriã per illam contritionem non meruisse, non ita facile dici potest virtute cuius meriti habeat gloriam in alia vita. Dici etiam potest; eum, qui iustificatur cum sacramento, mereri gloriam, non solùm per contritionem si eam habet, sed per attritionem etiam, quam necessum est habere, si duret vsque ad instans, in quo infunditur gratia sacramenti, vt in solutione primi argumenti tractandum est. Imò & per primum actum fidei, licèt ordine naturæ antecedat charitatem, & gratiam: si tamen sit vltima dispositio ad gratiam, & informetur illa, meretur homo gloriam, vt optimè deducit Franciscus de Christo. in. 3. dist. 23. quæstione. 13. de actu fidei, in dilutione argumentorum, licèt oppositum senserint quidam Theologi, scilicèt Marsil. in. 3. quæst. 14. art. 1. dub. 3. conclusion. 6. ad quartũ, C & Almain. distinctione. 24. quęstione vnica. dub. 2. nec oppositum habet S. Tho. vt ibi ostendit Christus.

Obiectio.

Solutio.

Altera solutio.

B

Ex dictis porrò sequitur falsitas duorum assertorum quæ superiùs ex sua sententia intulit Vega: primum, posse aliquem in cœlo habere gloriam, quam in hac vita non promeruerit, neque per sacramentum acquisierit. Secundũ, beatos omnes non totam gloriam, quam habent, promeritos, sed partem gratis fuisse consequutos: quorũ vtrumq; falsum esse, ex dicta tertia ratiõe satis liquet. Falsa etiã sunt duo alia, quæ à Decano Louanien. asseruntur, primũ, ꝙ bonus latro absque vllis meritis ex sola diuina misericordia habet gloriam; secũdũ, quod identidem qui in vltimo vitæ puncto pœnitent, gloriam, quam nũquam meruerũt,

assequuntur. Hæc quidem falsitatis facilè conuincuntur. A
Et quoad bonũ latronẽ attinet, vide D. Bonauẽt. in. 4. dist. 4. in expositione literæ. c. 4. & S. Tho. ibidem, cum Magistro, ex D. August. & Hieronym.

Quartò tandem arguitur, ex omnibus ferè Patribus, & communi modo loquendi fidelium, præsertimq; ex D. Augustin. lib. de vera, & falsa pœnitentia. capitulo. 17. & cap. vltimo, vbi non semel dicit, pœnitẽtiam suum in alia vita habere præmium: per pœnitentiam porrò nihil aliud intelligunt, nisi actum contritionis, quo ad gratiam disponimur vltimò, & per præmium, gloriam. Quod & habet Gratian. de pœnitent. dist. 1. cap. Conuertimini. & multis alijs capitulis illius distinctionis ex Patrũ libris desumptis B
id ipsum insinuat.

IIII. Quod vltima disp. nõ potest mereri augmẽtũ gratiæ, aut gloriæ.

SEcunda propositio: Quòd illa vltima dispositio ad gratiam, scilicèt, contritio vel dilectio Dei super omnia mereatur augmentum gratiæ aut gloriæ, omninò est improbabile & falsissimum. Nihil retulerit, si dicamus, augmentum gratiæ aut gloriæ: eadem enim est de vtroque ratio. Quãdoquidem certo certius est, neminẽ posse vnum mereri, sine eo quòd & aliud mereatur, vt etiam concedit Vega, & tractat optimè Capreolus. 4. d. 14. q. 2. ar. 3. ad primum Sco. contra. 2. conclusionem, ex S. Thom. 1. 2. q. 114. art. 8. ad. 3. Valet ergo hæc argumẽtatio: Meretur quis augmentum gloriæ, ergo meretur augmentum gratiæ, & C
èconuerso. Non tamen inde illatum putes, valere etiam hoc argumentum, Meretur quis primam gloriam, ergo meretur primam gratiam. Quòd si obijcias: Cum gratia, siue formaliter, siue causaliter, sit acceptatio ad gloriam, impossibile videtur, quòd quis mereatur acceptationẽ ad aliquem gradum gloriæ, & quòd non mereatur aliquẽ gradum gratiæ: atq; adeò si per vltimã illam dispositionẽ quispiam primam meretur gloriam & sic meretur gloriã, consequẽs est quòd ipsam primam gratiam aut aliquẽ gradum ipsius primæ gratiæ debeat promereri. Sed hoc argumentum, quod est præcipuum nostræ disputationis, dissoluendum nobis est in solutione secundi principalis,

Obijcitur.

Iam

A Iam ergo probatur conclusio: Ille actus contritionis se cundùm totam suam latitudinem, non est nisi dispositio, ergo gratia illi correspõdens, nõ est nisi prima gratia, secũ dùm totam suã latitudinẽ, & similiter gloria secundùm se totam non erit nisi prima gloria. Maior huius argumenti explicatur, quia sanè quamuis multam habeat graduum latitudinem contritio illa, & intra limites dispositionis ad gratiam semper possit crescere & augeri, tamen semper habet esse dispositio ad gratiam, & consequenter tota gratia & gloria illi correspondens, erit prima gratia & prima gloria. Ex quo rursus fit, quòd nullum augmentũ, neq; gratiæ neq; gloriæ poterit promereri. Poterit qui B dem illemet actus cõtritionis, idem numero manens, continuari per vnã horam, verbi gratia; & tunc licèt principio sui fuerit dispositio ad gratiam & meritorius primę gloriæ, poterit deinde desinere esse dispositio, & sequi ex gratia, & sic augmentum gratiæ & gloriæ promereri. Cæterùm quandiù manet intra limites dispositionis ad gratiam, semper gratia & gloria ei correspondentes sunt prima gratia & prima gloria, licèt sint multæ intensionis & perfectionis, iuxta valorem & intensionem illius contritionis. Et si inquiras, an ille actus contritionis, qui priùs natura consideratur vt dispositio, licèt vt sic non sit meritorius augmenti: si consideretur vt informatur C gratia & ab illa procedit, possit in eodem instanti temporis in quo est dispositio, mereri augmentum illud? Respondetur, hæc percontatio continetur secundo argumento secundæ opinionis, cui propterea suo loco dicemus.

Probatio conclu.

Obijcitur.

Quòd si obieceris, Actus misericordiæ, vel temperantiæ, si in eodem instanti eliciantur, in quo elicitur vltima dispositio, erunt meritorij augmenti glorię & gratiæ. Quare ergo vltima illa dispositio illud augmentum nõ promerebitur? Respondetur, tàm bonum quidem tàmque diuinũ & supernaturalẽ esse actũ dispositionis quàm sit actus misericordiæ vel tẽperãtię: iccircò ex hac parte tã meritorius esse potest, quàm sint illi: cæterùm discrimẽ in eo maximè situm est, quòd actus illarum virtutum, cum non sint

Respond.

dispositiones ad gratiam, non intelligũtur antecedere gra A
tiam sed sequi. Et ideò si quid meretur, augmẽtum esse de
bet tùm gratiæ tùm gloriæ. Prima enim non proportiona-
tur eis, sed soli vltimæ dispositioni, scilicèt, contritioni vel
dilectioni Dei super omnia. Certè S. Thom. 3. p. quæst. 85.
art. 5. & 6. actus harum virtutum moralium, non tanquam
dispositiones antecedentes, sed velut operationes conse-
quentes actum pœnitentiæ & charitatis constituit.

Cur cõtritio & dilectio Dei sint dispositio ad gratiã, magis quã alij actus.

Quod si rursus roges: Vnde prouenit quòd actus contri
tionis vel dilectionis Dei super omnia potiùs sint dispo-
siti ones ad gratiam, quàm actus misericordiæ vel temperan
tiæ? Ratio sanè in promptu est, nã desumitur ex natura effe B
ctus vel formæ, ad quam disponunt: formæ autem seu effe-
ctus, qui in iustificatione impij perse & primariò intẽdun
tur à Deo, præcipuo nostræ iustificationis authore, sunt ex
pulsio peccatorum, condonatio offensæ, infusio gratiæ &
reductio animæ in Deum: ad hæc autem certum est, dire-

Prima. ctè & per se & cum magna proportione & cõnaturalitate
disponi hominem per actum contritionis, quo detestatur
peccata, & curat, quãtùm ex parte sua est, illa destruere &
vindicare per actum charitatis vel cõtritionis, quo ad Deũ

secunda. directè reducitur & quem placere contẽdit, vt in eius gra
tiam & amicitiam reuocetur. Præterea, isti duo actus con
tritionis & dilectionis Dei super omnia non possunt esse
neq; intelligi de lege communi, sine gratia & charitate: C
at actus aliarum virtutum, secundum suam naturam, bene
possunt. Vnde, vt optimè vidit S. Tho. 3. part. quæstio. 85.
artic. 2. ad. 3. actus isti, præsertim contritio, habent efficien
tiam ad repellendum & destruendum omne peccatũ mor
tale, quod tangere inferiùs debeo. Itaque isti actus quan-
dam præ actibus cæterarum virtutũ habent generalitatem:
nam actus pœnitentiæ omnibus peccatis bellum mouet,
omnibus opponitur, proque omnibus Deo reddere æqui-
ualens conatur & omnia expiare molitur. Actus itidẽ cha
ritatis, cum propinquiùs nos Deo coniungat fini nostro,
& rectitudinem totalem voluntatis efficiat in ordine ad
Deum, & nõ partialem & in certo genere, quam actus cæ-

tera-

A terarum virtutum faciunt; hinc est quòd illi potissimùm duo actus habent dici & esse vltimæ dispositiones ad gratiam, quod tamen actui misericordiæ vel temperantiæ vel fidei, non ita propriè & intrinsecè competit.

* V. *Quòd simul potest produci, & augeri gratia.*

TErtia propositio: Nullum videtur inconueniens quòd quis * simul suscipiat primam gratiam & ius ad primã gloriam, & in eodem instãti mereatur vtriusq; augmentũ. Fieri itaq; potest, vt gratia simul producatur & augeatur: simul detur ex gratia & augeatur ex iustitia. Explicatur, ne insolens hoc & inauditum alicui paradoxon videatur, si quis, virtute attritionis paulò antè habitæ, assequatur in sacramento primam gratiam: & in huius assequutionis mo-
B mento exerceat actũ aliquẽ, siue fidei siue spei, siue etiã contritionis aut charitatis, quem] elicere est admodum possibile: tunc hunc in modum diffinio, quòd si illa dilectio, v.g. vel contritio habet rationem dispositionis, atque adeò est prior natura quàm gratia sacramenti, non auget gratiam neque gloriam, sed simpliciter disponit ad primam gratiam & meretur primam gloriam. Nam, vt non semel diximus, tota gratia & tota gloria, quæ correspõdet contritioni quatenùs dispositio est secundùm totam suam latitudinem, est prima gratia & prima gloria: prima autem gratia & prima gloria datur ad mensuram dispositionis. Cæterùm si illa contritio verè non fuit dispositio, quia per
C attritionem sufficienter se ille homo disposuit ad gratiam sacramento suscipiendam: tunc planè licèt in eodem instanti iustificationis elicita fuerit, promeretur augmentum gratiæ & gloriæ: ita vt præter quatuor gradus gratiæ & gloriæ qui dantur virtute sacramenti propter attritionem, dabuntur alij propter cõtritionẽ, præsertim si est intẽsior. Itaq; tunc tẽporis ꝓducitur gratia & simul augetur: augetur quidem contritione, non vt dispositione, sed vt opere meritorio: producitur vero vi attritionis & sacramẽti. Atq; adeò diuersis actibus, nihil inconuenit, simul suscipi primã gratiã & eius augmentũ; & cõsequẽter eandẽ gratiã duplici titulo dari, videlicèt, gratis & ex meritis: gratis quidẽ, quatenùs est prima gratia, attritioni & sacramento

correspondés: ex iustitia verò & ex meritis, inquãtũ simul augetur virtute operis meritorij, scilicèt, contritionis. A

VI. *Arguitur primo quòd nõ possit eadem gratia simul dari gratis, & augeri ex iustitia.*

OBijcio tamẽ tripliciter aduersus istam doctrinam; primò quidem, quia non videtur satis tutum neq; satis conforme scripturis & sanctorum doctrinæ & communi modo loquendi Theologorum, quòd eademmet gratia, quæ in primo iustificationis momento confertur peccatori, & per quam peccata remittuntur & condonatur offensa & efficitur peccator diuinæ consors naturæ, verè filius Dei per adoptionem: quod totum expura misericordia & absque vllo iustitiæ titulo ex parte hominis fieri, clamant scripturæ, cõcilia, Patres & tota Theologorũ schola: non, inquã, satis fidei cõsonum videtur asserere, illãmet gratiã B dari aliquo iustitiæ titulo & ex meritis ipsius peccatoris.

Secundo. Secundò, quia cõtritio illa, quam, non vt dispositio, sed vt opus meritorium est, diximus promereri augmẽtum illud primæ gratiæ, si consideretur vt antecedens gratiam & vt dispositio, sic quidem nõ est meritoria: quandoquidem non consideratur in illo priori vt ab homine grato & amico Dei profecta: si verò cõsideretur vt à gratia profecta, sic quidem iam supponit illam gratiã in homine, nõ ergo meretur illam neque aliquos illius gradus. Confir. Quia cum illa gratia qualitas sit indiuisibilis & indiuisibiliter detur, non videtur dicendum quòd illamet secũdùm partem sui remittat peccata & condonet offensas & constituat hominem in statu filiorum Dei, atq; adeò sit prima gratia & de C tur gratis: secundùm verò aliam partem sui cadat sub merito deturque ex iustitia.

Tertiò quoq; obijcio doctrinam suprà positam, quã verisimam esse inferiùs in solutione tertij videbimus. Repugnat aliquod munus simul ex gratia & iustitia conferri, cũ ergo gratia illa iustificationis ex pura Dei misericordia & gratia conferatur, fieri nequit quòd eandem titulo iustitiæ & meriti tribuat. Hæc argumenta labefactare videntur cõclusionem.

Resp. Ad 1. Veruntamen ad primum respondetur; si illa gratia, quantumuis sit natura sua indiuisibilis, non haberet plurimos

A mos intenſionis & perfectionis gradus, cõuincerent obiectiones iſtæ nos falſitatis: at cũ diuerſos habeat gradus, aſſerimus nõ eſſe primã gratiã ſecũdùm omnẽ ſui partem, ſed ſolùm ſecundùm aliquos. Et idcircò ſecundum illos datur purè gratis, & ſecundùm alios ex iuſtitia. Quòd ſi inſtes: Quoties datur homini prima gratia, datur in aliqua intenſione & cum gradibus latitudinis, vt de ſe patet: & tunc inquiras, an tota illa ſecundùm omnem intẽſionem, quàm habet, & ſecundùm omnes gradus latitudinis, quos habet, ſit prima: an verò ſolùm ſecundùm primùm gradũ? Cum enim per vnum gradum gratiæ, ipſumque minimũ (ſi minimum gratiæ dabile eſt) fiat remiſsio omnium pec-

Replica notanda.

B catorum & iuſtificatio impij, videtur quòd ille ſolus gradus dicatur prima gratia: cæteri verò ad augmentum gratiæ pertineant: & conſequenter nunquam detur impio ſola prima gratia, & inſuper quòd ſemper detur ei gratia aliqua ex merito contritionis, nempe tota illa intenſio gratiæ & omnes illi gradus, qui ſimul adiuncti cum primo illo gradu gratiæ faciunt eam intenſam. Sed ad hæc reſpondetur, non dici primam gratiam ſolùm illum primum & minimum gradum gratiæ, qui in ipſa gratia eſt conſiderabilis: ſed neque per aliud extremum, ſemper dici primam totam illam quæ datur in puncto iuſtificationis, ſed omnẽ & ſolã illam dici primã, quæ cõmenſuratur diſpoſitioni, ſcilicèt, attritioni cũ ſacramẽto, vel cõtritioni vt diſpoſitio

Notanda ſolutio.

C eſt, & ſecundùm eos omnes & ſolos gradus dicitur prima. Nam ſecundùm illos habet efficere illos omnes mirabiles effectus, qui in prima obiectione commemorantur. Sicque ex hac parte & pro vt eſt prima gratia, datur omnino gratis & ex pura miſericordia Dei, nulla ex parte hominis interueniente ratione iuſtitię. At verò quatenùs eſt gratia aucta: eſt autem aucta ſecundum alios gradus, qui videlicèt reſpondent actibus meritorijs, qui in eodem puncto haberi poſſunt ab illo homine, non eſt inconueniens ex iuſtitia & ex meritis dari.

Vnde vt hæc firmiùs procedant, ad ſecundam reſpondetur obiectionem, quòd ſi illa contritio re vera ſit ad gra-

tiam dispositio, antecedit quidem gratiam, & sic nihil ipsius promeretur: at verò si non est dispositio, sed opus meritorium à gratia profectum, nõ est cur gratia, quæ illi correspondet, sit prima gratia, sed potiùs augmentum gratiæ. Et cum obijcitur, Vt est opus meritorium & à gratia proficiscitur, iam præsupponit gratiam illorum diuinorum effectuum productricem, ergo nihil illius gratiæ promeretur. Respondetur, quòd id quod præsupponit non promeretur: cæterùm non præsupponit gratiam secundùm omnẽ sui gradum & partem, sed solùm secundùm eos gradus qui correspondent contritioni, vt dispositio est. Atq; adeò solùm præsupponit eam secũdum quòd est prima gratia illorum effectuum productiua: & vt sic eam non promeretur: A B At verò secundùm quôd est gratia aucta, non inconuenit quòd eam promereatur: nam vt sic, ideſt, vt aucta non est prima gratia, nec illorum effectuum causa: & sic optimè sub merito cadere potest. Itaque, vt vno verbo dicam, gratia vt aucta præsupponit se ipsam vt productam & vt primam, & inter duo hæc mediat illud opus meritorium cõtritionis, nã elicitur à gratia producta & antecedit auctam. Ad confirmationem ex his patet quid dicendum sit, videlicet, illam gratiam gradus habere & partes intensionis, quemadmodum & aliæ qualitates tertiæ speciei. Et proinde nihil inconuenit quòd secundùm quosdam sui gradus sit prima & illorum effectuum causa, secundùm verò alios C cadat sub meritò.

Titulo gratiæ & titu. iustitiæ vna res dari nõ potest.

Ad tertiam obiectionem respondetur, repugnare quidem, idem munus aut eandem rem secundùm omnẽ sui partem dari titulo iustitiæ & simul titulo gratiæ: de quo infrà. §. 10. Cæterùm secundum diuersam partem non repugnat. Quid obsecro inconuenit (vt ex moralibus petamus exemplum) quòd Petro mihi debenti. 50. aureos, & totidem volenti mihi ex amicitia & liberalitate conferre, tũc vnica simul elargitione centum conferat. 50. gratis, & 50. ex debito iustitiæ? Nam secundum eandem partem repugnat planè duplicem tam diuersum titulum reperiri. Sic ergo illam met gratiam secundùm diuersos sui gradus, gratis-

A tis & ex iustitia simul à Deo effici, nihil impedit: & consequeter simul eam creari & augeri: Sed quò penitùs ista examinentur, accipe aliam conclusionem præcedentis interpretem.

VII. *Tractatur latissime an eadē forma simul possit produci, & augeri.*

QVarta propositio præcedentis appendix: Neque in naturalibus neque in supernaturalibus est insolitum, vnam & eandem qualitatem simul produci & intendi, fieri & augeri. Licèt Vega supra hoc neget. Et præter morale præallegatum exemplum, accipe rei huius aliud naturale. Creet, verbi gratia, Deus corpus luminosum habens lucē vt quatuor, & in eodem creationis instanti constituat lucem aut corpus illud coram sole, sanè in vno & eodem in

B stanti, lux illa producitur & augetur. Est veruntamē apprimè intelligendum, id non vnica, sed duplici actione, & in super non ab vno eodemque agenti, sed à duobus fieri. Vnum enim & idem agens duas actiones eiusdem speciei, siue transeuntes siue immanentes, producere non potest simul: duas, scilicèt, calefactiones, duas illuminationes. Cum ergo duplex actio eiusdē speciei necessaria sit ad producendam & augendam qualitatem, duplex etiam agens est necessarium, si simul & in eodem temporis instāti produci debeat & augescere. Nam quòd alicui videri poterat, nempe tunc nō simul produci & augeri illam qualitatem à duobus agentibus totalibus, sed potiùs à duobus partiali-

C bus & per actiones partiales simul produci, aliquando verum erit: hoc tamen non tollit quòd vnum agens priùs natura quàm aliud agat, producat totaliter & per actionem totalem illam qualitatem; & posteriùs natura, simul tamē tempore, aliud agens per aliam actionem totalem augmentatiuam, eādem augeat qualitatem. Quòd verò vnū agens simul producere & augere qualitatem non possit, euidēs est: alioqui enim sol, verbi gratia, quādo illuminat aerem, duas, imò tres & centū & mille actiones simul exerceret. Semper enim lumen producitur in aliqua intēsione; imò cum infinitorum graduum intensione & latitudine: atq; adeò si vnum & idem agens simul produceret & augeret qualitatem, & simul etiā duas actiones exerceret, vnam

Idem agens non potest simul rem producere & augere.

pro-

productiuam, alteram intẽsiuam: sanè eadem ratione exer A
ceret multas & infinitas actiones, iuxta multitudinem gra
duum, qui sunt in qualitate producta. Dicẽdum est ergo,
vnicam tantùm solem exequi actionem illuminatiuã, qua
producit lumen. Et licèt lumen producatur intensum (nul
la enim qualitas intensibilis intelligi potest quantumuis re
missa, quæ non habeat gradus intensionis) non ex eo fit, so
lem, duplicem circa illud actionem elicere, vnam quæ sit
illuminatio, & aliam quæ sit intensio: sed vnam & eandẽ,
qua simpliciter & per modum vnius actionis producitur
lumen. Licèt autem producatur in aliqua intensione, hoc
per accidens contingit, propter naturam illius qualitatis,
quæ nisi intensa, esse aut produci non potest. Cæterùm B
quando præter solem lumen illud producẽtem, aliud agẽs,
verbi gratia, ignis extrinsecùs adhibetur in eodem instan-
ti temporis & applicatur luminoso; aut quando ipsemet
sol alia actione circa idem luminosum deinde operatur;
tunc quidem optimè intenditur actione intensiua, diuer-
sa à productione, lumen illud. At in eodem instanti idem
agens duas actiones exercere circa eãdem qualitatem, aut
vnica actione simul eam producere & augere, omnino est
impossibile.

Argum. cõtra prædicta.

Sed enascitur ex hac doctrina difficultas quæ destruere
videtur quod à nobis supra statutum est. Quia si ab eodẽ
agenti simul augeri & produci vna qualitas nõ potest, sed
ad eam intendendam adhiberi debet aliud agens, aut expe C
ctari altera illius primi agentis operatio intensiua, tempo-
re distans: iam sequitur, nõ posse gratiam simul à Deo pro
duci gratis & augeri ex iustitia: quandoquidem non est ni
si vnicum agens & vna actio illius gratiæ productiua. Non
enim est dicendum, duas tunc esse actiones, vnã qua gratia
creatur, & alteram qua augetur à Deo: neque verò dicen-
dum est, duos esse agentes illius gratiæ collatores, quorũ
alter eam producat, alter augeat.

Quòd Deus simul creat & auget gratiam.

Respondetur dupliciter. Primò de Deo aliter loquen-
dũ esse, quam de cæteris agentibus naturalibus. Cum enim
Deus propter suam magnam perfectionem & immẽsam
infini-

A infinitatem, omnes modos cauſandi & operandi, omnium etiam diuerſiſsimorũ agentium, in ſe ipſo præhabeat atq; contineat ſimpliciſsimè & perfectiſsimè, non eſt inconueniens quòd inquantum eſt agẽs per miſericordiam, illam gratiam creet gratis, iuxta proportionem attritionis vel contritionis, vt diſpoſitio eſt. Et inquantum agens per iuſtitiam, eandem augeat & intendat ratione alterius actus meritorij, qui in illo iuſtificationis inſtanti interuenire poteſt in homine pœnitente. Profectò ſi in momento quo homo in ſacramento acquirit iuſtitiam, pariter prorumpat in actum alicuius virtutis, qui ab ipſa iuſtificante gratia pullulet (quod cõtingere poſſe eſt ſatis certum, imò de facto euenire eſt ſatis vſitatum) tunc planè, merito illius actus,
B Deus in ipſomet inſtanti, quo producit primam gratiam valori diſpoſitionis & ſacramenti correſpondentem, auget & intendit eam, iuxta meritum actus illius. Eſt exemplum in materia de pœnitẽtia. Quando homo reſurgit per contritionem ad gratiam, certè, iuxta receptam Theologiam, præter eos gradus gratiæ, qui præſenti contritioni, vt diſpoſitio eſt, correſpondent gratis à Deo collati, qui omnes ſunt gradus primæ gratiæ: reſtituuntur alij gradus gratiæ fortaſsis ex iuſtitia, ad ipſius gratiæ augmẽtum pertinentes, qui, ſcilicèt, correſpondent ei gratiæ & illis meritis, quæ ante lapſum habebat homo ille, & à quibus cecidit & ad quæ modò reſurgit. Atq; adeo illius gratiæ, quæ
C nunc in puncto reuiuiſcentiæ datur, aliqui gradus dantur gratis, & pertinent ad primam gratiam, correſpondentes præſenti diſpoſitioni: alij verò ex iuſtitia, quia correſpondent ijs meritis, quæ ante lapſum fuerat operatus. Quod ad vnguem nunc examinari, neque vacat neque debet.

Reſpõdetur etiã ſecũdò, hoc non eſſe producere ſimul & augere gratiã. Et ſic nõ eſſe duas actiones, quarũ vna ſit creatio gratiæ, altera augmẽtatio: ſed eſſe vnicã & ſimplicẽ eiuſdẽ gratiæ productionẽ, duplici titulo à Deo factã, ſecundũ diuerſos gradus ipſius gratiæ: eo ꝙ quidã eius dantur gratis, quidam ex merito. Nam peto, Quidnam obſtat, quominùs vnica collatione & elargitione mihi aliquis centum

cẽtũ aureos tribuat, quorũ tamen. 50. donet gratis, & alios ex iustitia soluat? Sic ergo simul tota illius gratiæ latitudo vnica actione confertur, duplici tamen titulo, ad modum dictũ, quoniam, videlicèt, homo duplicẽ actum exercens, vnum dispositiuum, alterum meritorium, duplicem offert Deo materiam conferendi gratiam, vnica tamen & simplici actione, licèt virtualiter duplici. At si vnum tantum exerceat, scilicèt, cõtritionẽ, seu vltimã dispositionem, de qua in presenti quæstione est sermo; fieri nequit vt per illã augmentũ aut gratiæ aut gloriæ promereatur, sed solùm primam gloriam, vt in secunda propositione assertũ est. A

VIII. *Argumẽtis initio factis fit satis.*

RElquum est vt argumentis initio pro prima opinione factis, respondeamus: ꝙ non minimã quæstionis partem esse certum est. Primum argumentum expostulat grauem & difficilem disputationẽ de contritione, an verum sit quod vulgò tàm docti quàm indocti dictitant, scilicèt, contritionem seu vltimam dispositionẽ in genere causæ materialis priorem esse gratia, posteriorem verò in genere causæ efficientis. Quod, quoniam prolixam exigit tractationem, inferiùs disputabo, ne tam longa parentheſi, quæstionis ordo turbetur. Breuiter ergo respõdetur, quòd si contritio illa re vera procedit à gratia in genere causæ efficientis, sic quidem facilè intelligitur ꝙ sit meritoria. Si vero, (quod ego verisimum existimo) solùm eliciatur ab auxilio supernaturali, & in omni genere causæ antecedat gratiam; sic quidem, quanuis non sit tam facile intellectu, diffinio tamen eam esse meritoriam. Satis enim ad hoc vt actus aliquis sit meritorius apud Deũ, est, quòd sit bonus & supernaturalis & à principio supernaturali eliciatur, idest, ab auxilio Dei speciali, & ab illo reducatur in finem charitatis, & procedat ab homine grato & iusto. Quod totum quia reperitur in illo actu contritionis, & ex alia parte homo est in gratia pro illo instãti tẽporis, estq; iustus & amicus Dei, nihil illi actui desideratur quominus meritorius esse possit: nam quòd à gratia habituali eliciatur, non est necessarium, licèt sit necessarium quòd pro illo instãti homo habeat gratiam habitualẽ, quæ in iustitia & Dei amicitia. B C

Non est necessarium ꝙ actꝰ meritꝰ

A citia ipſum conſtituat,& quæ informet actum ipſum contritionis, non eliciendo & efficiẽdo ipſum, ſed coaſsiſtendo ei, vt veriſsimè dixit D.Bonauent.in.4.diſt.17.quæſt.1 art. 6. quem in hac parte ſequitur Gab.4.diſt14.q.1.art.2. circa finem. Sot. 3, de Nat.c.4.Caiet.12.q.21.art.3.&.4. Neq; verò S.Thom.oppoſitum docuit,nam licèt. 1. 2.114. art.4.in corp.& ad.3.&.1.p.q.62.art.4.ad.2. & communiter Theologi requirant ad meritum quòd ſit à gratia & charitate, tamen per hoc non intelligunt quòd debeat procedere ab ipſis habitibus gratiæ & charitatis. Sed ſat fuerit quòd ſit à motione gratuita & auxilio ſpeciali Dei, & ab his referatur in finem ipſum charitatis & gratiæ: & ex alia
B parte ipſe homo iam ſit conſtitutus in gratia & charitate. Certè quanuis contritio & dilectio Dei, quibus quis vltimò ſe diſponit ad gratiam,non fiunt ab habitibus pœnitentiæ & charitatis,vt ego exiſtimo,& infrà probabimus: tamen communiter dicuntur & appellantur actus pœnitentiæ & charitatis, ſuntque eiuſdem ſpeciei cum ijs actibus, qui deinde eliciuntur ab ipſis virtutibus pœnitentiæ & charitatis, vt ibi videbimus. Sic ergo illæ diſpoſitiones ſunt meritoriæ &poſſunt dici eſſe à charitate,eò quòd ſunt eiuſdem ſpeciei cum alijs actibus,qui à charitate deinde ordinantur in ipſummet finẽ,ſub eadem ratione formali. Præterea,ſatis eſt ad hoc vt dicantur eſſe à charitate, quòd informentur in illo inſtanti,in quo ſunt meritoriæ, ab ipſa
C charitate & gratia,& ex alia parte dirigãtur ab auxilio Dei ſpeciali in finem ipſum charitatis.

*Sed argu. quia non oſtenditur à quo auxilio ordinentur in finem charitatis,nam cum re vera talis actus contritionis non ſit charitatis, iam illud auxilium ſupernaturale quod datur ad illũ actũ contritionis, non erit ordinis charitatis,ſed pœnitentiæ, atq; adeò non referet illum actum in finem charitatis. Reſp. ſicut actus ille,qui formaliter eſt pœnitentiæ & contritionis,eſt virtualiter charitatis & imperatiuè,vt dicitur (prior enim eſt in iuſtificatione in ipſi motus charitatis quàm pœnitentiæ vt habet optima quæque Theologia) ſic auxilium illud eſtò formaliter ſit de ordine

rius protedat ab gratia,& charitate.

dine pœnitentiæ, est eminenter & virtualiter de ordine charitatis.] Nihil itaque deest quominùs sint meritorij actus illi. A

Attritio. etiã meritoria est primæ gloriæ.

Ad confirmationem respondetur, actũ attritionis, quæ vsque ad instans iustificationis cum sacramento durat, eadem ratione esse meritorium, quia est bonus & ab auxilio speciali profectus, & ex alia parte informatur gratia coassistente. Iam enim in illo instanti homo est in gratia & amicitia Dei. Quod vt rectiùs intelligas, patere me, lector optime, tantisper expatiari ac diuagari ad venandum valorem attritionis.

Quòd attritio nõpotest haberi viribus naturæ.

Est ergo sciendum, attritionem, quæ cum sacramento sufficit ad gratiam suscipiendam, debere necessariò procedere ex auxilio supernaturali, & diuino: alioqui si naturæ viribus tantum fiat & concursu generali Dei, sufficiens ad sacramentum dispositio non est. Enim verò S. Thom. 3. part. quæst. 84. art. 1. ad. 2. apertè dicit, actus pœnitentis, qui sunt illius sacramẽti materia sufficiens & necessaria, elici ex speciali inspiratione & auxilio Dei. Idque sacrum Concil. Trident. satis insinuat, sess. 6. can. 3. dicens, Neminem pœnitere posse, sicut oportet, vt ei iustificationis gratia cõferatur, sine præuenienti Spiritus sancti inspiratione & auxilio. Et concil. Mileui. & Arausi. iam olim aduersus Pelagianos, ijsdem penè verbis definierant. Cum ergo attritio actus sit sufficiens, vt gratia iustificationis per sacramentũ peccatori conferatur, necessariò dicẽdum est, haberi non posse sine speciali Spiritus sancti adiutorio. Quod si contendas, concilia intelligenda esse extra sacramentum, scilicèt, Neminem iustificationem posse consequi extra sacramentum, sine præuenienti Dei auxilio, cum sacramento verò non requiritur speciale Dei auxiliũ. Cõtra obijcitur, quia in ipsomet. Arausi. concilio diffinitur, ipsum credulitatis affectum, quo ad baptismum volumus accedere, ex Dei speciali gratia prouenire. Et in Trident Sessio. 6. cap. 6. asseritur, excitari peccatores diuina gratia ad detestandũ peccata, per illam pœnitentiam, quam ante baptismũ agi oportet. Si ergo ad eam attritionẽ, quæ cum baptismo suffi- B C

cit.

A cit ad gratiam, excitantur speciali Dei auxilio peccatores, cur non ad eam attritionem, quæ ad sacramenti pœnitentiæ gratiam est necessaria? Tandem Sessio. 14. cap. 4. eiusdem Concilij, apertissimè dicitur, attritionem donum Dei esse & Spiritus sancti impulsum. Habet ergo illa attritio, quæ ad sacramẽtum est necessaria, hoc in primis quòd à Dei gratuito auxilio proficiscitur, & præterea, si vsque ad instans iustificationis duret, habet iam hominem in gratia constitutum & amicum Dei, nihil ergo obstat, quo minùs primæ gloriæ meritoria esse possit. Quòd vt melius adhuc intelligas, qua, scilicèt, ratione, sine eo quòd specialiter à gratia & charitate actus procedat, possit esse meri-
B torius, attende doctrinam sequentis solutionis.

Ad secundam confirmationem respondetur, actiones quidem bonas naturales dupliciter posse considerari, primò quidem quatenus naturæ viribus & concursu generali Dei fiunt: & quidem hoc modo, quãtunuis bonæ & perfectæ sint & à virtutibus naturalibus moralibus proficiscãtur, vt sunt comedere, bibere, etiam temperatè, miseratio erga pauperes, ius suum vnicuiq; reddere, &c. quoniam intra ordinem actuum naturalium continẽtur, nõ sunt meritoriæ apud Deum alicuius gloriæ aut gratiæ: idq; etiã si homo talium actionum author, sit in Dei gratia & amicitia. Ratio est quoniam licèt tales actiones gratia quodammo-
C dò informentur, propterea quòd ab homine habente gratiã eliciuntur: at non eliciuntur ab aliquo principio gratuito, ideſt, neq; ab ipsa gratia, neq; ab auxilio aliquo speciali Dei. Et consequẽter neq; dirigũtur aut ordinantur in finẽ supernaturalem relatione aliqua virtuali aut actuali, atq; adeò meritoriæ esse non possunt. Cęterùm eędẽ actiones, quantũuis ex parte sua sint naturales & extra ordinem gratiæ & meriti, si tamẽ ab extrinseco, à gratia & charitate aut ab auxilio speciali actualiter aut virtualiter referantur in finẽ supernaturalem, ideſt, fiant, propter Deum, vt finis est supernaturalis, iã certè meritoriæ sunt & Deo æquè gratæ, ac si intrinsecè & natura sua essent diuini & supernaturalis ordinis. Quando enim dixit Paulus; Siue comeda-

Quomodò actiones bonæ naturales possint etiã esse meritoriæ.

A

eis, siue bibatis, siue quidquam aliud faciatis, omnia in glo-
1. Corin. 10. riã Christi facite, bene vidit Apostolus, actiones naturales
per actum comedendi & bibendi significatas, esse posse
Nota. meritorias, si in Dei gloriam à charitate referantur.

Veruntamen ijs adijciendum est, hoc distare inter ope-
rationes istas bonas moraliter & ordinis naturalis à virtuti
bus acquisitis elicitas, ex vna parte, & inter opera superna
turalia virtutum infusarum, ex alia: quòd illæ non censen-
tur procedere à gratia Dei, nec esse ordinis diuini & super
naturalis, ex eò quòd fiant ab homine grato, nisi ex specia-
li gratiæ influxu & charitatis imperio referantur in finem
supernaturalem. At verò opera virtutum infusarum, licèt
non imperentur à gratia & charitate, suapte natura sunt B
ordinis diuini & supernaturalis. Ex quo fit quòd illæ non
possunt esse meritoriæ, scilicèt, comedere tẽperate, misе-
reri pauperibus, ius suum vnicuique reddere, quatenùs à
virtutibus acquisitis & naturæ viribus factæ sunt, etiam si
homo sit in gratia, nisi à gratia imperentur & referantur in
finem charitatis. Cęterùm actiones secundi generis, scili-
cèt, virtutum infusarum, vel quæ natura sua procedunt à
principio supernaturali, licèt non imperentur à charitate
neq; ex speciali influxu gratiæ procedant, meritoriæ sunt,
dummodò homo sit in gratia, vt actus iustitiæ, misericor-
diæ, temperantiæ, quod tradit Franciscus de Christo in. 3.
dist. 23. de actu fidei. q. 13. vbi pro comperto habet huius- C
modi actus bonos semper esse meritorios, licèt ab ea non
eliciantur. Et ratio est, quia isti actus, ex eo quòd sunt vir
tutum procedentium à gratia & supernaturalium, iam
suapte natura tendunt in finem supernaturalem, suntq;
apti, idonei & proportionati gloriæ & cuicunq; præmio.
Cum ergo ex alia parte homo in gratia & amicitia Dei
sit constitutus, nihil illis actibus deficit, quominùs sint
Actus virtutũ infusarũ sunt secũdũ se totos supernaturales. meritorij. His adde, quòd isti actus à virtutibus infusis
procedentes, non solum quo ad modum & ex accidenti,
sed secundùm suam substantiam & entitatem sunt super
naturales & ordinis diuini: atq; adeò secundùm se & abs-
que aliquo extrinseco adminiculo, non possunt non esse

meri-

A meritorijapud Deum. Hoc dixerim propter quosdam graues aliàs & doctos viros, qui actus istos, imò non tantum istos, sed actum etiam dilectionis Dei super omnia, actum contritionis, actum fidei, dicunt esse naturales secundùm substãtiam, & supernaturales quo ad modum tantùm. Ita habent Scotus, Dur. in. 2. dist. 28. & in. 3. d. 23. Gab. Capreolus, & Caieta. 12. quæst. 109. art. 4. Sotus lib. 1. de Natu. & Gra. cap. 22. prope finem, & videtur habere, S. Tho. 2. 2. q. 171. art. 2. ad. 3. Verũ iam communis Theologorum sententia habet oppositum. Sed de hoc aliàs. Igitur si actus illos naturales idcircò dicebamus esse meritorios, quia saltem virtualiter & ab extrinseco à caritate referuntur in diui-
B num finem, potiori iure idem dicendum est de actibus virtutum infusarum, licèt à charitate & gratia non referãtur. Nam maiorem magisque genuinam & innatam proportionem cum fine supernaturali, habent isti actus virtutum infusarum, ex eo quòd sint à virtutibus infusis, quàm illi alij, ex eo quòd extrinsecè à gratia in finem supernaturalem reducantur. Hanc ergo ob causam dixerim sæpiùs actum contritionis in omni genere causę antecedentem gratiam, insuper actum attritionis, qui vsq; ad iustificationem durat, licèt à gratia non eliciatur aut dirigatur, esse meritorios: quandoquidem ex vna parte iam suapte natura ordinantur in finem supernaturalem à principio supernaturali, idest, ab auxilio Dei quo intrinsecè & per se eli-
C ciuntur (quæ supernaturalitas maior est, quàm si ab extrinseco à charitate & gratia referrentur in illum finem) & ex alia parte homo est in gratia Dei, & ob id inquam esse meritorios. Et hactenùs de primo argumento.

IX.

Cur prima gratia datur gratis, & tamẽ actum ad primã gloriam non fit gratis, sed ex merito.

AD secundum libenter concedo, illam vltimam dispositionem, idest, contritionem non esse meritoriam primæ gratiæ. Sed cum procedis, ergo nec primæ gloriæ, negatur cõsequentia. Quin esse consequentiã Lutherano rum, dicit Sotus. 3. de Natura, & gratia. c. 9. initio. Negatur ergo consequẽtia, primo cũ Mag. Cano relect. cita. p. 1. circa finẽ. Cũ verò obijcis, Gratia est acceptatio ad gloriã, Cano negat, sed est, inquit, forma per quã aliquis est amicꝰ

Dei, & per quam homini grato & admisso in naturæ diui A
næ consortiũ, facultas datur ad gloriã per opera bona pro
merenda. Adducit Cano exẽplum de anima, quam, quo-
niã est actus primus dans esse & viuere, consequuntur po
tentiæ naturales, intellectus, scilicèt, & volũtas: per quas
operatur ad finis consecutionẽ. Sic gratia forma est dans
esse & viuere animæ nostræ supernaturale: hãc charitas &
cæteræ virtutes cõsequuntur, quarũ operationibus homo
finẽ suum consequatur, ideſt, gloriã promereatur. Hæc Ca
no. Ad idẽ ferè est Sot. in. 4. distinct. 14. quæstione. 2. art. 6.
gratia, inquit, duo facit, scilicèt, cõstituere hominẽ in esse
supernaturali filij Dei, & hac ratione antecedit actũ cõtri
tionis, scilicèt, in esse meriti & facit illũ esse meritoriũ. Sed B
habet secundò, vt fit acceptatio ad gloriã, & hac ratione
actus est prior illa, ipsaque sequitur actum. Itaque docere
videtur, illã gratiam, vt præintellectã cõtritioni, nõ facere
nos acceptos ad vitam æternam, nisi deinde media con-
tritione, quæ etiam est mens Magistri Cano. Libro au-
tem. 3. de Natura & gratia. capit. 9. remissius Lutheranis
respondit. Idcircò præstat quod cum scholasticis agens,
dixit in. 4. Sentẽt. Verũtamẽ instari adhuc potest, quia pro
illo eodẽ instãti naturæ, quo homo habet gratiã, intelligi-
tur etiã vt acceptus ad vitã æternã, siue id faciat gratia pri-
mariò siue secũdariò & ab extrinseco & ex lege Dei. Iã er
go cum pro instanti, quo cõtritio est meritoria, præsuppo
natur homo gratus, præsupponitur etiam ad gloriam pri- C
mam acceptus: ac subinde primã gloriam per illum actũ
promereri non potest, siquidẽ iam prima illa gloria vt de-
bita præsupponitur. His ergo respondere reliquum est.

Gloria da-tur iustis vt præmiũ ope rum, & vt hæreditas fi liorum.

Concilium Tridentinum Sessione. 6. cap. 16. dicit: Vi-
tam æternam conferri iustis, & tanquàm gratiã filijs Dei
per Christum Iesum misericorditer promissam, & tan-
quam mercedem ex Dei promissione bonis ipsorum ope-
ribus & meritis debitam. Ex qua doctrina difficilius reddi-
tur nostrum argumentum, quia ex ea sequitur, priùs
quàm homo opus eliciat meritorium, iam sibi deberi glo-
riam secundũ proportionem, quæ est filij ad hæreditatem,

licèt

A licèt non secundùm eam, quæ est operis ad mercedem. Cum ergo priùs natura quàm homo faciat actum meritorium intelligatur, vt filius Dei, certè iam intelligitur collatum sibi ius ad hæreditatatem, ideſt, ad gloriam: licèt suis operibus adhuc non debeatur, quia nondum intelligitur fuisse operatus.

Iam ergo respondetur, quòd licèt gratia in illo priori, an tequàm contritio sit meritoria, sit ius ad gloriam per modum cuiusdam proportionis & connaturalitatis: idoneus enim est & satis proportionatus homo ille, ex eo quòd cõsideratur vt habens gratiam, vt etiam gloriam habeat. Sed tamen absolutè in illo priori, in adultis, & extra sacramen- *Vera solutio. 2. Argumenti.*

B tum, illa gratia ius non dat ad gloriã, neque facit acceptum ad gloriam, quo ad vsq; homo actu proprio illam promereatur. Fundatur namq; nostrum meritum in ordinatione & statuto Dei, vt habet S. Tom. 1. 2. q. 114. art. 1. ad. 3. & ar. 4. Statuit autem & ordinauit Deus legem q; tulit, vt in illo qui per propriam dispositionem iustificatur extra sacramentum gratia non sit ius ad gloriam, nisi mediante tali actu & dispositione, quæ sit meritoria gloriæ. Ideircò quo ad vsque illam dispositionem intelligatur habere, quãtum uis habeat gratiam extra sacramentum, nondum habet plenum & absolutum ius ad gloriam. Vt autem non tumultuario sed ex magno consilio ostendamus hæc à nobis asseri, certè legem hanc tùm alibi sæpè, tùm verò maximè tu-

C lisse videtur Deus, ex eo quòd Paulus Rom. 8. cũ dixisset. *Rom. 8.* Quod si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autẽ Christi. Quibus verbis ostenderat eo ipso quòd quis efficitur Dei filius (efficitur autem per gratiam) statim esse hæredem per modum cuiusdã condignitatis & connaturalitatis: & sic priùs quàm contritio sit meritoria, iam hominem habere quo dam modò ius ad gloriam. Vt tamẽ explicaret nobis possessionẽ huius hæreditatis ac proinde perfectũ ius ad illam nobis nõ conferri, quo ad vsq; operemur & illud promereamur, siue per contritionem, siue per quamcunque aliam actionem vel etiam passionem propter Deum, qua perfectum ius ad illam gloriam acquiramus,

subiecit: Si tamen compatimur, vt & conglorificemur; A
quod præclarè consideratum est à Francisco de Christo in. 3. d. 26. q. 4. de spe, in solutione ad. 4. 5. & vltimum. Insi nuauit explicatissimè Paulus, ad hoc vt quispiam glorificetur, necessarium esse illi meritum aliquod, ratione cuius ius habeat ad mercedem & gloriam, sicut ratione gratiæ habet filiationem, & consequenter proportionem & idoneitatem cum eadem gloria.

Arguitur cõtra solutionem. Dcet quis; Etiam statuit legem q; tulit Deus, vt nisi media eadem contritione quis iustificetur: iam ergo contritio illa iustificationem promerebitur. Consequetia patet, nam ea ratione dictũ est, dispositionem illam esse meritoriam gloriæ, quoniam Deus statuit, nisi ea mediante, nulli B
Secundo. conferre ius ad gloriã. Rursus, si tota hæc meriti ratio reducitur ad statuta & ordinationem Dei, iam sequitur quòd æquè per actum naturalem, verbi gratia, per albedinem, per comestionem, mereremur vitam æternam, sicut per actiones bonas supernaturales, si Deus statuisset nemini dare gloriam, nisi habenti albedinem aut comedenti.

Solutio secundi. Sed his duobus satisfacere non est arduum, nam ad hoc posterius breuiter dico, actiones nostras supernaturales, non solùm habere extrinsecam ordinationem illam Dei, sed & habent intrinsecè valorem & condignitatem quandam, seu proportionem ad gloriam: non sic actiones naturales, vt satis constat. C

Primi. Ad illud verò prius respondetur primò, quòd illa contritio, cum intelligitur esse meritoria gloriæ, iam præsupponit gratiam, vel tanquam causam sui efficientẽ, vel, quod certius est, tanquam coassistentem & dantem sibi valorem in esse meriti: Quocirca antecedit gloriam, vt vidimus, & sic potest esse gloriæ meritoria. Hoc enim requisitum est ad hoc vt actus sit meritorius: primũ quidẽ quòd sit à gratia, secundum verò quòd antecedat præmium. Horum autem aut alterum aut certè vtrumq; deficit illi contritioni in ordine ad primam gratiã promerendam. Nam si consideretur vt præcedens gratiam, sic non est à gratia neque informatur gratia, & ideò meritoria esse non potest.

A test. Si verò consideretur vt procedens à gratia (nam procedit ab illa in esse meriti) sic quidem meritoria esse potest, cæterùm non illius primæ gratiæ, quæ iam præsupponitur: non enim debet præmium merito præsupponi. Respondetur secundò, non eodem modo promisisse Deum gloriam operantibus, sicut promisit iustificationem & gratiam disponentibus se per pœnitentiam: nam illis promisit gloriam tanquàm mercedem operum & tanquàm stipendium pro labore: atq; adeò ex iustitia. At verò alijs, ideſt, habentibus contritionem & facientibus pœnitentiam, non promisit iustificationem & gratiam tanquàm mercedem & ex iustitia, sed tanquàm donum quoddam gratuitum, ex pura liberalitate sua, infallibiliter tamen & certò dandum.

B Vtrunque patet ex scriptura.

X. *Titulo gratiæ, & titulo iustitiæ nõ potest aliquid dari.*

AD tertium respondetur, proculdubio concedendum esse, non posse aliquid duplici illo titulo, scilicèt, ex gratia, & ex iustitia conferri: vicissim enim se destruunt & excludunt, vt argumentum probat, & explicatum est suprà. §. 6. At, vt ex præcedenti solutione patet, nos minimè asserimus ius ad gloriam duplici titulo dari illi, qui per propriam dispositionem iustificatur, sed vnico dumtaxat & simplici titulo, ipsoq; ex meritis & iustitia. Iam enim satis superq; explicatũ est. §. 9. qua ratione gratia illa, pro vt in ratione meriti antecedit actum dispositionis vel contritionis, non dat simpliciter & absolutè ius ad gloriam, neq; facit ad illã acceptũ, nisi tãtum per modũ cuiusdam proportionis, quo ad vsq; propriam dispositionem intelligatur homo exercuisse, per quã simpliciter & absolutè gloriã promereatur. Idq; ex pacto & lege Dei, ad sensum explicatũ.

C

XI. *Cur Christus nõ meruit gratiã & gloriam animæ, bebis tamẽ gloriã corporis.*

AD quartum respondetur, simul & ad quintum, rationem, ob quam Christus non meruit gratiam & gloriam animæ, vtramque esse. Videlicèt, quia naturaliter sequebantur & debebantur ei, suppositâ vnione hypostatica. Et secundò, quia iam eas habebat à principio suę incarnationis. Vtraq; autem ratio hæc examinanda à nobis est, vt eius vires experiamur. Arguitur ergo contra primam, quia si idcircò non meruit gratiam & gloriam,

quia sequebantur & debebantur, & c. planè eadem ratione neq; Christus gloriam corporis mereri debuisset, quod est argumentum Scoti, & ponderat Almain. in. 3. distin. 18. q. vnic. in. 4. conclusione, cuique non facit satis. Sed neque nos mereri deberemus primā gloriam. Primū quidē, quia gloria corporis iam debebatur Christo alijs titulis, & sequebatur naturaliter ex gloria animæ, quam iam habebat sine merito: secundū verò quia similiter prima gloria sequitur & debetur nobis, ex eo quòd habemus primā gratiam. A

Respondetur tamen, nullam aliam huius diuersitatis rationem, quæ satis argumēto faciat, assignari à nobis posse, nisi eā quam suprà tetigimus, scilicèt, quòd præcipua ratio meriti fundatur in ordinatione & pacto Dei prout, habet S. Tho. 1. 2. q. 114. art. 1. ad. 3. & ar. 4. & adducit Capr. in. 3. d. 21. q. vni. ar. 3. in fi. ad. 4. Aureoli, & ex sacra licèt scriptura colligere. Colligimus aūt ex scriptura, statutū & conuēnū fuisse à Deo cū Christo Dño, vt gloria corporis ei non cōferretur, nisi passionis & mortis suę merito. Patet Psal. 109. De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput. Luc. 2. oportuit pati Christū, & ita intrare in gloriā suam. Phil. 2. Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortem, propter quod, & c. Et Heb. 2. videmus Iesum per passionem gloria & honore coronatum. Vnde dicendum nō est, quòd duplici titulo gloria corporis collata Christo fuerit, neque quod ex gloria animæ, aut ex vi vnionis hypostaticæ sequeretur) certissimum enim reputo id quod datur ex meritis alio titulo dari non posse de quo suprà, numer. 6. & 10.) Quamuis enim ex vnione & gloria animæ alioqui sequi potuisset & debuisset corporis gloria, vt quantùm ad hoc rectè dicit Almainus suprà, iam tamen ordinatum à Deo fuit, vt nisi merito suæ mortis non sequeretur: atque adeò de facto hoc solo titulo sequuta est. Rursus statutum & ordinatum à Deo est, ne cuipiam adulto extra sacramentum iustificato gloria conferatur, nisi merito suæ dispositionis & operationis, vt supra dictum est: ac proinde quantumuis alioqui ex natura gratiæ & ex eius vi sequi potuisset gloria, tamen de facto sequi non debet, nisi meri- B C

Psal. 109. *Luc.* 2. *Phil.* 2. *Hebr.* 2.

A merito dispositionis: ergo hoc solo titulo meritorum & iustitiæ sequi debet, non multis titulis.

Ad secundam rationem deuenientes, arguimus contra illam, optimè potest quis promereri id quod iam habet: nã in instanti quo quis elicit actum charitatis intensiorem, habet auctam charitatem, & tamen meretur per actum illum illud augmẽtum. Non ergo est incommodum, ad hoc vt aliquid cadat sub merito, quòd simul sit cum ipso merito. Respondetur, quando illud quod cadere debet sub merito & habere rationem præmij, non solùm est in illo instanti in quo est meritũ, sed etiam præsupponitur vt principium meriti, non potest cadere sub illo merito. In Chri-

B sto autem omnia eius merita, etiam primus actus liberi arbitrij, quo se in vtero materno disposuit ad gratiam, præsupponebãt gratiam & gloriam, non solùm in eodem instanti iam existentes, sed etiam vt principia omnium meritorum: Et ideò gratia & gloria sub nullo eius merito cadere poterant. At verò actus intensior charitatis non præsupponit charitatẽ intensam, vt principiũ illius actus: licèt enim in eodẽ instãti, in quo actus intẽsus elicitur, intẽdatur etiã charitas; at charitas vt intensa, nõ est principiũ, sed terminus illius actus: & ideò potest optimè esse illius præmiũ.

Quod si vrgeas, charitatem intensam debere esse principium illius actus intensi, quia remissa vim non habet ad

C actum perfectiorem & intensiorem se, & consequenter illam charitatem intensam non posse esse prẽmium illius actus, siquidẽ est eius principiũ, Respondetur, vt intẽsa nõ est eius principiũ, sed vt remissa. Si verò dicas, remissam nõ posse esse principiũ actus intẽsi, Negatur: tũ primò, quia licèt sit remissa adiuuatur tamẽ auxilio Dei, quo redditur fortior ad actum intensum eliciendum: tùm secundò quia habitus supernaturales quantumuis remissi habent virtutẽ in actum cuiuscũq; intensionis: sunt enim causæ æquiuocæ suorum actuum: atque adeò sunt maioris perfectionis quoniam sunt omnino supernaturales, à solo Deo producti, quod actibus non ita cõuenit: nam iuxta plurimorũ Theologorum sententiam, omnes actus nostri etiam dilectio

Meritũ, & præmiũ possunt esse simul tẽpore.

Actus intẽsus charitatis quomodo possit esse ab habitu remisso.

Obijcitur.

Soluitur.

Replica.

Solutio.

Prima.

Secunda.

Dei super omnia, & visio ipsa beatifica sunt secundùm sub A
stantiam naturales, vt vidimus suprà in solutione ad.1. argum. in fin. §.8. saltē ex ea parte qua à libero arbitrio exercentur, quodammodò sunt naturales, neque secundùm se totos à solo Deo habent produci. Præterea optima est illa doctrina S.Thom.1.2.q.114.ar.8.ad.2.vbi sic ait: Augmentum gratiæ non est supra virtutem præexistentis gratiæ, licèt sit supra quantitatem ipsius: sicut arbor, & si sit supra quantitatem seminis, non tamen est supra virtutem ipsius. Et huc spectat exemplum de pullo equi, qui statim natus, minor quidem est quàm asinus iam adultus, secundū actualem quantitatem: at secundùm virtutem longè maior est. Et est exemplum S.Tho.de verit.q.9.artic.1.ad.14. sic ergo B
habitus remissus potens est generare & elicere actum intensum. Dici etiam potest quòd licèt physicè charitas aucta, in casu posito, præcederet actum intensum, tanquā eius causa physica; at moraliter prior est actus, quoniam est meritum; & charitas aucta, præmium. Et sic in esse meriti prior est actus, ac proinde potest præmium illud promereri.

* * Ad sextum dico, posse quēpiam mereri vnum illorum, alio nō merito. Etenim mereri visionem Dei, non est mereri remissionem pœnæ æternæ aut pœnæ damni. Rursus, remoueri aliquem à debito huius pœnæ non est acquirere ius ad visionē Dei, si propriè, si per se, si ex vi rerū ipsarum C
loquamur. Primum patet in Angelis, qui primam promerendò gloriam & visionem, non meruere remotionem alicuius pœnæ. Alterum liquet, si Deus (quæ sua est potentia) nunc condonaret alicui omnem culpam & debitum pœnæ æternæ & damni, non ordinando illum ad gloriam. Est itaque considerare carentiam diuinæ visionis negatiuè & priuatiuè. Angeli tunc & iusti nunc remotionem huius carentiæ negatiuæ benè meruere, non priuatiuæ. Hoc est, eo ipso quòd meruere visionem Dei, meruere non repelli ab illa, nō verò sequitur quòd meruerint remissionem pœnæ æternæ aut damni, quia hæc pœna in carentia illa priuatiua consistit, quæ vnà cum culpa gratis tollitur.

Non est idē mereri visionem Dei, & remissionē pœnæ damni.

Argu-

A ARgumenta secundæ opinionis soluenda restant: quo rum quidē prius tām est facile quā secundum difficile & prolixum: sed vtrumque dissoluendum est. Ad primum breuiter ex dictis respondetur, actum misericordiæ in puncto iustificationis elicitum, augere gratiam & gloriam: nō sic contritio. Huius diuersitatis ratio & explicatio tradita est in secunda propositione. §. 4. *XII. Argumentis secundæ opinionis fit satis.*

Ad secundū vt respondeamus, ostendere oportet, quomodò contritio illa, quæ est dispositio ad gratiam, non possit, etiam pro vt informatur gratia & ab illa sequitur in esse meriti, esse meritoria alicuius augmenti gratiæ. Dico, tota illam gratiam, quæ in illo puncto virtute contritionis con
B fertur, secundùm omnem sui latitudinem esse prima gratiam: atque adeò secundùm nullum gradum cadere sub merito. Et quòd sit prima gratia, probatur, quia tota illa est prima, quæ correspondet dispositioni secundùm totā suæ latitudinem intensionis. Non est ergo dicēdum, quòd existente dispositione vt quatuor, detur gratia vt octo (secludimus modo alios actus meritorios, qui in illo instanti interuenire possunt, & ratione quorum potest vsq; ad octo augeri illa gratia: & solùm loquimur quando non est alius actus, neque alia ratio augendi gratiam, nisi illa contritio) Si ergo iuxta latitudinem illius cōtritionis datur gratia: & contritio, pro vt dispositio est, non potest esse meritoria
C alicuius gradus gratiæ; quia vt sic omnino antecedit gratiam, iam sequitur quòd nec gratia neq; aliquis gradus eius detur ex merito. *Contritio non mereretur augmētum gratiæ, aut gloriæ.*

Sed contra hoc statim obijcitur, quia, vt petit secūdum argumentum principale secundæ opinionis, licet illa dispositio, vt sic, omnino antecedat gratiam & non mereatur illam, sed tota gratia ei correspondens sit secundum se totam prima gratia: at secundùm quòd in eodem instanti informatur gratia & ab ea sequitur, videtur incommodum quòd gradum aliquem auctioris gratiæ nō promereatur in eodem momento conferendæ. Respondetur, impossibile esse quòd illa contritio, pro illo instanti temporis, mereatur aliquem gradum gratiæ, etiam pro vt informatur gratia. *Arguitur. Respondetur.*

tia. Si enim ex eo quòd informatur prima gratia (quæ fuit, verbi causa, vt quatuor) ideò meretur quatuor alios gradus gratiæ, iã dabitur gratia vt octo in illo primo instãti. Et tunc similiter ex eo quòd informatur ipsemet actus cõtritionis gratia illa augmentata vsq; ad octo (siquidem in ipsomet instãti augeretur, vt dicũt aduersarij) iam acquireret nouũ valorem & mereretur aliquem gradum gratiæ in eodem instanti conferẽdum. Et rursus, idemmet actus hac eadem met gratia augmentata informatus, crescceret in valore & augeret eam ampliùs, & sic in infinitum abiremus. Ne ergo abeamus, sistamus in principio, & dicamus, illum actũ contritionis cum non sit nisi vt quatuor, non disponere nisi ad gratiã vt quatuor: vt verò informatur hac eadẽ gratia, non mereri gratiam, mereri tamẽ gloriã, gloriam inquam primam: quia, vt diximus, ex lege & ordinatione Dei non est homo ille acceptatus in illo priori ad aliquam gloriam, etiam primam, quo ad vsque eliciat actum contritionis. Atque adeò augmentum non promeretur, vt explanatum est in secunda conclusione. A B

Dubium, an dispositio ad gratiam in aliquo genere causæ procedat ab ipsa gratia. C

XIII. *Tractatur latissimè hæc quæstio.*

PRAECEDENTIS lõgissimæ quæstionis primum argumentum explicare reliquum est: explicare autem minimè possumus, nisi in forma etiã scholastica disputemus, an vltima dispositio ad gratiã, in genere causæ efficientis, ab ipsa procedat gratia.

Thomistæ affirmant, scilicèt, Caiet. 1.2.q. 113.artic.8. Ferrara.3.contra gentes.c.153. Sot.4.d.14.q.2.6.art. & lib. 2.de Natura, & gratia.c.18. propositione.3. Cano Relect. de pœnit.p.1.ad fin. Syluester in Rosa aurea super euãgel. Dominica.24.q.69. & idem videtur tenere Franciscus de Chri-

A Christo.q.13.citata in.3.d.23.de actu fidei,& alij Thomistæ recentiores.Fauet S.Thom.in illa.q.113.art.8.ad.2.sed & est alius qui Thomistas & ipsum Thomistarum authorem & antesignanũ præcessit,scilicèt,Alexand.Alen. qui huic parti vehementer annuit.3.part.quæst.70,memb.7.

Et quidem quòd hæc sententia, quæ asserit,contritionẽ elici à gratia & charitate, sit vera,,pbatur primò,quia si cõtritio omnibus modis antecedit gratiam,iam remissio peccatorum antecederet gratiam: consequens est falsum, ergo. Probo sequelam: nam contritio causat expulsionem peccati,etiam effectiuè,vt expressè habet S.Thom.3. part. quæst.85.art.2.ad.3.nec apparet quod in aliquo signo intel

B ligere possimus illum actum, quin in eodẽ intelligamus remissa peccata. Si ergo priùs omnibus modis est contritio quàm gratia,iam remittuntur & expelluntur peccata ante introductionẽ gratiæ:quod est absurdum dictu,cũ gratiæ effectus formalis & proprius sit peccata remittere.Cõfirmatur,quia non est dicendum, quòd cõtritio procedat ab homine peccatore, procedit ergo ab homine grato, & sic à principio supernaturali,idest,à gratia: hæc enim sola est,quæ facit hominem gratum,de lege.

Arguitur primò quòd cõtritio procedat à gratia.

Argumentor secundò:Ille actus est dilectio Dei super omnia,vel formaliter vel virtualiter,& est meritorius vitę æternæ,vt longa quæstione præcedẽti abũdè probauimus: quin & est eiusdẽ speciei cũ cæteris actibus,siue charitatis, siue pęnitẽtiæ: procedit ergo à gratia in genere causæ effi-

C cientis & formalis.Cõfirmatur hoc argumentũ,licèt cõfirmatione nõ egeat,nã seipso corroboratissimũ est:quia nisi potentia vel causa sit cõstituta in actu primo, elicere actũ secundũ minimè potest. Qua ergo ratione elicere homo actũ cõtritionis & dilectionis Dei super omnia poterit,nisi in actu primo supernaturali sit constitutus,scilicèt, in gratia Dei? atq; adeò gratia,quæ est actus primus, ordine naturæ præcedet omne actum secundum meritorium & supernaturalem,qualis est actus contritionis vel dilectionis. Confirmatur secundò ex Gregorio, homi. 30. in euangel. initio.Qui mente(inquit)integra Deum desiderat,profectò

ctò iam habet quem amat: quia nõ posset Deum diligere, A
si eum, quem diligit, non haberet. Quid clarius? Vnde S.
Tho. 1.2.q.110.art.10. ad implendum mandatum diligendi Deum, prærequiri dicit charitatem infusam. Et Augustinus optimè tractatu.74. in Ioann. in initio: Quomodo diligimus, vt Spiritum sanctum accipiamus, quem nisi habeamus, diligere non valemus? ergo negari non potest, quòd actus dilectionis & contritionis & alij huiusmodi, quãtumuis sint dispositio ad gratiam & charitatem, præsupponunt ordine rationis & naturæ ipsam gratiam & charitatem in homine.

Hoc argu. solvitur in fine totius quæstionis.

Tertiò arguitur: quia vt Soto & Thomistæ contendunt, in naturalibus vulgò nobis exempla suppetunt, quibus dispositiones disponentes ad aliquam formam efficiuntur ab ipsa forma, verbi gratia, apertio fenestræ disponit ad ingressum aeris, & ex hac parte prior est aere ingrediente, in genere causæ materialis: at efficitur apertio eadem, in genere causæ efficientis, ab ipso aere ingrediente, vt patet. Item creatura in genere causę materialis prior est quàm actio transiens creandi, nam est eius subiectum: at in genere causæ efficientis prior est creatio illa, nam per illam efficitur creatura. Rursus negari non debet, imò nec in dubium verti, quòd vltima dispositio ad formam ignis, quæ sit, verbi gratia, calor vt octo, prior est in genere causæ materialis, quàm ignis ad quem disponit: at in genere causæ efficientis & formalis, prior est forma ignis in materia prima, quàm sit ille calor vt octo: quandoquidem nullum accidens in materia præintelligitur formæ substantiali, sed forma præintelligitur omnibus accidentibus. Sicergo, contritione in genere causæ materialis & quà dispositio est, præcedente gratiam, fieri potest quòd gratia in genere causæ efficientis & formalis præcedat eam. B C

XIIII. Quòd vltima dispositio ad gratiam nõ pro

VNica propositione respondetur, quæ talis est. Nec potest esse, nec intelligi quòd contritio vel quæcũq; alia vltima dispositio ad aliquã formã, sequatur ex illa tãquam ex causa efficiente. Ac proinde cõtritio nõ efficitur à gratia, sed à potentia creata, idest, à voluntate cũ auxilio Dei super-

A ſupernaturali, licèt in eodē inſtanti ſit gratia gratū faciens in ſubiecto. Hæc planè eſt ſententia S. Tho. AEgidij, Dur. Palu. Sco. Capr. Ricar. Gab. Veg. & cōmunis. Principio S. Tho. 1. p. q. 62. art. 2. ad. 3. ſic loquitur: Triplex eſt conuerſio in Deum, vna quidem per dilectionem perfectam, quæ eſt creaturæ iam Deo fruentis: & ad hanc conuerſionem requiritur gratia conſummata. Alia conuerſio eſt, quæ eſt meritum beatitudinis, & ad hāc requiritur gratia habitualis, quæ eſt merendi principium. Tertia conuerſio eſt, per quam aliquis præparat ſe ad gratiam habendam, & adhanc non exigitur aliqua habitualis gratia, ſed operatio Dei ad ſe animam cōuertentis. Certè ſi in noſtra S. Thomas verba iuraſſet & ex propoſito noſtram vellet diffinire ſententiā, nullis clarioribus verbis vti potuiſſet, quā illis, ſcilicèt, Conuerſio, per quam aliquis ſe præparat ad gratiam habēdam, non prærequirit gratiam habitualem, ſed operationē Dei, ide ſt, auxiliū Dei. Quod vt maius robur oſtendamus habere, conſideremus, ſi placet, cui nam argumento illam aſsignabat ſolutionem. Inquirebat, An Angelus indiguerit gratia, ad hoc vt ſe ad gratiam præpararet. Et dicit, ad vltimam illam diſpoſitionem, qua ſe Angelus diſpoſuit (de vltima enim loquitur, nam in Angelis cum in gratia creati fuerint, alia diſpoſitio antecedens nulla fuit) non prę ſup ponebatur gratia habitualis, ſed auxilium. Sed ecce aliud teſtimonium. 3. par. quæſt. 89. art. 1. ad. 2. vbi dicit: Actus

B primus pœnitētis ſe habet vt vltima diſpoſitio ad gratiam conſequendam, ſcilicèt, contritio: alij verò ſequētes actus pœnitentis procedunt iam ex gratia & virtutibus. Diſtinguit. S. Tho. inter primam contritionem & cæteros ſubſequentes actus pœnitentis, & dicens, hos iam procedere ex gratia, inſinuat apertè, illum primum, ſcilicet, contritionē ex gratia non procedere. Verùm eſt aliud teſtimonium eiuſdem S. Thom. 1, 2. q. 109. ar. 6. in corpore, vbi ſic loqui

C tur: Duplex eſt præparatio voluntatis humanæ ad bonum (notanda ſunt verba D. Thomæ,) vna quidem qua præparatur ad bonum operandum & ad Deo fruendum, & talis præparatio voluntatis non poteſt fieri ſine habitualis gra-

cedit ab ipſa gratia.

Loca notanda S. Tho.

Primus locus.

Alter locus S. Tho.

Tertius.

lis gratiæ dono, quod sit principium operis meritorij, vt di A
ctum est. Alio modo potest intelligi præparatio voluntatis humanæ ad consequendū ipsum gratiæ habitualis donum: ad hoc autem vt præparet se homo ad susceptionem huius doni, non oportet præsupponere aliquod aliud donum habituale in anima. Hæc ille. Quia tamen posset quis dicere, mentem S. Thom. esse, quòd non quidem requiritur aliud donum, sed quòd ipsummet donum gratiæ habitualis sufficit ad hoc vt homo se præparet: & sic ipsa gratia habitualis præcederet præparatione, idest, actum contritionis: subdit S. Tho. sed oportet præsupponi aliquod auxiliū gratuitū Dei interiùs animam mouentis, siue inspirantis bonum propositum, idest, actum dispositionis. Ecce vbi B
apud S. Thom. constantissimum est, ad contritionem non prærequiri gratiam habitualem, sed auxilium. Et sic contritionem nō esse effectiuè ab habitu gratiæ, sed ab auxilio. Vnde cum. 1. 2. q. 113. ar. 8. in corp. & ad. 2. dicit gratiæ infusionem esse primam in iustificatione, dici debet, per gratiæ infusionem non intelligi à S. Thom. productionem habitus, sed motionem per auxilium: alioqui S. Thom. pu-
Quartus. gnaret secum. Licèt aliter hunc locū S. Thomæ intellexit Sot. 2. de natura & gratia. c. 8. paulò antè finem: cuius intelligentiā permulti sequūtur. Præter allegata loca est etiam alius eiusdem S. Tho. 2. 2. q. 24. art. 3. ad. 1. qui huic parti fauet, si attentè legatur. C

Alij authores pro hac sententia. AEgidius in. 2. d. 28. q. 1. art. 3. eā expressissimè tenet. Nā sic loquitur: Non possumus nos sufficienter præparare ad gratiam, quæ est quoddā bonum habituale, sine gratia præcedente, quæ est diuina motio, vel diuina vocatio. Et paulò ante: Ergo ad infusionem, inquit, gratiæ primò præcedit diuina vocatio, postea sequitur liberi arbitrij ad Deum cōuersio, & postea gratiæ infusio. Et infra: Gratia, quæ est diuina motio, prænenit liberum arbitrium, & sequitur gratia, quæ est doni habitualis infusio. Hæc AEgidius. Ad idem sunt pleraque alia eiusdem verba, lib. 2. d. 5. q. 2. ar. 2. vbi differens, An Angeli indiguerint gratia, se vt in Deum conuerterent, non semel aut bis ter ve, sed centies & millies.

A lies repetit,talem conuerſionem diſpoſitiuam, qua ſe ad gratiã vltimò diſpoſuerũt, à gratia auxilij ſeu à diuina motione proceſsiſſe, & omnino fuiſſe priorem gratia habitua li. Duran.in.4.diſt.17.q.1.num.8.idem intendit,nam ſæpè dicit, cõtritionem ordine naturæ antecedere gratiam, & nunquam dicit ex ea ſequi.Et.q.2.num.7.ad 1.argum. idem rurſus inſinuat.Capreolus in 4.d.14.q.2.art.3.ad 1. Henrici. quodlib.5.q.23.dicit ſic:Non oportet quòd diſpoſitio poſitiua ad gratiam,ſcilicet, deteſtatio peccati & appetitus iuſtitiæ procedat à gratia gratum faciente, ſed à motione auxilij.Et ad idem refert S.Thomam multis in locis,& Bernardum de Gannaco in impugnatione prædicti
B quodlibeti Henrici.Idem tenet Gab.in.4.d.14.q.1. art.2. ſed & Scotus in.4.eadem diſtinctione.q.2.ar.1.& 2.Ricar. 4.d.17.ar.1.q.7. ait,Si concedamus contritionẽ effectiuè procedere à gratia,rectè ſequitur, mereri nos remiſsionẽ culpę. Palude & omnes antiqui idem aſſerunt. Et ex modernis Vega lib.6.ſuper.6.Seſsio.Concil.Trid.c.28.ex mẽte Scoti.Et c.29.idem repetit,& apertiùs.c.35. cenſet Fatemur dilectionem Dei ſuper omnia non eſſe ſine charitate, ſed charitatem infuſam præcedere hanc dilectionem (loquitur de dilectione quæ eſt vltima diſpoſitio)hoc negamus.Et mox: Scio hoc vltimum nobiles authores de cõtritione defendiſſe(quod ſcilicèt, ab habitu gratiæ & charitatis eliciatur)Mihi tamen, vt cum venia eorum dixerim,
C ininteligibile apparet dari à Deo charitatem propter dilectionem & contritionẽ,& tamẽ charitatẽ eſſe dilectionis cauſam, & ex conſequenti ipſis priorẽ.Et opuſc.de iuſtifi. de hoc latiùs. Et de doctoribus ſatis,vt exiſtimo,dictũ eſt.

XV. *Probationes concluſ.*

PRobatur nunc à me paucis, (licèt multis probare eſſet facile.) Primò quidem, quia ſatis eſt conformis modo loquendi Concilij Trident.Seſsio.6.cap.5.& can.3.& 4. aſſerentis, per internam Spiritus ſancti illuminationem, per gratiam pręuenientem, per inſpirationem pręuenientem Spiritus ſancti & eius adiutorium, per excitationem & motionẽ Dei ſe hominem præparare atq; diſponere ad iuſtificationem.Illis autẽ verbis planè Concilium ſignificare

non solet donum gratiæ habitualis aut habitum charitatis, A
sed solùm auxiliũ. Eo ergo auxilio se homo vltimo præpa
rat atque disponit. Vtque habet idem Concil. cap. 7. hanc
dispositionem seu præparationem iustificatio ipsa conse-
quitur, &c. Fit itaque quòd iustificatio nulla ratione ante-
cedit dispositionem; & sic neq; gratia præcedit contritio-
nem, qua disponimur.

Zach. 2. Secundò: Commodum satis est illud Zachariæ, Con-
uertimini ad me & ergo conuertar ad vos. Prior ergo est
conuersio nostri ad Deum per contritionem & dilectio-
nem, quàm Dei ad nos per gratiam & iustificationem.
Ex quo sic deducitur argumentum: Ridiculum esset quòd
Deus diceret alicui, Si tu videris, ergo dabo tibi poten-
tiam visiuam; si ambulaueris, dabo tibi pedes, quibus,
scilicèt, videas & ambules. Sed sanè eandem risus mate- B
riam obijcit qui dicit, Deum exigere à nobis contritio-
nem, vt det gratiam, si contritio elici non potest, nisi à gra
tia. Dici ergo debet, contritionem non elici ab ipsa gra-
tia habituali, sed eam præcedere: ac proinde Deum meri-
tò & iusta de causa prꝫexigere à nobis contritionem & di-
lectionem, ad hoc vt det ipsam gratiam & remitta peccа-
Luc. 7. ta: iuxta illud, Cõuertimini ad me, &c. Et, Dimissa sunt ei
peccata multa, quoniam dilexit multum. Et, Si quis diligit
me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum. Et, Si
Ioan. 14. quis diligit me, pater meus diliget eum, & ad eum venie-
Ioan. mus & mansionem apud eum faciemus. Quasi aperte dice
rer, gratiam habitualem minimè daturum se nobis (per C
hanc enim solam dicitur tota Trinitas ad nos venire & mã
sionem apud nos facere) nisi prius nos ipsum dilexerimus.
Vnde cum de præsenti bis dixisset, Si quis diligit me, de fu-
turo subiecit, Diligetur à patre meo & ego diligam eum,
& Pater meus diliget eum & ad eum veniemus, &c. vt his
futuri temporis verbis insinuaret, priùs nos ipsum debere
diligere, scilicèt, per dilectionẽ & contritionem, qua nos
ad gratiã disponimus, quã ipse diligat nos, cõferendo, scili-
cèt, gratiam gratũ facientem cæteroſq; diuinos habitus.

Obijcitur. Quòd si iam diu sese tibi offert illud S. Ioann. Nõ quòd

nos

A nos priùs dilexerimus eũ, sed quia ipse prior dilexit nos. Et illud Bernar. Epist. 107. Libenter amor Dei nostrum, quem præuenit, sequitur. Et illud quod canit Ecclesia, Tua nos Domine gratia semper præueniat & sequatur. Et Psalm. Misericordia eius præueniet me. Et, Qui mane vigilauerint ad me, inuenient me. Et, In foribus assidentem inueniet, &c. quibus asseritur, Deum nos prius diligere, Deiq; gratiam præuenire nos. Accipe facillimam solutionem (nam te vsque ad aliorum argumentorum solutiones suspensum & anxium detinere nolo.) Dico ergo, priorẽ esse gratiã Dei, quàm sint nostri illi actus: non tamẽ gratiam habitualẽ, sed auxiliũ, vel gratiã præuenientẽ & excitantẽ, qua Deus priùs quã infũdat habitũ vel iustificet, mouet nos ad actus illos.

B Atq; adeò nullo ordine neq; tẽporis neq; naturæ sed neq; rationis, gratia gratũ faciẽs antecedere potest nostros illos actus dispositionis. Hanc explicationẽ iam olim adduxerat AEgidius in. 2. distin. 27. quæst. 1. artic. 4. dub. 1. laterali, & dist. 5. quæst. 2. artic. 2. §. Tenebimus ergo. & alij antiqui: & ex modernis Vega, lib. 6. c. 29. & 35. in solut. ad. 7. obiectionem.

1. Ioan. 4. *Psal.* 58, *Prou.* 8. *Sap.* 6. *Respõdetur* *Quomodo nos prius diligamus Deum quã Deus nos, & ẽ conuerso.*

Tertiò probatur conclusio: Impossibile est, formam operari, quo ad vsque recipiatur in subiecto: esse enim supponitur ad operari: habet autem esse vnaquæq; forma, præsertim si sit accidentalis, qualis est gratia, per hoc quod producitur in subiecto, ergo implicat, formam efficere dispositionem necessariam ad suimet introductionem: alioqui priùs natura efficeret quàm introduceretur: & consequenter priùs natura efficeret, quàm esset. Vnde aut dicendũ est, quòd gratia non efficit contritionem, aut quòd contritio vel dilectio Dei nõ sunt dispositiones ad introductionem gratiæ. Horum secundum dici sine periculo erroris nõ potest, propter Concilium Tridentin. sessio. 6. sæpè, cõtritionem & dilectionẽ dicens esse dispositiones ad iustificationem, quod bene explicat Vega. lib. 6. c. 28. dici ergo debet primũ. Confirmatur, nam etsi gratis daremus, vltimã dispositionem ad aliquam formam, verbigratia, calorem vt

C *Ratio efficax pro nostra conclusione.*

consequi verò ab illa in genere causæ efficientis : at quando vltima dispositio est actio, id omninò fieri repugnat. Quomodo enim actio, quæ procedit à forma, verbi gratia, visio à potentia visiua, poterit in aliquo genere causæ præcedere ipsam formam? cum ergo contritio & dilectio Dei actiones quædam sint, impossibile omnino est, quòd si ex gratia procedunt, disponant ad ipsam gratiam, sintque ea priores. Confirmatur secundò, Quòd lux, cum recipitur in aere, in primo sui esse illuminet parietes, tectum & pauimentum, hoc quidem optimè intelligitur, quoniam verissimum est. Cæterùm ipsa illuminatio, quæ ab illa luce efficitur; sit dispositio ad receptionem ipsius lucis in aere, hoc quidem absurdissimũ dictu est & penitus inintelligibile & incredibile. A B

Quartò: Non apparet: quomodò gratia habitualis sit nobis libera & voluntaria, si priùs nobis infunditur, quàm nos habeamus motum liberi arbitrij, quo ad eam præparemur. Ea quippe ratione quædam aliæ gratiæ præuenientes & excitantes, vt vocatio, illuminatio, &c. non censentur esse nobis voluntariæ, quia nimirum priùs nobis Deus eas exhibet quàm eis nos consensum præbeamus, aut quouis modo nos ad illas præparemus. Ergo vt gratiam habitualem dicamur nos sponte & vltrò suscipere, necessum est vt omninò prius nos ad eam præparemus, eo, scilicèt, præparationis genere, quod ab ipsamet gratia habituali minimè proficiscatur, sed ab auxilio speciali. Nam si præparatio procedit ab ea gratia, iam gratia absq; consensu nostro nobis infusa præintelligitur. Porrò qui vim harum argumentationum non videt, accuset tarditatem suam, vel potiùs cæcitatem, qua ignorantissime laborat. Nam vniuersa scriptura atque concilia & Doctores ecclesiæ cõsensum nostrum & cooperationem nostram liberam exigunt à nobis, quibus idonei efficiamur gratiæ suscipiendæ. Et quamuis talis noster cõsensus ac libera cooperatio sine diuina gratia haberi non possit, nempe sine gratia auxilij præuenientis & excitantis: at cum illum cõsensum præexigat Deus, ad hoc vt conferat gratiam habitualem, dici debet C

quod

A quod talis consensus ab ipsa habituali gratia minimè profi
ciscatur.

Quintò tandem de naturalibus tantisper Philosophemur: In his sanè vltima dispositio ad formam producit effectiuè formam tanquàm instrumentum generantis, (imò sunt qui dicant, etiam cõtritionem effectiuè attingere gratiam) ergo nõ potest dispositio effectiuè esse à forma: alioqui in eodem genere causæ efficientis, sibi alterius essent causæ, quod implicatorium est. Confirmatur fortissimè: quia toto tempore, quo est vltima dispositio ad formam ignis, non est forma ignis, in via Thomistarum: asserunt enim resolutionem omnium accidentium fieri in genera-

B tione rei vsque ad materiam primam. Rursus, cùm primò est forma ignis, non est vltima illa dispositio, sed fuit toto tempore præcedenti. Qua ergo ratione hæc dispositio fiet ab ipsa forma, cũ forma tũc non sit? Sed dicũt, calorẽ qui est vltima dispositio ad ignem, nõ esse illum qui præcedit, sed alium, qui simul tempore cum forma ignis aduenit: & hic, inquiunt, sequitur ex forma ignis in genere causæ effi
ciẽtis, præcedit verò eam in genere causæ materialis. Hoc mihi vt & alijs arridebat olim. Verùm re maturiùs considerata, non video, quomodo calor, qui simul cum forma ignis producitur, quiq; est eius proprietas & affectio fluẽs ex principijs essentialibus ignis, & ex vi vnionis formæ

C cum materia, disponat ad ipsam vnionem, & præcedat eam in aliquo genere causæ. Est quidem calor iste dispositio concomitans formam ignis, necessariusq; ad eius in materia cõseruationem, non verò ad introductionem, magis quàm anima requirit potentias animales ad sui vnionem cum materia, quamuis ad conseruationem requirat. Dicunt & quidem subtiliter ex D. Tho. 1. p. q. 76, ar. 6. ad. 1. & de Spirit. creat. ar. 3. ad. 20. & q. de Anim. ar. 9. formam substãtialem. v. g. formam hominis præhabere in se diuersos gradus, scilicet, entis, corporei, vegetatiui, sensitiui. &c. quos communicat materiæ in eodem instanti temporis, quo ei vnitur. Et quidem ad formam secundùm. 1. aut. 2. gradũ, non opus est dispositione ex parte materiæ: nã ma-

In naturalibus vltima dispositio non est à forma.

Fuga aduersariorum.

Refutãtur.

Calor qui simul cũ igne producitur non est dispositio ad ignem: Alia fuga subtilior.

teria seipsa satis est dispositaad illos gradus: & sic dixit S. Tho. 1.p.q.76.ar.6.formã immediatè vniri materiæ. At verò ad vlteriores & perfectiores gradus requiruntur dispositiones, & istæ procedunt à forma secundùm priores eius gradus, in genere causæ efficientis & formalis: & præcedunt eam secundùm alios, in genere causæ materialis: vt verè dixerit D. Thom. 2. contra gent. c. 71, omnem formam vniri materiæ dispositæ. A

Refutatur hæc philosophia duplici ter.

Cæterùm hæc licèt subtiliter dicta sint, adhuc imposibile est quòd in genere causæ materialis præcedat res suam causam efficiétem: nam licèt dispositio præcedat formam secundum vlteriorem gradum in genere causæ materialis, quia ad illam disponit: at non sequitur ex illa secundum illum gradum tanquàm ex causa efficienti, sed secundum aliũ priorem. Rursus licèt sequatur ex illo priori gradu in genere causæ efficientis, at non præcedit illum in genere causę materialis, sed alium: quia illum primum iam præsupponit vnitũ materiæ, & sic ad eius vnionem non disponit. B

Secũdò, & est notan.

Sed presiùs adhuc philosophemur. Certè forma ignis. v. g. non habet vt sit principium caloris secundum priores & superiores illos gradus essendi & corporei, sed secundum gradum ignis: ac proinde talis calor non solum præsupponit formam vnitã materiæ secũdum illos gradus, sed etiam secundum gradũ ignis: & consequenter sicut nõ disponit ad illos priores, ita nec ad gradũ ignis: & sic nequit fieri, ꝙ aliqua res disponat ad ꝓductionẽ suæ causę efficiẽtis. De quo leg. Arist. 12. met. 16. & Aug. lib. de Immort. ani. c. 3. C

Quis calor dicat vlti. disp. ad ignem.

Quòd si percõteris, Quis calor disponit ad introductionem formæ ignis in materia? Dico, calorem alterum, qui tempore præcesit formam ignis, Dices: Si calor iste nõ est in illo instanti temporis, quomodò est vltima dispositio ad ignẽ? Dico, sat est, quòd fuerit toto tempore præcedẽti, ita vt primũ esse ignis sit primũ non esse illius caloris: & huius

Obiectio.

suppetunt vulgò exempla in naturalibus. Sed adhuc cõtendis, dispositionẽ illã non esse vltimam eò quòd non est calor vt octo, vel in summo, siquidem tantus calor non da

Solutio.

tur nisi vbi est ignis, ignis autem tunc nondum est. Dico,

adhuc

A adhuc ille calor est vltima dispositio ad ignem: nam licèt non sit summus, tamẽ citra summum est maximus, ac proinde est tantus, vt non possit dari maior quin sit ignis.

XVI. *Argu. resp.*

ARgumẽtis initio factis respondemus. Primæ obiectioni, qua tangitur punctum longè difficillimũ, quidam dicunt, verum esse, quòd contritio expellit effectiuè peccatum: verùm id facit in quantùm ipsa procedit à gratia, vnde non sequitur, quòd antecedenter ad gratiam sint remissa peccata, vt Caiet. 3. par. q. 86. ar. 6. Soto, in. 4. d. 14. q. 3 ar. 6, Ledesma. 4. p. q. 27. ar. 1. &. 6. & alij. Itaque dicunt quòd contritio expellit peccatum in quantùm ipsa procedit à gratia: à gratia inquam, non habituali, vt perperam

Cõtritio an effectiuè remittat peccata.

B intellexit Soto, sed à gratia auxilij specialis. Et quidem quòd contritio vt procedens à gratia habituali, non possit effectiuè remittere peccata, patet, quia omnis forma priùs communicat suum effectum formalem subiecto, quàm aliquid efficiat, vt videre licet in calore, qui priùs informat aquam, quàm illa calefaciat rem aliam, & lux priùs recipitur in aere & facit illum lucidum, quam illuminet domum. Ergo similiter gratia habitualis priùs dat suum effectũ formalẽ, qui est remittere peccatũ, & facere subiectũ, iustum bonum & gratum Deo, quàm efficienter aliquid agat, vt verissimè dixit Ægidius in. 2. d. 26. q. 1. art. 3. in solutione ad. 4. Quare si gratia agit effectiuè cõtritionem,

C iam præintelligitur ordine rationis expulsum peccatum, quia ille est suus effectus formalis: & cõsequenter ipsa contritio non poterit illud efficiẽter pellere, quandoquidem in instanti naturæ, quo ipsa contritio intelligitur esse, iam intelligitur pulsum peccatum. Ex quo fit, quòd si contritio debet effectiuè pellere peccatum, vt vult S. Thom. id debet efficere in quantùm procedit à gratia auxilij specialis, & antecedit gratiam habitualem.

Sed tunc procedit primum argumentum: nam si antecedenter ad gratiam habitualem contritio remittit peccatum, iam ergo antecedenter ad gratiam habitualem remittuntur peccata, & sic non erit remissio peccati effectus illius gratiæ. Propter hoc argumentum omnino dicendum

Obijcitur adhuc.

Soluitur.

est, quòd contritio non expellit effectiuè peccata, sed neq; A
formaliter, vt videtur concedere Sot. 2. de Nat. & grat. c.
18. prope finem: sed solùm dispositiuè & in genere causæ
materialis, eo modo, quo causat ipsam gratiam. Itaq; causat
gratiam & remissionem peccati disponendo ad vtramq;
& ideo vtrique præsupponitur: quæ est nostra sententia.

Replicatur Quod verò obijcitur ex S. Tho. 3. p. q. 85. ar. 2. ad. 3. vbi ait,
contritionem effectiuè expellere peccata, alibi explican-

Solutio. dum est, nam varias habet explicationes. Pro nunc verò,
facilior ea est, vt intelligatur de efficientia morali, quæ ad
genus causæ efficientis referri potest. Idque facit disponē-
do ad gratiam, qua formaliter expelluntur peccata. Ac pro
inde non sequitur, quòd ante infusionem gratiæ præintel
ligantur remissa peccata per contritionem.

Sed explicatiùs adhuc nodum hunc dissoluamus, ipsum B

Instatur ad huc. priùs hac obiectione pressiùs firmātes & implicantes. Nā
obijcitur: Cōtritio inuoluit dilectionem Dei super omnia
imo præsupponit eam, eò quòd ab illa causatur, vt habet
D. Tho. 1. 2. q. 113. ar. 2. ad. 2. & ar. 8. latiùs & 3. p. q. 85. ar. 5.
& 6. ergo supponuntur peccata remissa, & homo cōstitu-
tus in gratia, alioqui (vt dicitur in confirmatione) dilectio

Cōtritio an procedat ab homine iusto vel peccatore. & contritio procederent ab homine peccatore. Respōde
tur, ℣ secundùm rem non procedūt nisi ab homine iusto,
quandoquidem in illo instanti temporis iam habet homo
gratiam: cæterùm ordine naturæ, & rationis non est incō
modum ℣ nondum intelligantur actus illi dilectionis &
cōtritionis procedere ab homine iusto: quia cū rectitudo C
illorū actuum in illo priori sit facilè transiens & per mo
dum actus secundi, obliquitas autē peccati sit per modum
habitus & per modum actus primi in voluntate, non oppo
nuntur istæ duæ formæ, atque ideò in illo priori nondum
intelligitur ille homo vt iustus & amicus Dei per modum
actus primi & simpliciter: nisi tantùm per modū actus se-
cundi & imperfectè. Ad hoc etiam propositum plurimum
facit sequentis argumenti solutio.

* * Id tamē priùsquā soluam, scito, nouiores quosdā Theo-

Opinio re- logos, ne dicam nouatores, eam nuper excogitasse doctri-

nam,

A nam, vt dicant, contritionem dilectionem ve (de qua in præsentiarum est sermo) peccatū mortale formaliter pellere, sicut lucem tenebras. Tùm quia præcipua nostri sanctitas atque iustitia in actibus potiùs quàm in habitibus sita esse videtur: perfectiusque per actum, præsertim amoris & pœnitentiæ, quàm per meros habitus Deo videmur adhærescere, vt per visionem beatam meliùs quàm per lumen gloriæ, & quàm per charitatem & gratiam: tùm verò quia talis actus, forma quędam est supernaturalis non minùs quàm gratia, & non minùs potens ad conuertendam & reuocandā animam ad Deum, quàm fuerat peccatum ad auertēdam & dissociandam. Hæc ergo auersio formali
B ter excluditur per illam conuersionem.

cens, quòd cōtritio formaliter pellat peccatū.

Nihilosecius, quia Concilium Trid. nullibi tales actus non vocat dispositiones ad iustificationem & remissionē peccatorum, sess. 6. c. 6. & 7. & can. 3. & sess. 14. c. 4. itaq; iustificatio & offensæ cōdonatio actus illos consequūtur: ic circò nostræ sentētiæ insistentes, hoc iuniorū dogma repellendum ducimus, & dicendum, ipsam gratiam, ipsam iustitiam inhærētem, esse formalē huius remissionis causam; & hæc est vetusta atq; adeò vera Theologia, hæc plana ac secura Concilij propugnādi ratio, hæc, quam ex proposito differerem, sententia, nisi ab hoc me onere leuaret his diebus P. Franciscus Suarez, vir immortalitate pla-
C nè dignus, propter præclarissimas lucubrationes suas, quibus & Theologiam illustrat, & scholam docet, & alijs hoc tempore libros edentibus magno est vsui & emolumēto: & Societati denique Iesu summæ est laudi & ornamēto, si tamen familiæ tàm laudatæ, & de Christi Ecclesia tàm bene meritæ aliqua laudis accessio fieri posse videatur. Manus itaque conserit cum prędictis recentioribus in hac parte, & post longam cum illis glorioſè initam pugnam, planè vincit, super. 3. p. q. 1. ar. 2. disput. 4. sectione. 8. Ibi huius causæ argumenta proponit, explicat, soluit. Eo lector recurrat: nam ego, qui aliorum furta & plagia impatientiſſimè fero, non debui huius doctissimi patris, aut aliorum, scripta surripere, & meis studijs incorporare.]

P. Fran. Suarez laudatur.

XVII. Quomodo Deus diligat eũ qui habet cõtritionem.

AD secũdum ergo respondetur: admitto illum actum esse dilectionis Dei super omnia & quod homo ille Deum diligit. Et cum obijcis, ergo & diligit eum Deus, ergo & in illo priori habet gratiam, quæ faciat eum obiectum diuinæ dilectionis, & respondetur, quòd in illo priori illum hominem diligit similiter Deus, scilicèt, per modũ actus secundi, & secũdùm quid, ideſt, diligit illum actum, non verò hominem, quoniam tunc homo nõ intelligitur extra peccatum per modum actus primi: & ideò non oportet quòd in illo priori intelligatur, vt habẽs gratiam. Sed instas: Ille est actus charitatis atq; eiusdem speciei cum cæteris charitatis actibus, est ergo actus amicitiæ mutuæ. Non ergo stat intelligere illũ hominem, vt diligẽtem Deum, sine eo quod etiam Deus illum diligat. Respondetur, concedo, Deum illum diligere eo modo quo ipse Deum. Ipse autem non diligit Deum in illo priori perfectè, nec intelligitur adhoc vt perfectus eius amicus, nisi tantùm secundùm quid, ideſt, in actu secundo. Sic ergo Deus diligit illũ per modum actus secũdi, ideſt, diligit illum actum, & non hominem. Ad id verò quod amplius petebatur in argumẽto, dico, actum quidem illum meritorium esse gloriæ, non tamen ideò quia elicitur à gratia aut charitate: sed quia elicitur ab auxilio Dei, & informatur gratia in esse meriti, vt ex Francisc. de Christ. dist. 23. quæstio. 13. vidimus suprà. Cum enim, vt sæpè dictum est, pro illo instanti temporis iam sit homo ille in gratia: & ex alia parte, actus ille elicitur à principio supernaturali, scilicet ab auxilio, non est negãdum quòd sit meritorius, quod negant quidam vt supra. §. 1. Neque verò oportet, vt omnis actus meritorius à gratia & charitate procedat, quod Canum fefellit de Pœnit. p. 1. vt suprà. Neque tandem quatuor illos modos referendi aliquem actum meritorium sequi oportet, quos posuit Viguerius, Inst. Theol. c. 9. §. 3. vers. 4. Quòd si S. Tho. 1. p. q. 62. art. 4. ad. 2. & 12. q. 114. ar. 4. & 2. 2. q. 2. artic. 9. & in 2. Sentent. distin. 28. & 40. & vbique locorum, exigit ad actum meritorium, quòd sit à gratia & charitate, hoc iam explanatum relinquitur suprà. §. 8.

Replica.

Solutio.

Pete-

A Petebatur etiam in secundo argumento, an ille actus sit eiusdem speciei cum reliquis, qui deinde ab habitibus proficiscuntur. Respondetur affirmatiuè, quia in idem obiectum formale, & sub eadem ratione formali tendunt. Quod verò isti ab habitu, & ille à potentia cum auxilio eliciantur, speciem non mutat: nam similiter in habitibus acquisitis actus elicitus ab habitu temperantiæ eiusdem speciei est cum eo, quem sola potentia, in principio acquisitionis habitus, elicuit. Si enim eiusdem speciei non esset, certè ex illo alijsque eiusmodi, habitus vnius speciei generari non posset: licèt negari non debeat, actum ab habitu simul cum potentia profectum, perfectiorem esse. Et sic B actus dilectionis, qui deinde à charitate elicitur, perfectior est actu illo dilectionis, qui est dispositio, & à solo auxilio producitur & non à charitate.

Prima dilectio, & contritio sunt eiusdem speciei cũ alijs quæ deinde eliciuntur.

Ad confirmationes respondetur, & in primis ad 2. patet ex dictis. §. 15. ante 3. probationẽ. Ad primã verò respondẽt quidã, iam præintelligi potentiã, vt constitutã in actu primo, cum elicit illum actum, scilicèt, permodũ trãseuntis. Et ad cõstitutionẽ dicũt, satis est auxiliũ. Sed nulla ratione celebris hęc difficultas est à nobis omittẽda, aut alio remittenda: nã tertium, quod soluendum restat argumẽtum, ab soluto hoc dubio, ad calcẽ totius quæstionis refutabitur.

D V B. 2. An potentia siue habitu possit elicere actum supernaturalem, & quomodò, per solum auxilium.

C BReuiter me expediã àre nec breui nec facili. Thomistę Capr. 4. dist. 49. ad fi. Soto, ibi. q. 2. art. 4. Ferrar. 3. cõt. Gent. c. 54. Caie. 1. p. q. 12. ar. 5. quibus ipse D. Tho. patrocinari videtur, censent, ad hoc vt homo eliciat actum dilectionis vel visionis beatificæ vel fidei, &c. adeò esse necessarium, vt potentia sit constituta in actu primo per habitum, vt oppositum de potẽtia Dei absoluta fieri nequeat. Probatur. 1. Respectu illarum operationum habet se voluntas vel intellectus vt causa principalis, ergo necesse est vt operetur per virtutem intrinsecam, per quam sit constituta in actu primo. Sed ad id auxilium, cum nõ inhæreat, nõ sufficit. Patet, quia illud auxilium & motionem etiam habent

XVIII. An volũtas sine habitu possit elicere actum supernaturalem, &c. Argum. 1. quod nõ posit.

habēt instrumēta, & tamē per hoc nō sunt causæ principales. Rursus. 2. arg. actus eiusdē speciei nō potest elici nisi à causa, quæ, vel formaliter vel eminenter, sit eiusdē speciei, idest, cōtineat in se totā illā perfectionē specificā, quā debet transfundere in effectum. Sed voluntas, secluso habitu charitatis, non habet in se, aut formaliter aut virtualiter illam entitatem vel perfectionem supernaturalem, quam debet trāsfundere in actum dilectionis Dei super omnia: ergo talem actum non poterit elicere voluntas, si præscinditur habitus. Nam dicere, quòd auxilium dat voluntati vt cō tineat in se supernaturalitatem illius actus, penitùs est falsum. Tum quia ipsi auxilio debet præintelligi causa, si verè causa est: & consequenter ante auxilium debet præhabere in se perfectionem sui actus vel effectus; tum quia illud auxilium, cum non inhæreat, non potest dare voluntati vt sit causa, si ipsa aliàs non sit causa. A B

Primus modus dicendi in hoc dubio refutatur.

Sunt qui dicant, Voluntatem ipsam suapte natura esse constitutam in actu primo respectu illius dilectionis: & ab auxilio non recipere nisi complementum quoddā ad exercitium operationis. Iste tamen modus refutatur, quia vt dixi, causa præhabere debet in se totam perfectionem, quam debet transfundere in effectum: at voluntas de se non continet perfectionem actus supernaturalis, cum ipsa sit de genere naturalium, atq; adeò inferioris ordinis, ergo.

2. *Modus.*

Alij dicunt, Voluntatem constitui in actu primo per modū quēdam se habendi ipsius voluntatis, quem acquirit ex vi & efficacia diuini auxilij. C

Refutatur.

Veruntamen, vel iste modus est naturalis, & tunc non erit potens dare voluntati facultatem ad actum supernaturalē: Vel est supernaturalis, & tūc erit realitas aliqua distincta à voluntate, & superaddita, quod ipsi negant, & meritò, vt iam probo.

3. *Modus.*

Vnde. 3. dicunt alij, hoc quod superadditur voluntati esse qualitatem & realitatem supernaturalem, distinctam à voluntate, quæ tamen non habet rationem habitus, sed dispositionis transeuntis.

Refutatur.

At facilè & hoc refutatur, nam postquā ista est verè qualitas recepta in voluntate, inintelligibile est quòd non sit charitas, cùm inclinet in idem obiectum formale, & sit principium

A pium actus caritatis eiusdem speciei. Sicut calor ignis & aquæ, & lumen Solis & stellarum, sunt eiusdem speciei. Alij. 4. dicunt, hoc quod superadditur voluntati non esse qualitatem, sed motionem quandam seu vsum passiuum, quo voluntas mouetur à Deo ad illum actum. Reijcitur hoc, nam per motionem istam nunquam dicitur agens constitui in actu primo: nam instrumenta similem motionem passiuam habent, qua mouẽtur à principali agẽti, & tamen per hoc non constituuntur in esse causæ. *4. Modus: Refutatur.*

XIX. Resolutio. Quòd potest voluntas sine habitu, &c.

EST conclusio: Potest volũtas creata producere actum dilectionis Dei super omnia sine habitu charitatis. Patet, quia de facto ante instans iustificationis elicit actum
B attritionis, timoris seruilis, & alios, qui re vera sunt supernaturales: & tamen non elicit eos mediante habitu supernaturali, sed solo auxilio, vt de se patet. Rursus, de facto voluntas habens charitatem remissam, elicit sæpenumerò dilectionem intensam: alioqui nunquam charitas augeretur in hac vita, in via S. Tho. At ille excessus non videtur, ꝙ ab habitu proueniat, sed à potentia cum auxilio: iam ergo voluntas nostra potens est in aliquid, respectu cuius non est constituta in actu primo per habitum. Tertiò: quia si tota causalitas & actiuitas prouenit ab habitu, iã voluntas sic se haberet ad diligendum Deum, sicut se habet aqua ad calefaciendum, suscepto calore, quod falsum est: nam volun
C tas intrinsecè est potentia volitiua & productiua amoris & dilectionis. Tametsi autem aliquando, propter excellentiam obiecti, ipsa de se non sit satis proportionata ad eliciendum actum perfectum, non ideò tollitur quin sit causa: &, si iuuetur speciali Dei auxilio, possit, sine aliquo superaddito, perfectè ferri in bonum illud. Item Deus nõ potest producere istum actũ dilectionis, nisi per volũtatem nostrã: signũ ergo est, ꝙ volũtas, ꝓpria virtute cõcurrit ad talẽ effectũ, tãquã causa, iuxta id ꝙ statim dicã. Alioqui ita posset, mediãte aqua vel lapide, ꝓduci dilectio, si voluntas nõ habet aliquẽ cõcursum ex proprijs, quẽ non habet aqua. *Nota hanc rationem. Alia ratio efficax ad idem.*

Ad primũ ergo dico, antecedenter ad habitũ, vel auxilium, iam volũtatem ex proprijs quodammodò continere *Argumen. resp.*

(prout

(prout statim fusiùs explicabo) totam illã perfectionem, quam debet in supernaturalem actum transfundere: at nõ continet eam perfectè, sed radicaliter & inchoatiuè: in quantum est radix & principium diligendi, vt dicam. Ideò enim aqua non est de se causa caloris, quia neque radicaliter, neque imperfectè eum continet, &c. A

XX. *Examinatur quid sit id quod voluntas habet ex proprijs ad actum supernaturalem.*

** VEruntamẽ iniquum est rem tam difficilem & hisce temporibus celebrẽ tam tenui calamo perstringere. Quarè existimo in primis, antecedenter ad habitũ vel auxilũ, id quod ex parte volũtatis præsupponitur, nõ esse prorsùs virtutem aliquam actiuã proximam, totalem vel partialem, principalem aut instrumẽtalem, in ordine ad actũ supernaturalem, quà supernaturalis est. Sed existimo esse quandam coaptationem essentialem, quæ non reperitur in aqua aut lapide ad prædictum actum vitalem supernaturalem, reperitur tamen in voluntate: quoniam talis coaptatio est verè potentia actiua voluntatis, incompleta tamen & radicalis, ad talem actũ. Ad talem, inquam, actũ, non tantùm suscipiendum, sed eliciendum, cùm sit potestas actiua. Neq; tamen inde fit, voluntatẽ, respectu huius actus, vel dilectionis supernaturalis, importare duas habitudines, vnã ad eliciendum, alteram ad recipiẽdum talem actum, vnam actiuam, alteram passiuam. Quoniam enim voluntas ex se non vtcumque importat habitudinem potentiæ actiuæ, sed actiuæ immanenter, fit quòd non respiciat actum illum præcisè vt eliciendum, sed simul vt eliciendum & recipiẽdum immanenter in ipsa. Secus est de habitudine eiusdẽ volũtatis respectu habitus charitatis: hæ enim duæ sunt habitudines, vt cõstat, quoniã & earũ termini formales duo sunt compleri atq; totales. De quo aliàs. B C

Ad rem itaque, dico, hanc virtutem seu efficacitatem aut actiuitatem, requisitam ad actum supernaturalem, nõ esse duplicem totaliter vel partialiter, principaliter vel instrumentaliter: alteram quæ sit in voluntate, & alteram quæ in habitu charitatis vel auxilio, sed esse vnam perfectã & integram constantem ex illa imperfecta, incompleta, inchoata, & radicali, quæ se tenet ex parte voluntatis; & ex

efficã-

A efficacia seu quantitate virtutis proueniente ab habitu supernaturali, vel auxilio. Itaque habitus vel auxilium perficit eleuatque illam incompletam virtutem voluntatis, nõ per eleuationem, quæ conuenit instrumentis diuinis, hæc enim potest indifferenter cõuenire cuilibet enti: nam eodem modo posset eleuari lapis vel lignum ad producendũ gratiam, sicut aqua baptismi: sed per eleuationem qua eleuatur res circa suum proprium obiectum excellens & eleuatum. Rursus hæc eleuatio siue perfectio non est qualis cum calor remissus augetur & perficitur intrinsecè per intensiorem calorem, nec qualis cum vna causa partialis adiuuatur ab alia eiusdem ordinis, nec qualis cum causa secũda mouetur à prima: sed fortasse, qualis cum per appositionem nouæ formæ, virtus diaphani perficitur per lumen su
B peraddutũ, ab illo enim accipit complementum suæ virtutis incompletæ, hoc est, *illius coaptationis essentialis*, quę est in aëre ad illuminãdum, magis quàm in lapide. Tangit S. Tho. 3. Contra gent. cap. 53. ratione. 4. Et licèt hæc coaptatio siue aëris ad illuminandum, siue voluntatis ad agendum supernaturaliter sit ex se valde aliena à talibus actionibus, satis tamen est quòd virtus proxima & efficax, scilicèt, lumen vel charitas, sint conformes & proportionatæ illis actionibus.

Quid sit id quod voluntas acquirit per hanc eleuationẽ aut perfectionẽ.

Cæterùm, vtrùm hæc virtus radicalis & incompleta voluntatis, actiua tamen, debeat dici naturalis an supernaturalis, an verò obedientialis, in litem vocari posset. Dico
C tamen primùm, non dici radicalem, qualis est in essentia respectu proprietatum & passionum, ita vt ex ea fluat virtus supernaturalis; sed dici radicalem, hoc est, remotam, inchoatam, incompletam, &c. Rursus non video, cur non possit dici potentia obedientialis actiua, ad eliciendum talem actum supernaturalem, sicut dicitur etiam obedientialis passiua ad talem actum suscipiendum. De hoc tamen alibi latiùs. Sed & qui diceret, hanc potentiam radicalem & incompletam voluntatis respectu actus supernaturalis, esse naturalem, nihil diceret improbabile, quia nil aliud esse videtur, quam prædicta coaptatio essentialis ipsius voluntatis

Hæc virtus propria voluntatis, radicalis, an sit obedientialis vel naturalis &c.

luntatis ad talem actum. Dices, si naturalis est, cur non reducitur in actū ab agēte naturali? Dico, esse valde remotā & incompletam atq; imperfectam, & ideò indigere superiori agente, quàm sint agentia naturalia, vt perficiatur. Præterquàm quòd omnis potentia ad hoc vt ad actum reducatur, debet priùs fieri completa in ratione potentiæ, quod hîc non est possibile per agens naturale fieri. Et si placet, sistamus tantisper hîc, vt gradum ad alia, post modicum, possimus facere.] A

XXI. *Exemplum de aere ingrediente, & apertione fenestræ refutatur.*

AD. 3. argum. initio positum, dico, apertio fenestræ ab aere quidē procedit in genere causæ efficientis, tamē non præcedit ipsum in genere causæ materialis, siquidem, vt patet, non disponit ad ipsum. At ad ipsum aeris ingressum, qui habet se veluti forma producta per actionem aeris, sic apertio quidem disponit præceditque ipsum in genere causę materialis, cęterùm non efficitur ab ipso ingressu, ideſt, non procedit ab eo in genere causæ efficientis, sed formalis. In genere verò causæ formalis & materialis nihil inconuenit vnam rem esse priorē & posteriorē alia. Quod exēplis probant Aegid. 2. d. 28. q. 2. ar. 1. ad 3. Alex. 3. p. q. 70. memb. 6. Itaque hoc exemplum de aere, quia leue est & leue, non secus ac ipse aer. Licet magnum pondus habere, dicat Sot. 4. d. 14. q. 2. art. 6. & lib. 2. de nat. & grat. c. 18. prop. 3. Aliud exemplum nihilo deseruit, siquidē actio non est causa efficiens rei. Vltimum verò satis explicatum arbitror in superioribus. B C

QVAE-

A

QVAESTIO SECVNDA EXPOSITIVA de literali illorum versuum intellectu ex Psalm. 67.

B *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.*
Rex virtutum dilecti dilecti, & speciei domus diuidere spolia.
Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri.

SVMMARIVM.

§. 1. QVòd nũc temporis summè curãdum est de sensu literali sacræ scripturæ, ex *Aug.* & Patribus.

§. 2. *Tria argumenta in oppositum. Soluuntur. Loca citata in nouo test. non citantur semper ad literam ex veteri.*

C §. 3. *Explicatur materia totius Psalmi, & commendatur.*

§. 4. *Quid hìc sit, euangelizantibus, & quòd sit vox fœminina, Hebraicè & Latinè, hìc.*

§. 5. *Virtute multa, quid sit. Et quòd monialium cœnobia erant in vet. test.*

§. 6. *Dilecti dilecti variè accipitur. Et species domus sunt mulieres illæ sanctimoniales.*

§. 7. *Cleri hìc sunt lebetes, ollæ, &c. Ostenditur latè per candorem & per nigredinem intelligi prosperum & aduersum: faustum & infestum. θ theta, litera mortifera.*

§. 8. *Cleri pro sortibus. Pro terminis & confinijs regnorum. Pro ordinibus & aciebus militiæ.*

§. 9. *Columba Syris sacra, & quare. Alijs nationibus suæ aues sa-*

cræ. Christianis asinus, dicebant Ethnici. A
§.10. Prosequutio & absolutio eorundem, &.11.



NA est trium horum versuum intelligentia, & vniuscuiusque sensus atque constructio ab alterius sensu vicissim pendet. Hac de causa simul eos oportuit proponere, simul exponere, si vnius eorum inuestiganda erat interpretatio.

I. *Quòd sensus literalis prima est habēda ratio.*

OPportunū autem mihi videtur, ne dicā necessariū, animaduertere id quod à plerisq; nostra tēpestate malè intellectum, ad sanctarū scripturarū expositionem præcludit viam. Sunt enim qui in veteris testamēti voluminibus, B præsertim in psalmis, nullas audent interpretationes adducere, neq; ab alijs adductas approbare, si nouum aliquid, quod à sanctis patribus acceptum non fuerit, prę ferre videantur. Ego verò cum Caietano, præfatione in Pentat. veneratus in primis & sanctos patres & eorū studia & sanctissimas expositiones, minimè formidabo, prę sentia Dauidis carmina, noua aliqua adhibita interpretatione, declarare.

Animaduertendū autem est, in scholis potissimè, in quibus nunc agimus, & in quibus de fide & religione disputationes instituūtur, perquā necessariū esse omne studiū & diligentiā impendere in sensu historico siue literali tradēdo. Si enim à simplici & ab vsitata verborum interpretatio C ne, & ab sensu historico, quē primò voces faciunt, sermo ad arcanas illas mysticasq; sententias traducatur, nulla ferè vis reliqua est sacræ scripturę ad veritates fidei deducēdas, aut ad refutādos errores, vel ad alias scholasticas disputationes pertractādas. Hæc planè est sentētia D. Dionysij, dicentis, Theologiā Symbolicā non esse argumentatiuā. Et Aug. in epist. ad Vincentiū Donatistā, quæ est. 48. Et Hieron. Matth. 13. Parabolæ & dubia ænigmatū intelligentia non possunt ad autoritatē dogmatum proficere. Quod ex scholasticis tractat Castro lib. 1. de hæresib. c. 3. & tāgit Durand. in. 2. d. 6. q. 1. n. 4. Alia est etiam ratio, ob quam de historico sensu multùm curandū est, quia iste sensus fundamen-

A mentū est planè totius spiritualis ædificij. Gregor. homil. 40. in Euang. In verbis, inquit, scripturæ priùs est seruanda veritas historiæ, & pòst requirenda spiritualis intelligẽtia. Videdus quoq; Augu. lib. 8. super Genes. ad lite. c. 7. tom. 3. de quatuor illis paradisi fluminibus loquens: & lib. 17. de ciuitate. c. 3. tom. 5. de Hierusalẽ nunc terrena, nũc cælesti: & Hierony. libr. 5. super Isai. c. 13. ibi, Et erit Babylon. Spiritualis interpretatio, inquit, sequi debet ordinem historiæ, quod plérique ignorãtes, lymphatico in scripturis versantur errore. Et idem fatetur cum esset iuuenis, & historiam non intelligeret in Abdia, allegoricè scripsisse, affirmatque puduisse sæpius facti. Ita dicit in procemio super *
B Abdiam, ad Pammachium. *Scité modernus quidam, Videas, inquit, plurimos, qui audacter, & quasi ex tripode mysticos sensus proferunt, cum historicum ignorent, ignorareque velint: fortasse, vt, conscientia non reclamante, licentiùs ac securiùs errent. Historia (ait Hierony. super Nahum 3.) stricta est, & euagandi non habet facultatem: tropologia libera, &c.] Quamobrem hodierna disputatione sensum tantùm tractabimus literalem trium illorum versuum, quoniam in scholis agimus, in quibus Dei beneficio ab inueterato Iudæorum errore parum nobis timendum est, asserentium, solam literam sequendam esse in veteri testamento, nullumque sub ea latere spiritum. Nos Catholicè confitentes, spiritum latere sub litera, se-
C curo pede ad literam deueniamus.

OCcurrit tamen hoc loco triplex dubitatio. Prima quidem, quia explicare præsentem Dauidis Psalmum ad literam de Dauide ipso, de gestis eius, de synagoga, de bellis populi Israelitici, & non de rebus altioribus: est sanè Dauidẽ cum Virgilio, aut Homero cõparare, qui res ducũ carminibus celebrant, qui epinicion, qui lætum pœana in Deorum laudem pro victoria personant. Atq; adeò ascensum illum Dei in curribus, de quo in hoc psalmo tàm sæpè fit mẽtio: Iuuẽculas tympanistrias coniũctas psallentibus: fœminas illas magna fortitudine nuntiantes victoriam: Insuper illud de cleris, seu tripodibus nigris, de columba

II. *Triplex argumentum quo impetitur sensus literalis.*

deargẽtata, &c. intelligere velle historicè & literaliter, perabsurdum videtur. Præstat ergo vt in altiori & mystico tantùm sensu interpretentur, vt sensum Spiritu sancto dignũ reddãt.* Hũc sensum D. Hilarius, in proœmio huius Psal. 67. præ alijs Patribus, sic persequitur: Est, inquit, totus hic Psalmus sacramẽtis legis euãgeliorũq; contextus, magnaq; & ex præteritis & ex futuris allegoricorum dictorum interpretatione confertus, qui assumptæ à Domino carnis afferat notionem, & futuri regni eius gloriam comprehendat. &c.] A

Ephes.4. Altera, quia multi huius Psalmi versus à Diuo Paulo adducuntur de Christo, & de eius gestis, Ephes. 4. Totus ergo Psalmus de Christo solo, deque eius gestis interpretandus est. Quis enim alium sensum ab eo quem Paulus in illis verbis adinuenit, depromere suo marte audeat? quam obiectionem sibi etiam opposuit Caietan. in titulo præsentis Psalmi. 67. B

Tertia dubitatio est, quia hærere literæ, Rabbinorum est & Iudæorum, non Christianorum. Et planè qui Psalmum hunc de Dauide & Israelitis & Synagoga fuerit interpretatus, dissidet omninò à communi Patrum intelligentia. Habemus autem decretum sacri Concilij Tridentini, sessio. 4. de vsu & editione sacrorum librorum, quo præcipitur, vt nemo suæ prudentiæ innixus, sacram scripturam ad suos sensus contorqueat, aut contra eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia, aut etiam cõtra vnanimem consensum patrum, eam interpretari audeat. Et in concilio Lateranen. sub Leone X. sessio. 11. præcipitur, vt sanctam scripturam, iuxta interpretationẽ doctorum, quos Ecclesia vel vsus diuturnus approbauit, explanent, & eis semper insistant, quæ à præfatorum doctorũ interpretationibus non discordent. Ita ibi ad verbum. Et D. Dionysius. cap. 1. de cælesti Hierar. & Clemens Romanus, lib. 10. Recognitionum, & Clemens Alexand. lib. 7. stromatum, & Ambr. Hiero. & omnes patres idem eisdem ferè verbis suadent. Et fauet D. Paul. Gala. c. 1. Si Angelus de cœlo euangelizauerit præter id, quod euangelizatum est, anathema sit. C

Galat.1.

A sit. Cum ergo vnanimi consensione, Patres de Christo deque Ecclesiæ mysterijs hunc Psalmum, & alios qui, In finem, habent pro titulo, explicauerint, tantaque sit eorum authoritas, & tantum ponderis in Ecclesia semper habuerint, sanè temerarium videtur, præter id quod ab ipsis dictum est, aliquid velle dicere.

Mihi tamẽ quid ad hæc respõdere possim, statim occurrit. Scilicèt id quod cõsideratissimè D. Hilari* super Psalm. 63. scriptũ reliquit: Esse plures (inquit) memini, qui omnia quæ in libris Psalmorum scripta sunt, ad personã Domini vnigeniti filij Dei existimant esse referẽda. Quæ eorũ opinio argui nõ potest: omnis enim ex affectu religiosæ men- *Ad primã obiectionẽ.*

B tis hic sensus est, &c. Et inferiùs: Quanquã enim id ipsum interdum imperitè fiat, tamẽ per id quod ad eũ cũcta referuntur, necesse est, vt ea, quæ ei sunt propria, verè ac fideliter prædicentur. Cauendum autem est, ne, dum omnia in eum conuenire æqualiter opinamur, plurimùm & diuinitati suæ & corporationis sacramento & operationum potestati & passionis virtuti & resurrectionis gloriæ detrahatur. Tenendus igitur modus est. Hæc ille. Itaq; interdum imperitè tribuuntur Christo loci aliqui Psalmorum, & auferuntur ab eis de quibus scripti sunt. Quin D. Aug. maiorem nobis copiã facit historicũ sensum persequendi, lib. 2. de Gene. contra Manich. c. 2. tom. 1. dicens: Quod si quis voluerit omnia secundũ literam accipere, id est, non aliter *Quòd imperitorum est omnia de Christo intelligere.*

C intelligere quàm litera sonat, & potuerit euitare blasphemias, & omnia congruentia catholicæ fidei prædicare: nõ solùm ei nõ est inuidendũ, sed præcipuus multùmq; laudabilis intellector habendus est, &c. vsq; ad illud, Non præiudicãtes meliori diligẽtioriq; tractatui, siue per nos siue per alios, quibus dominus reuelare dignatur. Quocirca si quis hũc Psalmũ. 67. de Dauidis & Iudæorum gestis interpretetur, cum sic omnes euitare possit blasphemias, & congruentia fidei catholicæ dicere, hic quidem non est reijciendus, sed laudandus. Imo, mea sententia, si velimus hunc Psalmũ & plures alios ad literam de Christo sermonem habere, nec historiã tractare vllam, est in multis locis

scripturã nimium coarctare, vt illum sensum tantùm habeat. At explicãdo ad literam de populi Israel gestis, quando Psalmus id optimè ferre potest, & scripturam reddimus augustiorem & non angustam, & illi tribuimus id quod nulla alia scriptura habet. Aperimus enim in illa viam ad altiores sensus quærendos & inueniendos, in quo ab Homero & Virgilio maximè differt, quorum libri non multorum sesuum diuites & fœcundi, sed vnius tãtùm præstant materiam. Et ex his patet ad primam dubitationem. A

Ad secũdã. Ad secundam, ex Iansenio in Epistola, quam vice proœmij libro psalmorũ præfixit, respondendum est, nam Ioannes Driedo lib. 3. de Regulis & dogmatibus scripturæ, tractatu. 3, cap. 3. fol. 154. contra Hebræos & Iudæos, magis B piè quàm verè asserere videtur, multos Psalmos, quorum aliqui versus citantur in nouo testamento, totos esse ad literam de nouo ipso intelligendos. Vt Psalm. 18. Psalm. 21. Psalm. 108. Psalm. 77. Quod tamen ego minimè mihi persuadere potero: sed dicẽdum potiùs videtur cum Iansenio in illa epistola breuiter (nã de hoc in Relectione, ad finem huius operis dicemus plura) & Caietano, in explicatione tituli huius Psalmi, eos quidem versus, qui in nouo testamento citantur ex veteri, ita omni proculdubio esse intelligendos, iuxta propositum ad quod adducuntur (non disputo an literaliter, an mysticè) nõ tamẽ inde fit totum psalmum ad idem propositum pertinere. Sed de hoc alibi.

Ad tertiã. Rabbini nõ semper desipiunt. Ad tertiam dubitationem dicendum, Rabbinos Hebræorum non in omnibus esse deliros (licet in multis, deuient à veritate) sed quandoq; verissimum literæ sensum nobis explicare. Veritas autẽ à quocunq; dicatur, ab Spiritu sancto est. Neq; verò per hoc maiorẽ deferimus authoritatem Iudæis quàm patribus, cum nullum illi in hac parte authoritatis pondus obtineãt, qui tàm frequẽter desipiunt & insaniunt. Sed eorum interpretationes amplectimur interdum, quia veræ sunt, non quia ab illis traditæ sunt: contrà verò, expositiones sanctorum patrum & quia veræ sunt & quia ab illis traditæ sunt. Tradidit autẽ nobis Augustinus mirabilem regulam, libr. 2. de doctina Christiana cap.

A capit. 40. tom. 3, ab his perfidis & induratis Ecclesiæ hostibus, tanquam ab iniustis & iniquis possessoribus, si quid bene dictum est, auferendum esse & in nostros vsus transferendum.

Quòd si diuinum illud Hieron. ad Lætam, testimonium nobis quis obijciat: Nemo ad lupanar mittit virgines suas, quanuis quædam ibi reperiri possint de turpi corruptione lugentes: nemo hæredem suum latronum turbæ committit, vt discat audaciam: nemo in perforatã intrat cymbam, vt discat vitare naufragium: & ad planum prostibulum & hæresibus plenum volumen animam tuam dirigis adhuc innocẽtem mali, immunem doli, vt ibi discat catholicam B veritatem? Quod præclarissimum & elegantissimum dictum intercludere videtur nobis viam adeundi Rabbinos. Solos ergo sanctos patres in scripturæ intelligẽtia debemus cõsulere. Verũ ad hæc & ea quæ ex cõcilio Latera. Trident. & ex Paulo dicta sunt, respõdetur, sensus cõtrarios interpretationibus patrũ nõ licere nobis adducere. Et cõcilia & sancti id præcipiũt, ne faciamus. At cũ ex patrum sanctorũ sentẽtia, vnus & idẽ locus sensum habeat multiplicem, etiã literalem, nõ est incõmodum nouã aliquam interpretationem adducere: neq; hoc Ecclesiæ, aut patribus aliquo modo derogat. Nemo (inquit S. Thom. de potẽtia. quæst. 4. ar. 1.) ita scripturã ad vnũ sensum cogere velit, quòd alij C sensus, qui in se veritatem continent, & possunt salua circunstantia literæ, scripturæ aptari, penitus excludantur. Vide ibi alia perquàm necessaria ad nostrum institutum.

Præclara verba D. Hieron.

Rursus noua dogmata, nouam doctrinam in scriptura reperire velle præter id quod à sanctis patribus & ab Ecclesia accepimus, hoc quidem minimè licet. Vnde Theophilact. ad Rom. capit. 14. in illa verba, Vnusquisq; in sensu suo abundet, sic ait: Quando sermo est de dogmatibus vel doctrina, nõ oportet nos proprio sensu abũdare, sed quæ accepimus, firmiter tueri, etiã si Angelus de cælo aliud prædicauerit. Huc pertinet illud, Ne transgrediaris terminos quos posuerunt tibi patres tui. Et, State super vias bonas, inter-

Quid sit euãgelizare præter id quod euãgelizatũ est.

Prou. 22. Hier. 6.

rogate de semitis antiquis. At in his quæ nec ad fidei dog- A
mata, nec ad doctrinæ mutationem spectant, aliquid no-
uũ bene licet antiquis adijcere. Ea enim est cælestis huius
agri vastitas & fæcunditas, vt par illi frumentorum nume-
rus nullus esse possit. Vincentius certè Lirinen. aduersus
profanas nouationes, luculenter de hoc loquitur, ab illis
verbis: Si te, doctor, diuinum munus idoneum fecerit,
&c. quæ ad integrum non adduco, quoniam multa sunt,
& ad versuum à me propositorum explanationẽ festino.
Illud verò quod ex Hiero. ad Lætam, obiectum est, signifi-
cat, ijs, quibus periculum lapsus est, minimè licere scrinia
Hebræorum euoluere. Hac enim ratione librorum hære
ticorum lectionem Ecclesia & nunc & olim omnibus in- B
terdixit. At hominibus & eruditis & cordatis & in fide be
ne fundatis nullum imminet periculum, si Rabbinorum
scripta, Ecclesia permittente, perlegerint, vt quædam ibi,
quæ ridicula reperient, irrideant & confutent: quædam ve
rò verè dicta in nostros vsus conuertant.

III. *Argumentum & materia totius psal. 67.*

HIS hunc in modum statutis, vt nostrorum versuum intelligentiam comparemus, sciendum, cum in hoc psalmo multi multa tractari dicant, in hoc tamen omnes conueniunt, scilicèt, psalmũ hunc cõtinere victorias, quas Dei populus de suis hostibus reportat. Quæ autẽ sint istæ victoriæ, qui hostes, qui populus, non vno modo explicatur. Sunt qui putent totum psalmum mysticum esse, & Christi victorias de diabolo solùm continere. Alij esse hi- C
storicum, vel de data lege in vertice montis, vel super bellis Gog, & Magog; aut etiam de victorijs, quas Israel ante tempora Dauidis tulerat de AEgyptijs. Alij esse propheticum, & continere vaticinium de victoria, quam Iudæi sperant se de Romanis inimicis suis habituros. Alij tãdem esse etiam propheticum, sed victoriam, quã prædicit, esse, quã Iudæi consequuti sunt, tempore Ezechiæ Regis, de Senna cheribo Rege Assyriorũ, de qua Isai. 37. & 4. Reg. 19. Ego tamen, vt ingenuè fatear, existimo de omnibus istis à Daui de in præsenti carmine decantari, deque multis alijs, quæ nostræ cogitationis angustia nequaquã possunt exhauriri.

*Rectè

Isai. 37.
4. Reg. 19.

A *Rectè Aben-Esra hunc psalmum valde nobilem, glorio- *
sum & grauem nominat. Vagatur in eo Dauid per omnes
Theologiæ partes. Maiestatem & prouidentiam Dei decã
tat, quòd aureo curru insidẽs, cælicolarum stipatus corona
quorum plausibus cælum omne resultet, per templa cęlica
discurrat. Quòd eleganter hîc Eugubinus annotat.] Sed &
Iansenius in argumento huius Psalmi, existimat, can-
tari quidẽ hîc à Dauide secundùm historiam, exitum Israel
de AEgypto, deductionem mirabilem per desertum, indu
ctionem gloriosam in montem pinguem terræ promissio
nis, victorias deinde omnes, quas dedit daturusque erat eis
Deus de hostibus. Vnde precatur, vt cœptam in populum
B suum benignitatem Deus prosequatur. Et tandem ex perf
pecta Dei bonitate, pollicetur populo Israel Dei virtutem
adfuturam contra suos inimicos. Inter multas verò victo-
rias, quas precatur & pollicetur, meminit etiã eius, quam
contra Assyrios famosissimam Deus contulit: deque hac
præsentibus versibus loquitur, nam ibi de columba deargẽ
tata dicit, quæ erat Assyriorum insigne, vt iam dicemus.
*Hi porrò versus quòd intricatam in se ac perobscuram *
habeant constructionem, Hilarius quoque subnotauit his
verbis: Laboriosius autem id & obscurius, dũ collocationes
verborum nõ demutat, trãslatio latina declarat, &c.] Occa
sio autem, qua Dauid permotus hunc psalmum cecinit, his
verbis asseritur à Iacobo de Valentia, in cõmentario huius
C psalmi, cui & fauet Caiet. super eundem psalmum. Post
quam Moyses susceperat legem & fabricauerat tabernacu
lum cum arca, & erexerat ipsum, & columna nubis simul
cum tabernaculo cępit moueri, tunc Moyses cum Leuitis
cantarunt primum versum huius psalmi, scilicèt, Exurgat
Deus. Et quandocunque arca Domini mouebatur de ali-
qua mansione, semper repetebant hunc versum, & omnes
inimici fugiebant à facie eorum, vsquequo arca introdu-
cta fuit in terram promissam & collocata in Sylo, vt patet
per totum librum Numerorum, & Iosue.

IGitur, *Dominus dabit verbum euangelizantibus.* Vox euan- IIII.
gelizantibus, cum Latinè sit communis generis, accipi *Dominꝰ da*
bit verbum

Euangelizã tibus.

potest masculinè & fœminiuè. Et quidem Græcis est masculina, sicq; vertunt, 70. viri τόις εὐαγγελιζομένοις, & Chaldæus etiam paraphrastes masculinè vertit, sic: Dominus dedit verba legis populo suo, mediantibus Moyse & Aarõ, qui annunciauerũt verbum Dei exercitui magno Israelis: Hebraicè tñ fœminiuè habetur propter vocẽ, הַמְבַשְּׂרוֹת hamebaseroth, quæ fœmininam, vt patet, habet terminationem. Vnde D. Hiero. ex Hebræo vertit: Dominus dabit verbum annuntiatricibus. Flami. Dominus dedit sermonem laudatricibus. Campen. Felix, Pagnin. Vatab. Caiet. & Isidorus Clar. in scholio, & quotquot ex Hebræo hunc vertunt Psalmum, insuper & vniuersi Rabbini eodẽ legunt genere fœmineo, tametsi Eugubinus dissentiat; hoc loco. Et procul dubio ità legendum est. Quòd si nobis obijcias primò, vulgatam translationem cæteris, ex decreto concilij Tridentini, esse præferendam, quæ fœmininam terminationem non habet; Secundò, quòd Chaldaicus paraphrastes, & ipsi 70. viri, quorum Hebraicè erat maior intelligẽtia quã Hieronymi & omnium nostri tẽporis doctorum, verterunt masculinè. Tertiò, quòd vniuersi patres masculinè positã illã vocẽ existimarũt, dicere aũt, fœminiuè esse interpretandã, est planè cõtra eorũ mentẽ sentire. Quartò, quòd cũ de bellis hic & victorijs sermonẽ faciat Dauid, non appareret cur mulierũ meminerit, sed virorũ tantùm, qui tantùm bellis gerẽdis apti sunt atq; idonei.

A

B

C

Vox euangelizãtibus hic est fœmina.

Obijcitur.

Respond.

Ad horum quidem primum respondetur quòd nos vulgatam quidẽ approbare & defendere tenemur: non prout in 70. interpretibus continetur, sed prout Latinè reddita circunfertur: at Latinè, vox *Euangelizantibus*, non magis est masculina quam fœminina, & ideò contra vulgatæ versionis authoritatem non est, vocem illam accipere fœminiuè. Ad secundũ respõdetur, Chaldaicum quidem & 70. viros peritiores fuisse Hebraicæ linguæ quàm cæteros, at illi existimarunt planè, vocem Hebraicam fœmininam pro masculina positam & vsurpatam à Dauide fuisse, more Hebræorum qui vnum genus pro alio interdum ponũt;

Psal.

A Psalm. 26. Vnam petij à Domino, pro vnum. Sic Salomon dicitur apud eos Coheleth, quæ vox cõcionatricem significat, & est fœminina, cum tñ Salomoni masculinè tribuatur. Suppetunt exempla apud Oleastrũ, in proœmio super Pent. can. 12. & super Exodum. c. 1. In illa verba: Ædificaut eis domos. Et sanè Gen. 3. quod dicitur, Ipsa conteret caput tuum, Hebraicè habetur, Ipsum vel ipse conteret caput tuum. Positũ est ergo masculinum pro fœminino, & sic in nostro carmine fieri potuit, vt poneretur Hebraicè fœmininũ pro masculino: & hunc in modum asserere ab ignorantia possumus Chaldæum, & 70. Ad tertium, q; vniuersi patres masculinè legerint, non arguit nõ posse etiam B legi fœminiuè: nam, vt ad secundum dicebamus, interdum vnum genus pro alio sumitur, & vtrũq; fieri potest vt ab Spiritu sancto intentũ fuerit. Et licèt Patres vnum sequuti sint, nõ aduersatur eis quòd alterum nos sequamur. Sed & ex patribus vnus D. Hieron. fœminiuè transtulit. Non est itaq; præter omnium patrum sententiã nostra lectio. Ad quartum respondetur, & est notãda solutio, nam hinc incipit nostrorum iam versuum explanatio.

Psam. 26.

Exod. 1.

Genes. 3.

Mulieres canebant virorũ victorias.

Est ergo sciendum, quòd apud Hebræos, licèt fœminæ ineptè essent ad bellum, sicut & ad regnum, & sacerdotiũ, quemadmodum apud nos: veruntamen erat Hebræis ipsis familiare, vt victorias de hostibus à viris latas committerent mulieribus decantandas. Sic illustrem victoriam, C quam Deus Israelitis aduersus AEgyptios contulit, Maria soror Moysi & aliæ mulieres rythmis, & cantilenis, tympanis etiam & fistulis celebrarunt, Exod. 15. Egressq; sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris cantantes, Cantemus Domino gloriosè, &c. Et. 1. Reg. 18. cum Dauid reuerteretur victor de certamine inito cũ Goliath, egressæ sunt mulieres cantantes & ducẽtes choros & præcinebant dicentes, Saul percussit mille, & Dauid decem millia, &c. Quin & in hoc etiam eodem carmine, Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuencularum tympanistriarum, scilicèt dicentes: In ecclesijs benedicite Deo domino de fontibus Israel. Vel, per aposiro-

Exod. 14. & 15.

1. Reg. 18.

Psalm. 67.

phen,

phē, Vos qui estis de fontibus, ideſt, de ſanguine & genere Iſrael, vt vult Caie. Vel ſic diſpungentes (& eſt præclara interpretatio.) In eccleſijs benedicite Deo Domino de fontibus Iſrael, ideſt, Domino Chriſto oriundo & futuro de genere Iſrael, de ſanguine Iudæorum. Dominus ergo dabit verba, ſermonemque cantatricibus, vt victorias virorum decantent. A

V. *Quid ſignificet, virtute multa.*

QVod ſequitur, *virtute multa*, quantùm ex voce Hebraica צְבָא Tſaba, vel Zaba, cui Latina illa correſpōdet, conijcio, non tàm vim & robur quàm exercitum ſignificat. Et quod 70. hîc vertunt δυνάμει πολλῇ eodem capi debet modo, vt Eugub. notat. Ac proinde loco illius particulæ, *Virtute multa*, omnes ex Hebræo vertunt, Exercitus multi, vt infrà dicetur, vel exercitus magni: quidquid. 70 viri intenderint Græcè ponentes vocabulum, quod vim, roburque ſignificat. Ergo vox quæ ibi ponitur, exercitum ſignificat, צְבָא Tſaba, vnde genitiuus pluralis, צְבָאוֹת Tſabaoth vel Zabaoth, exercitus fœmininè ſignificat; fœminiⁿè, inquàm, quod eſt plurimùm cōſiderandū. Nā exiſtimo hoc loco per fœmineos hoſce exercitus ſignificari mulieres, mulieres, inquā, quaſdam, quæ inſtar militū vigilabāt in caſtris, ideſt, excubabant in oſtio tabernaculi, de quo etiam Caiet. infrà. Quemadmodum enim noſtra & maiorum noſtrorum ætate, fœminarum monialium conuentus videmus, quibus fœminę ſanctè & religioſè Deo militant, & Dei cultus ſpecialem curam gerunt: ſic in veteri teſtamento mulierum quoddam erat quaſi monaſterium, quæ ex voto, ieiunijs & orationibus vacantes, & à mundialibus curis expeditæ in templo Salomonis, & ante tempora Salomonis circa oſtium tabernaculi, in loco ad id deputato exiſtentes, Deo inſeruiebant. Hoc dicit Origenes, tractatu. 26. in Matth. Cyril. lib. aduerſus Antropomor. cap. 27. & Georgius Cedrenus, in compendio hiſtoriarū, Greg. Niſſenus, & Theophi. Matth. 27. & alij permulti, quos refert Petrus Caniſius, noſtri tēporis pius & diligens ſcriptor, lib. 1. de Maria, c. 12. Sed ex ipſis ſacræ ſcripturæ locis apertiſsimè colligitur, Exod. 38. Fecit Moyſes labrum æneum

B

C

Quòd fœminarū monaſteria erant in veteri teſtam.

Exod. 38.

A æneum cum basi sua, de speculis mulierum, quę excubabant in ostio tabernaculi. Excubare proprium est militum verbum. Verùm hanc metaphoram plano sensu explicuit Chaldæus, docens quæ essent illæ excubiæ. Nã vertit, Quę orabãt. Septuaginta interpretes, Quæ ieiunabant. Et. 2. Machab. 3. Sed & virgines, quæ conclusæ erant, ad Oniam sacerdotem procurrebãt, &c. Et in hoc cœnobium existimant Lyra, & Vat. Iepte recluſisse filiam suam, quam mactare & occidere vouerat. Licèt communis patrum intel- *Iudic. 13.*
ligentia sit, verè eam occidisse, & ita dicendum sit, de quo infra. q. 4. expositiua. Et sanè, vt obiter admonuerim, cũ festum præsentationis Virginis celebramus, & cum Lucæ. *De præsen-*
B 1. habetur de vidua illa sancta Anna, quòd ieiunijs & ora- *tatione B.*
tionibus in templo vacabat Deo, nihil aliud significatur *Mariæ.*
nisi celebris ille & sanctus mos ab Hebræis tũc temporis *Luc. 1.*
vsitatus, quo fœminæ, aut sponte propria, si adultæ erant, aut iussu parentum, si paruæ, in illo monasterio recludebantur in Dei cultum & obsequium. De his etiam fœminis locus alter habetur. 1. Reg. 2. vbi inter peccata grauissima, quæ filij Heli sacerdotis patrabant, illud numeratur *1. Reg. 2.*
quod & refert Iosephus libr. 5. antiquitatũ. c. 11. & habẽtur ibi. 1. Reg. hęc in verba: Dormiebãt cũ mulieribus, quę obseruabãt ad ostiũ tabernaculi. In cuius tñ explicatione Hi-
storia schol. 1. Reg. c. 4. sic ait: Quidã volunt ℣ non admis-
C cebãtur mulieribus, sed corrupti pecunia dabãt mulieribus licẽtiã cõmiscendi viris suis intra dies purificationum, &c. Porrò quod dicit, obseruabãt ad ostiũ, dicit Caie. ibi. 1. Reg. 2. esse Hebraicè verbũ deductũ ab exercitu, ita ℣ significãtur mulieres, per modũ exercitus cõueniẽtes ad ostiũ tabernaculi. Quod multum fauet instituto nostro.

Vt ergo ad nostrum versum hæc omnia accommodemus, sanè ex Hebræo fere omnes, Pagni. Vatab. Flami. Caiet. Campen. vbi nos legimus, *Virtute multa*, legunt, exercitus magni, sic: Dominus dabit verbũ, vel canticum laudatricibus exercitus magni, scilicet, mulieribus illis glorioſi & religioſiſsimi exercitus, quę in ostio tabernaculi instar militũ excubabãt in Dei cultũ. Quod, vt cum vulgata versione

versione quadret, sic explicari debet. Dominus dabit ver- A
bum euangelizantibus, virtute multa, ideſt, ex illa virtute
multa, ideſt, mulieribus quæ ex illo diuino exercitu ſunt,
vt ſcilicèt, populi Dei victorias canant, nuntient & cele-
brent, vtque alia exerceant munera, de quibus infrà.

VI. Quid ſit dilecti dilecti.

REX *virtutum dilecti dilecti: & ſpeciei domus diuidere ſpolia.* Prior huius verſus pars facilè habet intelligentiã: iuxta vulgatam: nam explanat, qui nam ſit dominus ille, qui daturus eſſet verbum euangelizantibus, & dicit, iſtum eſſe Deũ, qui eſt rex virtutũ dilecti dilecti, ideſt, populi ſui dilectiſsimi. Nam illa repetitio, dilecti dilecti, per epizeuxim, vehementiam ſignificat dilectionis, vt etiam dicit Titel-

Iſai. 40. manus hoc loco. Sic aliàs ſæpè apud Hebræos, conſolami B
Pſal. 132. ni conſolamini, ideſt, vehementer conſolamini. Et Pſalm. 132. Barbam barbam Aarõ, ideſt, barbam prolixam, & Hor. 4. car. od. 1. Parce, precor precor. & l. 2. od. 17. Ibimus ibimus. & lib. 3. od. 3. Ilion Ilion. Vel, vt placuit Ruffino Aquileien. vetuſtiſsimo ſcriptori, vox *dilecti* ſecundo loco ponitur vice relatiui, *ſui*, Sic, Rex virtutum dilecti dilecti, id-
* eſt, Rex virtutum dilecti ſui. * Qua etiam via procedit D. Auguſti. in præſenti, & affert optima ac plurima exempla Martinus, lib. 6. Hypotyp. c. 2. in fine, de nominib⁹ ſiue proprijs, ſiue appellatiuis, quæ pro relatiuis ſæpe capiuntur.]

Et ſpeciei domus, &c.

Et ſpeciei domus diuidere ſpolia, ideſt, Dabit populo ſuo, quẽ ſpecioſum appellat, ſeu familiam vel domum ſpecioſam, vt diuidat ſpolia ex hoſtibus accepta. Dabit ergo domui ſpecioſæ ſynagogæ, populo Iſrael, diuidere ſpolia quæ rapuerit ab hoſtibus. Sed vt poſterior hęc particula rectiùs intelligatur, videamus ex Hebraicis fontibus, quem totus verſus ſenſum habeat. C

** Alter ſenſus.*

* Hebraice quidem ſic: מַלְכֵי צְבָאוֹת Malke Zebaoth. Latinè ad verbum, Reges exercituum: & pro dilecti dilecti, habetur Hebraicè, יִדֹּדוּן יִדֹּדוּן iddodũ iddodũ, hoc eſt, fugerũt fugerũt. Cuius varietatis cauſas nõ ſanè faciles, nec noſtra refert, nec breui dicere fas eſt. Augeſcit difficultas, ſi aduertas vertiſſe Hieronymũ, fęderabũtur fęderabuntur: quanuis

A quãuis & hoc facile in cõcordiã potest trahi, nã qui fugiũt seu recedunt à pugna, pacis fædera censentur petere.] Pagn. Campen. Reges exercituum fugient fugient. Flaminius, fugerunt fugerunt: & ita ferè omnes ex Hebræo. Et tunc sensus erit iste: Tam lætè & fœliciter cantatrices illæ mulieres canent victoriam, vt reges inimici & hostiles, qui iã victi deficere cœperant, nũc fugiãt fugiãt attoniti & obstupefacti. Non enim ad victoriam parum refert, quòd victores ipsi etiã ante partã victoriam se victores clamitẽt, & rumor iste per inimicorum castra spargatur. Sic ergo fę minæ illæ, quæ præliorum euentum circa castra & locum pugnæ spectare & expectare solent & debebant, tam con-
B fidenter & eleuata voce victoriam appellitabunt, vt reges potentissimi aduersarij id ferre non valentes, & victos se esse arbitrantes, terga ignominiosè vertant & fugiant. Aut cum D. Hieron. fœderabuntur fęderabuntur, id est, se mineces & prostrati misericordiam implorabunt, & pacis fœderisque pacta nobiscum inire contendent, magna quidem & iniqua tributa soluturi, vt vel sic vitam suam ab vltimo supplicio redimant, quod eis imminet.

Alterum autem hemistichium, *Et specici domus diuidere spolia*, optimè præcedentibus nunc cohæret. Nam sciendũ est, datiuum illum, speciei, Hebræis esse posse nominatiuum. Vnde August. Eugub. demiratur Septuaginta viros, quòd per casum dãdi τῇ ὡραιότητι, speciei verterint id quod
C Hebraicè est nominatiuus. Vnde D. Hierony. Pag. Fœlix Praten. Caieta. Campen. Vata. Flam. & tandem omnes ex Hebræo per nominatiuum vertunt: Et regimen domus, vt Symmachus apud Theodoretum, hîc. Vel familia domus, vt Flami. Et habitatio domus vel habitaculum domus, vt Pagn. Et pulchritudo domus, vt Hieron, &c. Sed præ alijs mihi maximè probatur lectio illa, quam Caietanus & Folengius Monachus Cassinas attulere, Et habitatrix domus diuidet spolia, vel, quam adduxit Clarius in scholio huius versus, Quæ sedet domi diuisit prædam. Nam tunc, quæ sedet domi vel habitatrix domus seu species domus, aut pulchritudo domus, nisi mulieres, significare aliquid non potest,

Species domus quod sint mulieres hoc loco.

testᵗ,ad literã,quã solã hîc sequimur. Quòd si quispiãdubi- A
tet: quare quæ sedet domi & habitatrix domus,ideſt mu-
lier,ſpecies domus hîc à Dauide appellatur? Solutio in prõ
ptu eſt:nam apud Hebræos mulier hac appellatione inter
dum gaudet,ſcilicèt,ſpecies domus, eo quòd ad ipſam per
tinet colendæ, mundandæ & ſpecioſæ reddendæ domus
Eccleſ. 26. cura,iuxta illud Eccleſ.26.Mulieris bonæ ſpecies in orna-
mẽtum domus ſuæ. Dicitur,ſpecies mulieris bonæ, intrãſi
tiuè,vt in ſcholis loquimur,ideſt,ſpecies quę eſt mulier bo
na. Nunc ergo erit ſenſus,tàm plenam tàmq; integram fu-
turam victoriam,vt reges inimici & omnes milites aduer-
ſarij caſtra debeant deſerere & tentoria derelinquere, &
præ magno metu inglorij fugere: & tunc ſecuro & auda- B
ci animo mulieres ipſæ (animal alioqui timidiſsimum, &
quod ad minimum armorum crepitum ſolet exanime con
ſternari) illæ inquàm,quæ iam victoriam celebrare cœpe
rant,nunc in caſtra inimicorum graſſatæ, multam eorum
ſupellectilem rapere & diuidere inter ſe poſsint. Sed quò
plauſibilior hæc appareat intelligentia, oſtendamus eam à
vulgata verſione non diſsidere, imò & cum ea conciliari
poſſe,hunc in modum. Rex ille virtutum populi ſui dile-
ctiſsimi,quem,diximus, daturum virtutem cantatricibus,
dabit etiam ſpeciei domus,ideſt, mulieribus quæ ſunt ſpe
cies domus,diuidere,ideſt,vt diuidãt ſpolia,quę ex inimi-
corum tentorijs diripuerint animoſæ.

VII. Verſus obſcuriſsimus explicatur.

SI dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, C
& poſteriora dorſi eius in pallore auri. Verſus iſte eſt de
quo, tanquam de cruce, pependerunt omnium ingenia.
Hìc quot capita,tot ſunt ſententiæ. Sunt autem innumera
capita;nam vnuſquiſque cum in huius verſus expoſitionẽ
incidit,alios ſequi dedignatus,ſuã ab alijs diſsidentem ſen
tentiam profert. Ego allegorias & myſticos ſenſus, vt ini-
tio pollicitus ſum,aliò remittens,ſenſum tantùm literæ ſe
* quar. Eſt autem multiplex literæ ſenſus in hoc verſu.* Cõ-
munior intelligentia eſt, vt per cleros, Quod Hebraicè
eſt שְׁפָתַיִם ſephathaim, hoc eſt labia, intelligamus labia
ollarum,igne ſumoque nigreſcentium;] chytropodas vel
tripodas

A tripodas & ollas, lebetes, caldaria & cætera vasa coquinarum. Pagninus, Si dormiatis inter medios tripodas; Campensis in paraphrasi, Inter fuligine obductas ollas, & atri tanquam carbo. Et demum ferè omnes ex Hebræo eodem vertunt modo. Felix inter chytropodas. Flaminius, inter ollas. Isidorus, Inter nigras ollas. Et tunc iste est sensus, vt adducitur ex Rab. Dauid in Cõm. à Sancte Pagni. in Thesauro, verb. שפת, Saphat. Si ambulastis adhuc nigris induti vestibus ob inimicorum afflictionem, adhuc eritis albi, sicut alæ columbæ, quæ tecta est argento. Et sic ferè omnes ex Hebræo. *Cleri sunt vasa coquinæ.*

Pro quo in memoriam reuocare vos debetis id quod
B apud omnes in cõfesso est, videlicèt, tàm apud sacros, quã apud prophanos authores, per album candentemve colorem significari quidquid faustum erat, lætum & bonum. Contrà verò per nigrorem seu colorem atrum supremam significari miseriam & calamitatem. Sciendum quòd ficus alba (verba sunt Macrob. lib. 3. Saturna. c. 20.) ex fœlicibus sit arboribus, cõtrà nigra ex infœlicibus. Docet nos vtrũq; Pontifices, &c. *Et postquàm iam ab Ethnicis prima huius probationis exẽpla desumo, accipe hæc quæ cõgero prout memoriæ succurrunt. Persius: *Per album & nigrum, prosperũ & aduersum.*

——Per me sint omnia protinùs alba:

C Ideſt faustè ac fæliciter cadant. Thracum hæc fuit consuetudo, ait Plinius, lib. 7. cap. 40. vt eos dies, quibus secunda fortuna essent vsi, albo lapillo notarent, nigro contrarios. Hinc apud Horatium, libro. 1. Od. 36. vbi legimus, *Dies candidi atrique.*

Cressa ne careat pulchra dies nota.

Contendunt aliqui legendum esse, Thressa, quasi ad Thraces alludat Horatius. Sed rectiùs, legitur cressa: nam cressa vel creta, lapillus albus est, vt constat ex adagio apud Erasmum, Creta notare, & ex Cicerone, pro Flacco: & Horatio, alibi:

——Sani an creta an carbone notandi.

Et ad eundem Thracũ morem alluditur ibi à Persio,saty.2. A
Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo,
Qui tibi labentes apponit candidus annos.
Et Catullus,
Fulsere quondam candidi tibi soles.
Contrà verò dies soleſque nigros antiqui vocabant quos ad res gerendas nefastos & aduersos timebant,quales erãt Kalendæ,Nonæ,Idus,&c.Horat.lib.1.saty.9.

Theta litera infausta.
Hunccine solem
Tam nigrum surrexe mihi.
Hinc literam Græcam θ theta, qua mortem vel pœnam mortis significabant, eò quòd Mors, quæ Græcè dicitur B
θάνατος ab hac litera incipiat,nigram vocauit Persius,
Et potis est nigrum vitio præfigere theta.
De eadem litera,si placet,lege Martialem,lib.2. & Ausonium, in Pædagogũ liguritorem,&c.] Quia verò per candorem significabant quidquid lætum erat; ideò referente Tullio de natura Deorum,is color dijs sacer erat, cui & sacri scriptores fauent,qui colore albo vestitũ dicunt Christum in transfiguratione glorioſa, eodem Angeli in eius resurrectione & ascensione apparuerunt, eodem apud Apoc.sæpè. Vnde & apud antiquissimos tabellis albis nigrisque vtebantur in iudicijs,quod in multis nunc communitatibus est in vsu, præcipuè in nostra Augustiniana, C
vt,scilicet,albis cũ suffragãtur,approbẽt, cũ verò nigris reprobent. * Ecce vetustissimũ exẽplũ,Ouid.15.Meta. *Mos erat antiquis, niueis, atrisque lapillis, His damnare reos, &c.* sed & multis annorũ cẽturijs vetustius est,quod Didymus, super lib.16.Odyss.Homeri,ait: Cum Mercurius apud Deos accusaretur aliquando,& ad iudicium coram eis deferretur,Dij,post examen causæ, tabellas albas & nigras ad eum absoluendum vel condemnandum habebant. Surrexeruntq; & ad pedes Mercurij(honoris gratia) nec approbantes nec condemnãtes tabellas proiecerunt. Hoc factũ cum mortales hoc in mundo intellexissent, Mercurium in triuijs stantem, lapidum ad ipsius pedes proiectione

Alb⁹ color Dijs sacer. Matth.17. Matth.28. Actu.1. Apoc.4. & 7.

hono-

A honorare constituerunt. Sicque intelligetur quod habetur Prouer. 26. Sicut qui proijcit lapidem in aceruum Mercurij, sic qui dat honorem insipienti (parcet, scio, lector parenthesi breuissimæ:) Nam sicut ille honorat Mercurium, ita iste insipientem. Quam ob causam nunc inter Christianos, Cruces ligneæ in triuijs positæ, lapidū proiectione honorātur à viatoribus vulgò. Hocque ceremoniæ signum inde cepisse existimare debemus, quòd pie fideles honorem, quem olim Mercurio impiè dabant, cruci Christi cœperunt deferre. Ergo albus color lætitiam, gloriam: niger verò miseriam & tristitiam significat. Threnorū. 4. Cādidiores Nazaræi eius niue, &c. denigrata est super carB bones facies eorū. Idest, Qui erant glorioſi & fœlices, quo modò effecti sunt lugentes, miseri atque despecti? Sic ergo pulchrā antithesim habet noster versus: *Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ*, &c. idest. Quanuis præ magno hostium timore & belli periculo sitis nigri, sicut oliæ culinarum, & sicut chytropodes, idest, anxij & calamitosi, Deus vos victores faciens reddet candidos, albos, fœlices, sicut columbam deargentatam. Estque præclarus sensus literalis.

Prou. 26. Cruces ligneæ in triuijs vindecæ perint.

Threno. 4.

Explicatio totius versus.

VIII.

ALtera etiam intelligentia literalis est, si nomine clerorum legamus cum D. August. sortes, non tamē cum ipso ad allegoriam ascendamus duorum testamentorum, duarum hæreditatum, sed plano sensu, hunc in modum. C Si dormiatis inter medias sortes, idest, inter media pericula. Si de vobis & de bonis vestris sortiantur inimici, vt solent victores super miseris victis, & super eorum bonis sortiri, vt apud Virgilium,

2. Explicatio. Cleri pro sortibus.

——*Miserum septena quotannis*
Corpora natorum, stat ductis sortibus vrna.

& super Christi domini vestibus miserunt sortes impij Iudæorum satellites, tanquàm super bonis victi. Si ergo versemini inter medias sortes, in rei cardine, in extrema alea: vos tamen glorioſè eruemini, sicut columba; & auolabitis fœlici pernicitate, præ vobis ferentes victoriæ

Ioan. 19.

symbola, nitorem, scilicèt, auri & argenti. Eritis victores, qui vinci paulò ante formidabatis. A

Cleri pro terminis, vel cõfinijs regnorum, vbi maiora sunt pericula.

Tertiò etiam literalissimè legentes, hunc in modum cum D. Hieron. Si dormiatis inter medios terminos, nempe inimicorum: nam שְׁפָתַיִם terminos quoque & limites significat, & extremas cuiusque rei partes; si ergo sitis in vltimis summisque discriminibus, inter media regnorum confinia, vt etiam habet versio Caietani *En las rayas de los Reynos*, vbi maiora & frequentiora solent esse pericula, propterea quòd inibi seditiosi & scelerati licentiùs viuant, propter facile remedium atque perfugium, quod habent, transeundi ad aliud regnum post patratam noxam, in quo capi & apprehendi non possunt à lictoribus & satellitibus alterius regni. Si ergo sitis inter media pericula, inter malleũ & incudem, in acie nouaculæ, vos tamen minimè paueatis, quia facillimo negocio liberos vos ceu columbas auolare faciet Dominus; & inimicos, qui vos demoliri & vsque ad internecionem affligere sperabant, spe sua frustratos relinquetis. B

Quarta singularis intelligentia. Cleri Hebraicè hîc sunt ordines, & acies Genes. 49.

Sed his adijciamus quartã expositionẽ: quã vt omnes percipiant, scire oportet, vocem, quæ significatur vocabulo clerorũ, Hebraicè esse sephataim, שְׁפָתַיִם deduciq; à verbo Saphat, quod significat ordinare, seu disponere, vt docet Oleaster super Genes. cap. 49. & latiùs Pagninus in Thesauro, verbo, Saphat. Vnde putant, hîc optimè verti, Inter medios ordines vel acies, ex R. Abrah. Et ipse Oleaster ibi Gene. 49. vbi nos legimus, Iachar asinus fortis habitans inter terminos vel inter cleros, legit, inter ordines: nam vox Hebræa, quæ ibi habetur, eadem est cum ista, quæ in nostro habetur versu: licèt ex R. Dauid, in lib. radicũ, alij sic putent legendũ: Asinus fortis habitãs inter duas sarcinas, ideſt, adeò fortis, vt cubet inter duas sarcinas, & surgat cum illis. Alij ibi, Habitans inter duos terminos: & assignant terminos hos mare Mediterraneum, & mare Galileæ, inter quæ suam habuit sortem tribus illa. Rursus ex eodem Pagn. in Thesauro, sciendum, vocem illam, sepha- C

A sephataim, quæ in his duobus locis habetur, scilicet, Gen. 49. & in hoc nostro versu, esse numeri dualis, vt iste sit sensus: Si dormiatis vel sitis & versemini inter duas acies & ordines, scilicèt, inimicorum: & vos dormientes, ideſt, expositi magno periculo, ita vt nec defendere vos vllo modo valeatis, & longè minùs offendere aduersarios vestros. Et hunc in modum explicatur prius hoc huius versus hemistichium, quo iam paratur via ad egregiam interpretationem, quæ inde elicienda est.

Deinde, vt nostra hæc explanatio non coacta & extorta videatur à litera, in mentem oportet reducere id quod superius aduertisse me memini, scilicèt, in hoc Dauidis
B Psalmo etiã secundũ Rabbinos, quos tamen nõ probat Eugub. in hac parte, victoriam etiã decantari, quã de Assyrijs, Chaldæis & Babylonijs laturus erat populus Dei. Cũ enim multas Dauid hîc decantet victorias iam præteritas præsentesque populi Israelitici, ex præteritis illis & præsentibus ominatur & vaticinatur multas alias, quæ de finitimis hostibus erat reportaturus. In hoc ergo versu triumphum ex Assyrijs reportandum vno tetigit verbo.

IX. *Columba de argentata.*

JAm sciẽdum est ex profanis scriptoribus, qui hac in parte multum consonãt sacris, Columbam apud Assyrios, Babylonios, & Palęsthinos in tã multo olim precio & veneratione fuisse habitam, vt diuinos ei honores deferrẽt,
C eamque veluti Deam colerent. Apud eos nephas columbam occidere, sicut apud Athenienses, noctuam, * apud Thessalos, ciconiam, vt testatur Petrus Crinitus, non contemnendæ eruditionis & authoritatis scriptor, libr. 24. de Honesta disciplina, cap. 2. sed & apud Romanos, anseres necare haud licebat, quibus ob Capitolium seruatum, alimenta à Censoribus præbebantur. Refert Crinitus idem & ibidem. sed Syrorum in columbas religionem consideremus.] Tibul. lib. 1. elegia. 7.

Columba Syris erat sacra.

Alba Palæsthino sancta columba Syro.

quanuis in hoc Tibulli carmine erratum fuisse ab impressoribus, existimet Iosephus Scalig. ponentibus, Syro,

pro, suo, atque adeò ipse emendauerit, suo: quia sicut non dicimus Romanus Italus, neque Gallus Celta, ita non esse dicendum videtur, Palæsthinus Syrus. Sed hæc parum referunt: refert verò multùm quòd profanus Tibullus multum iuuat illo carmine nostram explanationem. Quòd si scisciteris, quid in mentem venit Syris, columbas vt colerent? Dicendum ex Diod. Sicul. lib. 3. cap. 5. id ea causa fecisse, quia existimabāt Semiramidem, reginā suam nobilissimam, in auem huius generis, idest, columbam, post mortem fuisse conuersam. Compluribus enim auibus domo egressis, illam cum illis auolasse dicunt. Ouid. 4. Met.

A

Semiramis Assyriorū regina in columbā, &c.

——*Sumptis illius filia pennis.*
Extremos altis in turribus egerit annos.

B

Et est sermo de Semiramide filia Dercetis, deque Palæsthinis & Babylonijs, quos ibi nominat Poeta: vnde & vox ipsa Semiramis, Syra lingua, auem & columbam significat, vt etiam dicit Ambr. Calepinus.

Nunc ad sacros veniamus scriptores, & an profanis hac in parte faueant, videamus. Certè apud Oseam, sic dicitur: Auolabunt quasi auis ex AEgypto, & quasi columba de terra Assyriorum. AEgyptij multas colebant aues, sed præcipuè accipitrem. Assyrij verò vel Syri colūbas. Nihil enim moror, siue legas Assyriā siue Syriā: nā quæ antè dicta fuit Assyria, deinde Syria dicta est, regio vastissima & nobilissima, apud Plinium, Melam, & Strabonē, de quo etiam cōmērator Iuuenalis Ioannes Bitrānicus, super satyram. 2. in illo carmine,

Ose. 11.

Assyria, Syria idem.

C

Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe.

Vide Viuem, lib. de ciuit. 16. c. 12. Nam Xenophon. lib. 1. de pædia Cyri, diuersas esse putat Syriam & Assyriam. Ita que Assyrij vel Syri columbas colebant. Vt ergo propheta significaret incolumes & indemnes futuros filios Israel, & tanquam rem sacram & diuinam multis ab inimicis honoribus esse afficiendos & sic in patriam glorioscè reducendos, dicit: Auolabunt quasi auis ex Ægypto (per auem intelligit accipitrem vel etiam Ibin, quas præ cæteris auibus AEgyptij colebāt) & quasi columba de terra Assyriorum.

Quis

A Quis enim ignoret, vnamquanque gentilium nationem diuinos honores tribuisse auibus, quadrupedibus, piscibus? &c. Legatur Petr. Crinitus, lib. 24. de Hon. disc. cap. 2. Quin ne ipsi soli harum rerū viderētur cultores, Iudæis & Christianis similēm cultum imputauerunt. Nam dicebant, eos asinum vel asini imaginem adorare solitos, vt dicit Cornelius Tacitus, author gentilis & Christianis infestissimus, lib. 5. aliàs 21. & refert Tertul. in Apolog. & Sixtus, lib. 2. Bibliothecæ, verbo, Mariæ stirps, & Petrus Crinitus, libro. 1. capitu. 9. De quo dicam quæstione. 4. exposit. vbi & huius causas referam. Similiter cæteris nationibus, sua auis, aut piscis, aut quadrupes erant sacra: nam &

Gētiles imputabant Christianis quod asinū colerent.

B AEgyptij Draconem etiam colebant, adeòque toti AEgypto sacer erat Draco, ipsum vt in vexillis gestarent. Hac ratione Theodoret. super illum versum Psalm. 77. Contribulasti capita Draconis in aquis, dicit, per Draconem intelligi AEgyptios. Et apud Ezechielem, Rex ipse AEgypti appellatur Draco magnus. Quibus hunc in modum præiactis, quidam nostri temporis recentissimus scriptor sic nostrum versum explanabat. Si dormiatis, &c. ideſt, Etiam si dormiretis languidi & segnes, timori eratis & religioni omnibus, siue Philistæis, ideſt, Palæsthinis, siue Idumæis siue Moabitis, &c. sicut columba timori est ipsis Palæsthinis & Syris: Quia, vt habetur Iosue, capit. 10. Nullus con-

Psal. 77. Ezec. 29. 31.

Iosue. 10.

C tra Israel etiam mutire ausus est. Vide quanto Hebræi honori & timori erant hostibus suis, vt neq; mutire & mussitare aduersus eos auderent. Exod. 15. Robustos Moab obtinuit tremor, obriguerūt omnes habitatores Chanaan: Tūc conturbati sunt principes Edom, &c. Et, Non reliquit hominem nocere eis. Psal. 104.

Exod. 15. Psal. 104

SED productis alijs sacræ scripturæ locis, ostendamus amplius quàm celebris apud Assyrios columba fuerit, vt inde nostram producamus explanationem. Certè non solùm multo Assyrijs honori columba fuit, sed etiam, cum ad bella procedebant, eam in vexillis militaribus gestabant. Quod, ne vt meo cerebro ortum paradoxon quisq; irrideat, refert Nicolaus Lyr. solertissimus sacratum scri-

X.

Columbā in vexillis gestabāt Syri, sicut Romani aquilas.

pturarum interpres,super Hierem.c.25. Itaque quemadmodum Romanorum insigne, quod in vexillis gerebant, erat aquila,Luca.lib.1.Pharsal. A

Signa, pares aquilas & pila minantia pilis.

& AEgyptiorum insigne erat Draco,vt tetigimus, ita Syrorum insignia & imagines erant Columbæ.

Num.2. Tribus Iuda leones pro insignibus habebat.

Verùm,quantum fas est colligere ex lib.Numer.c.2.ipsis etiã Hebræis sua erãt insignia. Et tractat Lyran. Vatab. & Abulen.in illo loco Num. Vtque cæteros omittam,tribus Iuda Leonis imaginem gestabat in vexillis. Quod ex Rabbinis refert Vat.& Abul.in illo loco Num.2.q.5. Hoc inde sumpsisse videtur initium,quòd iam olim Sanctus Iacob Genes.49.ad benedicendum Iudam procedẽs, ipsum B appellauit Leonem,dicens,Catulus Leonis Iuda.Inde Salomon etiam pro ingnibus suæ nobilitatis imaginibus, habere voluit Leones,tanquam oriundus de genere ac sanguine & tribu Iudæ. Quamobrem.3.Reg.7. &.2.Paral.9. leones semel & iterum & multoties in suis ædificijs exprimi & depingi voluit. Videor autem mihi subolfacere quã dam allusionem ad istam doctrinam in sacra Ioannis Apocalypsi:nam volens Propheta per periphrasim describere Christi victorias,dixit:Vicit Leo de tribu Iuda, Idest,vicit ille,cuius Maiorũ ac progenitorum imagines erãt leones. Vicit Christus,Vicit tribus Iuda. Ac si olim diceretur, Vicerũt Aquilæ,id est,Vicit Cæsar,vicerunt Romani. Sic ergo vicit Leo,vicit tribus Iuda,vicit Christus. C

Genes.49. 3.Reg.7. 2.Par.9. Apocal. Nota.

Hiere.25. 46.& 50.

Ad rem. Columbæ erant insignia & imagines Assyriorum. Et sic intelligetis vos quid sibi velit Hiere.c.25. in fine,ibi,Facta est terra eorum in desolationem, à facie iræ columbæ. Et.c.46.&.50.à facie gladij columbæ. Et vulgò adagium, Cauete ab ira columbæ. Nam Nabuchodonosor his in locis columba appellatur, qui Rex erat Babylonis,non illius quæ in AEgypto sita erat, quæq; nunc temporis dicitur,El Cayro:sed eius Babylonis, quæ in Syria erat,quamque Semiramis condidit,quæ,vt diximus,cõuersa fuit in columbam.Igitur huius Babylonis Rex meritò appellatur columba, à sacro vate Hieremia, & ira columlum-

A lumbæ & gladius columbæ, Quanuis. 70. & Theodoretus, & Vata. & Clarius, & communiter ex Hebræo omnes ibi, Hiere. 25. nõ legat colũb, sedam vel irã vel oppressionem vel furorem, loco columbæ. Sed in idem recidit, imò meam firmat sententiam: nã per columbam contẽdo intelligi id, quo Assyrij iratos, furentes & formidabiles se ostendebant. Quin & apud Sophoniam. c. 3. habetur: Væ prouocatrix & redempta ciuitas, columba. Vbi sacer va- *Sophon. 3.*
tes, iuxta id quod multi sentiunt, teste Hierony. super illum locum, nomine columbæ significat Niuiuen famosissimam & populosissimam vrbem quondam Assyriorum. Quæ eadem ratione columba dicitur, qua eius
B rex Nabuchodonosor columba etiam dicebatur. Vbi Pagnin. loco illius, Ciuitas colũba, vertit, Ciuitas quæ spoliat, idest, ciuitas crudelis, vt consonet alteri vati, scilicet, Hieremiæ, qui toties gladiũ columbę & iram colũbæ dicit. Est autẽ huius vocis significata crudelitas præ oculis habenda, ad ordinẽ literæ versus nostri: quam sic intelligo. Si tamen prius rursus aduertero, nunc ad primũ & secũdum versum nobis redeũdum esse, nam, vt initio admonui, vna est triũ intelligentia, vnus sensus, & explanatio postremi à primo pendet, & primi mutuò à postremo, vt iamiam explico.

XI. *Colligitur trium versuum explicatio.*

IGitur sensus iste est: Etiam si languidi & segnes versemini & domiatis inter duas acies hostium; & sint pennæ columbæ, cuius imago in eorum vexillis depicta
C conspicitur; sint inquam, vt argentum & aurum promicantes & resplendentes: Dominus tamen dabit vobis tàm fœlicem exitum, tàm glorioſam victoriam, vt etiam mulieres triumphi celebratrices magna virtute præditæ, & metum prorsus exutæ, egregiam laudem canant & spolia ampla referant. Nam Rex ipse virtutum Deus Dominus dilectissimi populi sui benignissimus & benevolentissimus dabit ipsis mulieribus, vt audacter prædentur & spolient inimicos, & prædam inter se diuidant.

Paraphrasis prædicti triũ versuum.

Aut sic paraphrasticòs, ab initio totum elucidemus: ***Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa, Rex virtutum dilecti dilecti, & speciei domus diuidere spolia: Si dor-***

dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Sic ergo accipito paraphrasim ex superioribus collectã. Cum ad bella processeritis, præcipueq; cõtra Palęsthinos, Assyrios Chaldęos, & Babylonios (prædico nanq; vos ab his omnibus oppugnatũ iri,) Dominus dabit virtutẽ mulieribus illis sanctis, quæ in modũ exercitus multi, ante ostium tabernaculi & tẽpli excubare solent, quæq; ad prælia, siue mẽte siue corpore, egressuræ etiam sunt. Mente quidem, quia votis suis & precationibus Deũ pro victoria vestra orãtes, ante arcã & propitiatorium tandiũ erunt, quandiũ pugna durauerit. Corpore verò, si exire etiam ad bellum debeant, non vt pugnent sed vt à longe finem videant & expectent. Dominus ergo dabit istiusmodi mulieribus sermonem, verbum, canticum, laudationem, quibus Deum pro victoria è templo precentur: aut quibus circa militum castra victoriam conclamare & personare audeant: dabit epinicion, carmẽ triũphale, pæanismum pro victoria. Quibus siue orationibus, siue vociferationibus fiet, vt Reges potentissimi fugiant attoniti, aut fœdera pacis, iniquis etiam conditionibus ignominiosẽ à vobis petant. Aut, hoc faciet Rex ille summus Deus opti. max. qui est rex virtutum & est rex dilectissimi populi sui. Qui itidem rex & dominus, qui dederat siue preces siue rythmos in ore mulierum, nunc dabit ijsdem mulieribus diuidere spolia, idest, audaciam, roburq; & firmitatem, vt adortæ & aggressæ tentoria hostium, prædam inde, quamcunque repererint, auferant diuidantq; Siue hyperbolicòs, Tam fausta & omnibus numeris plena erit victoria, vt possint etiam mulieres, quæ alioqui timidæ sunt, infirmæ & ad bellandum & prędandum ineptissimæ, ingredi in castra hostium, & quæ in eis inuenerint, rapere. Idq; facere poterũt fœminæ ipsæ, quæ habitatrices & pulchritudo atq; species domus sunt: & quarum ea tantùm est cura, vt domi manentes eam mundent & verrant. Tunc verò præ magna lætitia egredientur domo, & sui muneris oblitæ, virorum munus audacissimè subibunt. Euenient porrò fœlicissima omnia

A

B

C

ista,

A ista, etiam si vos sitis medij inter duos ordines inimicorum, etiam si hinc inde oppugnemini: & ex vna parte vna acies siue ala: ex alia, alia acies inimicorum sit: & vos dormientes, ideſt, expositi omnium iniurijs, adeò vt nec offendere hostes, verùm nec ab illis offensoribus defendere vos valeatis. Rursus, etiam si iamiam pennæ columbæ deargentatæ, & cuius posteriora sunt pallida sicut aurum: etiam inquàm si Assyrij, quibus cum belligeraturi estis, vos adoriantur, & eorum vexilla columbis ornata & depicta, & splendentia, tanquàm argentum, & aurum, vobis dormientibus iam superstint & immineant. Etiam si vltimum vobis supplicium præsto sit, & columbas
B Assyrij ostendant, victoriæ apud eos symbola: Dominus tamen dabit verbum, dabit victoriam, &c. Et quidem hunc sensum, quem literalissimum iudico, audientibus offero corrigendum.

QVAE-

A

QVAESTIO TERTIA SCHOLASTICA: De scientia indita animæ Christi.

Vtrùm mysterium Trinitatis per scientiam inditam non beatam, Christus euidenter cognouerit. B

SVMMARIVM.

§.1. Ricardus & Lullistæ, quòd Trinitas naturaliter sit scibilis. Pythag. Plat. Arist. Virg. videntur habuisse notitiam eius.

§.2. Refutantur. Quis fuerit Raym. Lullus, & errores eius. Bonũ, Mens, Anima mundi, quid apud Plat. & Sybillas.

§.3. Fide præsuppositâ an discursu naturali possit ostendi esse in Deo Trinitatem, C

§.4. Tripliciter stat rem cognosci, vel per speciem, vel, &c.

§.5. Opinio quòd notitia abstractiua quidditatiua Trinitatis sit viatori communicabilis. Probatur. Laudatur Ægid. Rom.

§.6. Oppositũ ostenditur quatuor rationibus. Explicantur multa de notitijs abstractiuis & intuitiuis.

§.7. Satisdatur argumentis, & in primis primo.

§.8. & 9. Moyses & Paulus recordabantur visionis diuinæ essentiæ, & ipsius essentiæ & quomodo.

§.10. & 11. Quòd essentia diuina non possit euidenter cognosci, nisi per intuitionem, non abstractiue.

§.12. Visio panis consecrati, & non consecrati an differant, &c.

DVB.

A *DVB. 1. §. 13. & 14. Quòd Christus per scientiam infusam nouit euidenter quoad an est, Trinitatem. ¶ Prophetæ & Angeli, habuerunt euidentiam in attestante Trinitatis. Et tamen habebant fidem.*

§. 15. Arguitur contra hanc euidentiam in attestante. soluitur.

§. 16. Per quod medium recordabatur Paulus vidisse Deum.

DVB. 2. §. 17. & 18. An per creaturas siue naturalis siue supernaturalis ordinis Christus nouerit Trinitatem euidenter. Quod in Deo nulla est absoluta subsistentia, sed tres relatiuæ.

§. 19. Creaturæ per se non referuntur ad trinum, sed ad vnum, spiritus sanctus per se ad duos.

B VLTA inuoluit præsentis quæstionis titulus, quæ explicari & euolui, breui temporis gyro mihi ad dicendum præscripto, minimè possunt. Vnum ideò quod prima facie titulus præsefert, reliqua in alium transmittentes locum, differere pollicemur.

DVas tamen quæstiones præambulas decidamus oportet, aduersus quosdam, qui magno, vt ipsi putant, pietatis affectu permoti, contendunt, mysterium Trinitatis rem quidem esse sublimem ac diuinam: at intellectu perfacilem, & quæ omnibus sanæ mentis hominibus, rationi C bus è natura ipsa desumptis, persuaderi possit, propter magnam conuenientiam quam natura ipsa rerum cum diuina Trinitate habet. Hoc existimandi ansam præbuit Ricardus Victorinus, lib. 1. de Trinitate. cap. 4. vbi dicit: Erit itaq; intentionis nostræ in hoc opere, ad ea, quę credimus, in quantũ dominus dederit, non modo probabiles, verùm etiã necessarias rationes adducere. Et statim. Credo nãq; sine dubio quoniam ad quorumlibet explanationem, quæ necesse est esse, non modo probabilia, imò & necessaria argumenta non deesse, quãuis illa interim cõtingat nostram industriam latere. Hoc facit à lib. 3. c. 2. contẽdens multis argumentis lumine naturæ confectis ostendere, in diuinis esse

I. Prima quæstio præambula.

Sententia, quòd natura liter possit Trinitas cognosci.

esse personarum Trinitatem. Quæ collecta & confutata videre licebit apud Marsilium, in 1. q. 2. art. 3. & Diony. Carthu. in 1. d. 3. q. 3. Bonauent. AEgid. &c. Quorum etiam meminit D. Tho. 1. p. q. 32. art. 1. & Opusc. 70. infrà. A

Raymundus Lullus (quem diuinis illustrationibus edoctum iactant sui discipuli) locis citandis, adeò euidenter existimabat mysterium se Trinitatis ostendere, vt Gentiles etiam se cogere diceret ad assensum præstandum. Id efficere nititur ex principijs quibusdam transcendentibus, quæ arte quadam à se conscripta euulgauit. Hanc artem excitatam & propugnatam à multis huius sectæ professoribus videmus hodie. *Raymundus* alter de Sabunde illius Raymundi discipulus, librū cōfecit, quē prętitulauit, Theologia naturalis, seu, Liber creaturarū: in cuius prologo nō semel aiebat, citra supernaturale lumen posse ex creaturis notitiā deduci mysteriorū Dei. Verùm iste prologus nunc temporis in catalogo Inquisitorū sanctè est iussus expungi. B

Patrocinantur his Theologis Philosophi, Aristot. lib. 1. de cœlo, dicit, Pythagoricos propter quēdam ordinem, quem in creaturis obseruabant, solitos esse Deum colere triplici honore, hymno, adoratione, & oblatione. Refert præ alijs AEgydius in. 2. dist. 9. quæst. 2. art. 1. in primo argumento, & latissimè explicat Iacobus de Valētia, super Te Deum laudamus, in illum versum, Tibi Cherubim & Seraphim, & elegantissimè Besarion Cardi. lib. 2. defensionis Platonicæ. c. 5. Quin & ipse Aristot. non omnia dē mente Pythagoræ, sed aliquid etiam ibi de propria mente profert dicens. 1. Cœli. c. 1. Ipsa tria omnia sunt, & ter ipsum omni ex parte. Nam, vt Pythagorici etiam inquiunt, ipsum omne ac omnia tribus sunt definita: Finis enim, medium ac principium, ipsius omnis numerum habet, hæc autem Trinitatis. Quapropter hoc à natura numero sumpto, perinde atq; quadam illius lege, & in Deorum sacrificijs celebrandis vti solemus. Hæc Arist. Quibus satis docet in natura ipsa quandam Trinitatis scintillam emicare, qua conspecta homines acutioris ingenij numinis Trinitatē obseruarunt. Platonis in Epist. 2. ad Dionysium Regem Siculum C

Pythagoræ Plat. Arist Macrob. & Virg. de Trinitate sententia.

A lum, verba sunt ista: Ais non sufficienter tibi à me de prima natura demonstratũ fuisse: Dicendũ est igitur tibi per ænigmata quædã, vt si quid huic tabellæ, vel mari vel terra contingat, qui eam legerit, intelligere non possit. Est autem ita: Circa omnium Regem cuncta sunt: ipsius gratia omnia: ipse pulchrorum omnium causa: circa secundum secunda; Tertia circa tertium. D. Thom. Opusculo. 70. q. 1. art. 4. ad. 8. & 9. & August. Eugubi. l. 2. de perenni philosoph. cap. 3. & Bessarion Cardin. lib. 1. Platonicæ defensionis. c. 2. huius meminere latissimè, D. etiã Cyrillus, aduersus Iulianum Imperatorem. Sed breuiter Marsilius Ficinus, in argumento ad hanc secundam Platonis epistolam ænigma illud explicabat his verbis: Circa omnium Regem cuncta sunt, ideſt, circa ipsum Bonum sunt ideæ, & per ideas omnia. Circa secundum, ideſt, Mentem, sunt secunda, ideſt rationes quæ sequuntur Ideas. Circa tertiũ verò tertia, ideſt, circa animam mundi, formæ. Hæc ille. Quid verò per Bonum, Mentem, Animam intellexerint Anaxagoras, Plato, Aristoteles, minimè dubitant qui in humanioris Theologiæ studijs versati sunt. Certè secretò & quasi velata facie insinuabant personarum diuinarum Trinitatem: licèt quid dicerẽt non penitus intelligerent: Nam nomine Boni Patrem æternum quodammodo significabant, quòd totius bonitatis fons esset atq; principium. C Per Mentem verò Filium à Bono illo genitum per intellectũ. Animæ verò nomine sanctũ Spiritũ, *omnia replentem & animãtem, & super omnia incubãtem atq; fouentem, vt dixit Moyses in Geneseos initio, Spiritus Domini ferebatur super aquas.] Quo circa Macrobius nõ Christianus, lib. 1. in Somnium Scipionis. c. 2. christianissimè loquitur, ab illo: Scienduũ est nõ in omnẽ disputationẽ Philosophos admittere fabulosa, &c. Et infrà. c. 6. paulò post initiũ sic ait: Aut Deus summus est, aut Mens ex eo nata, in qua species rerum continentur, aut mundi Anima, quæ animarũ omnium fons est, &c. Et. c. 14. eiusdem lib. 1. latiùs ab illo: Deus qui prima causa est, &c. Et infra hic dicit: Hunc rerum ordinem & Virgilius expressit nã & mundo animam

Plat.

Bonum, Mens, Anima mundi quid apud Platonem.

*

Genes. 1.

Verba Macrobij

Virgilij.

Animam dedit, &, vt puritati eius atteſtaretur, Men- A
tem vocauit:

——Cælum & terram, camposque liquentes,
Humentemq; globum lunæ Titaniaq; astra,
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet:
Inde hominum pecudumq; genus, &c.

Spiritus intus alit, ideſt anima, ſicut alibi pro ſpiramento, animam dicit, Quantumignis animæq; valent: & vt illius animæ aſſereret dignitatem, Mentem eſſe teſtatur, Mens agitat molem. Necnon, vt oſtenderet ex ipſa anima conſtare & animari vniuerſa, quæ viuunt, addidit: Inde hominum pecudumq; genus, &c. Hæc ille. Quid rurſus Platonici de Bono ſenſerint, latiſsimè tractat Euſeb. Cæſarien. lib. 11. de præp. Euangel. capit. 11. Et nonne idem Virgilius, in Pharmaceutria, ternariũ etiam magnopere commendauit? B

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia circundo, terq; hæc altaria circum
Effigiem duco: numero Deus impare gaudet.

Vnde obſecro in mentẽ venit Virgilio quòd impari Deus numero gaudeat? quodq; numero ternario toties replicato inuocandus eſſet & adorandus? niſi in ipſa rerum creatarum natura, cùm ingenitum quoddam diuinarum ſcientiarum ſemen ſit, tùm verò maximè myſterij Trinitatis.

II. Quòd ſine diuino flamine nõ poteſt Trinitas innoteſcere.

VEruntamen perabſurda & erronea eſt talis opinatio eorum, qui naturali lumine oſtendere naturam Trinitatis contendunt. Quocirca Ricardus de Sancto Victore aut explodendus aut piè explicandus nobis eſt, cum D. Thom. 1. p. q. 32. art. 1. De Raymundo autem quid Theologi ſentiant facilè dicam. Bernard. de Lutzemburgo in catalogo hæreticorum, verbo, Raymundus Lulli dicit, doctrinam ſuam habuiſſe à Diabolo, licet ipſe aſſerat habuiſſe in quoddam monte à Chriſto ſibi apparente in forma Crucifixi, &c. Pòſt recitat quaſdam eius hæreſes Trinitatem concernentes. Gabriel Prateolus Marcoſius, Elenchi hæreſum libro. 16. verbo Raymundus Lullus, idem ad ver- C

De Raymũdi, & Lulli ſtarum erroribus.

bum ex.

A bum ex Bernardo præallegato refert. Sed & in libro qui dicitur, Directorium Inquisitorum, parte. 2. in tract. de 58. quæstionibus, quæst. 9. dicitur, à Fratre Nicolao Eimerici. Ord. Prædic. fuisse præsentata Gregorio .XI. Pont. Max. viginti volumina Raymundi Lulli: & de mandato Pontificis commissam fuisse causam Cardinali Hostien. qui simul cum viginti Magistris Theologis condemnarunt quingentos articulos erroneos; de quibus centum inseruntur Directorio. Et. 96. est, omnes articulos fidei & Ecclesiæ sacramenta ac potestatem Papę posse probari per rationes necessarias, demonstratiuas & euidentes. Ex lib. de articulis fidei, & lib. Contemplationum, & lib. de Eccle
B siastic. prouerbijs, & lib. de planctu Raymūdi. Prætere à. 97 error erat iste: Fides est necessaria hominibus insciis, rusticis: & homines grossi ingenij & illiterari diligunt noscere articulos fidei per fidem & non per rationem. Sed homo subtilis facilius trahitur per rationem, quàm per fidē. Ex lib. contemplationum. Et. 98. est: Qui cognoscit per fidem ea quæ sunt fidei, potest decipi, sed ille qui cognoscit per rationem, non potest decipi. Et. 100. error erat: Deus contulit ipsi Raymundo istam artem & doctrinam generalem in quodam monte, qui sibi apparuit crucifixus, & contulit eam sibi pro huius sæculi tenebris illustrandis. Ex prolog. lib. sent. & lib. de planctu Raymūdi. Sed & post centum errores commemorantur alij Lulistarum, idest, discipulorum Raymundi, quorum primus est, Doctrina Ray-
C mundi excedit omnem aliorum doctrinam in bonitate & veritate, etiam Augustini. Tertius, Theologi nostri temporis nihil sciunt de vera Theologia. Quintus: Omnes doctrinæ destruentur nisi doctrina Raymūdi, &c. Insuper Ioannes Gerson Parisiensis Cancellarius, & Petrus Cirue-lo Darocen. huius Salmantinæ ecclesiæ Canonicus lib. de. 9. quæstionibus paradoxicis. quæst. 6. metaphysicali satis inuehuntur in Raymundum, & dicunt, illusum illum fuisse à Dæmone transfigurante se in Angelum lucis, & omnem eius artem esse phantasticam & inutilem. Genebrardus nostri sæculi diligentissimus scriptor lib. 1. de

Trin.pag.20. idem in hac causa iudicium tulit.Sed quid. A
quid sit de hac arte (nam à multis & eruditis & catholicis in multo habetur pretio) quod tamen de mysterio Trinitatis sentit, hæreticum est. Nam, vt habent aurea illa sanctissimi martyris Cypriani verba (alijs enim testimonijs & rationibus illam imaginationem refeliere non est opus): Certè sibi soli nota est Trinitas, & solus Pater scit Filium, Patremq; nouit Filius, neque à quoquam nisi eo reuelante est cognitus. In hac diuini magisterij schola Pater est qui docet & instituit: filius qui arcana Dei nobis reuelat & aperit: Spiritus sanctus qui nos replet & imbuit. Hæc ille in sermone de Baptismo Christi & manifestatione Trinitatis. B

Quomodo Philosophi agnouerint Trinitatis mysterium

Prima explicatio.

Id verò argumentum, quod ex authoritate Philosophorum petebatur (nam omnes Philosophi, omnes Sybillæ, & quotquot ex gentilibus adduci possunt, mysterium Trinitatis videntur olfeciſſe) dicendum est cum Alberto, Dionysio, Marsilio, & S. Thom. suprà, multas solutiones habere: nam primò dici potest, non per propria vt fides docet, sed per communissima quædam appropriata & attributa explicasse & cognouisse Deum esse summum Bonum, esse Mentem purissimam, esse Animam benignissimam & causam rerum. Quòd si tria hæc vt distincta cõcipiebãt, errabãt planè toto cœlo, nã Mẽtem inferiorem & factam à Deo putabant: Animam etiam vtroq; inferiorẽ & factã, & alia plura his similia, quibus ignorantiam apertè testabantur se huius habere mysterij. Le C

Secunda.

ge S. Tho. in præcitato opusc. 70. q. 1. ar. 4. ad. 2. &. 8. Dici etiã potest secũdò, habuisse eos quidẽ Trinitatis notitiã, nõ naturę lumine, sed quia libros legis & prophetarũ legebãt, vt dicit ac inculcat sæpiùs Euseb. præsertim lib. 11. de præp. Euãg. c. 10. Clem. Alex. 1. strom. c. 9. Irin. 2. lib. c. 9. Medin. 2. de Rect. in. D. fid. c. 9. Aut tertiò, quia per cõsultationẽ Dæmonum addiscebãt; vt dicit Dion. Carth. ex Petro de Taran. Aut quartò, vt ego existimo, reuelante illis Deo & interiùs suggerẽte illa mysteria, vt dicerẽt scriberẽtq; ad suorũ errorũ confutationem, & fidei persuasionem: vtque in

Tertia.

Quarta.

corum

A eorum libris arma, quibus illos expugnare possemus, habe
remus. Nam quòd numine diuino Sybillæ afflatæ tàm mul
ta de fidei mysterijs dixerint, dicunt August. lib. 18. de
Ciuit. c. 23. Hiero. contra Iouinia. Lactantius lib. 1. diui-
narum institutionũ, Eusebius, & alij. Quintò etiam dicen
dum videtur, per traditionem, de ore in os déq; pectore in
pectus, transfusam esse ab Adamo, à Moyse, ab Abrahamo,
à Noe & alijs ad Gentiles mysteriorum fidei notitiã. Nam
cum AEgyptijs Græci conuersati sunt, teste Euseb. lib. 10.
de præparat. Euan. c. 2. fusissimè ex Iosepho multa mu-
tuantẽ, videlicet Thales Milesius, Pythagoras, Solon,
Plato. AEgyptij autem edocti ab Hebræis fuere, quandiù
B inter eos diuersati sunt à tempore Iacob ad tẽpora Moysi.
Ab his ergo Pythagoras & Plato & alij Philosophi obscurè
aliquid de fidei nostræ mysterijs acceptum illud ad Philo-
sophiæ præcepta accommodarunt, & posteris vera falsis
commiscentes tradiderunt, vt verbis vtar Genebrardi, lib.
1. de Trinitate. pag. 19. & docet D. August. 2. de doctrina
Christiana. c. 28. & li. 18. de Ciuitat. c. 37. Vide Theodoret.
lib. Græcan. affect. Euseb. lib. 10. de Præparatio. euangel. c. 1
2. & 3. Iustin. ad Gẽtes; Iosephũ cõtra Appionẽ, Sixt. Senen.
lib. 2. Biblioth. verbo, Sybilla. Eugub. lib. 1. de Peren. Philos.
c. 1. & S. Thom. 1. p. q. 32. art. 1. Dionys. 1. d. 3. q. 3. latissimè.

Sybillæ numine diuino afflatæ sunt.

Quinta.

Ab Hæbrẽis didicerũt Gentiles.

III.

Secũda quæstio præambula.

An fide præsupposita possit demõstrari Trinitas.

VTrùm verò non solis naturæ viribus, sed fide præsup-
C positâ, tales demostrationes Trinitatis haberi possint,
dubium est. Nam Raymundus dicebat, huiusmodi euiden
tes demonstrationes de arcano Trinitatis mysterio haberi
posse, præsuppositò tamen diuino lumine. Quibus demon
strationibus iam confectis, necessariò conuincebãtur Gen
tiles & Iudæi, modò non essent in infidelitate obstinati,
assentiri prædictis mysterijs. Fauent Henricus Gand.
quodlib. 8. q. 14. vbi. initio & ferè per totam quæst. ad-
nititur Ricardum defendere, & demùm concludit quæstio
nem his verbis: Articuli fidei considerantur vno modo, vt
credibilia solùm, & sic non innituntur nisi lumini supernа
turali & non possunt demõstrari. Alio modo possunt con-
siderari vt intelligibilia, postquam sunt credita, & sic non

tam innitũtur lumini supernaturali quàm naturali, & sic de mõstrari possunt. Et rursus fusè & latè idem conatura strue re, quodlibe. 12. q.2. Idem vidẽtur docere Marsilius loco citato, D. Bonau. lib. Itinerarij, & lib. Breuiloquij, quem refert Diony. suprà, in.1.d.3.quæst.3. A

Responsio negatiua. Nos tamen vnica ratione probabimus huius sententiæ falsitatem: Si enim de lege communi, haberi potest demõstratio de mysterio Trinitatis, etiam suppositâ fide, iam qui huiusmodi demõstrationem assequutus esset, fide non indigeret: imò fidem habere non posset. Dicit Raymundus, illum habiturum fidem in præparatione animi: nam paratus esset illud credere mysterium, si de eo demonstrationem non haberet. Sicut de Christianis Philosophis vulgò dicimus, eos in præparatione animi tantùm, fidem habere de existentia, vnitate, æternitate & bonitate Dei, quoniam de his demonstrationem habent. Verumtamen quanuis exemplum de Christianis Philosophis adductum bene habeat, at sanè doctrina illa perabsurda est. Eo enim ipso quòd de omnibus fidei mysterijs, aliquis, etiam supposito lumine supernaturali, demõstrationes conficeret, iam nullius mysterij fides reliqua illi esset, quandoquidem omnium haberet demonstrationes. Dicere verò quòd in via & de lege communi, quis, loco fidei, demõstrationem & euidentiam mysteriorum supernaturalium habeat, & nullam fidem, est planè contra illud Pauli: Per fidem ambulamus & non per speciem. Et, Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Et, Iustus ex fide viuit. Et, Iuxta fidem hi omnes defuncti sunt, &c. Si ergo omnes sancti vtriusque testamenti, ipsique Apostoli Christi, alijque permulti & illuminatissimi & magno & excellenti ingenio præditi, fidem quo ad vixerunt in hac vita, exuere minimè potuerunt, neque vnquam aliquis illas adinuenire potuit demonstrationes, quibus diuinorum mysteriorum sibi compararet euidentem notitiam, & sic fidem à se depelleret: profectò vanum est asserere quòd id fecerit Raymundus cæterique Lullistæ aut Henricus, Ricardus aut quisquam alius, etiam mediante

Obiectio. B

Diluitio. C

2.Corin.5. *1.Corin.13.* *Rom.1.* *Abac.2.* *Hebr,4.* *&.11.*

A mediante fide & suppositâ diuina reuelatione, quam de lege communi omnes fideles, per Dei gratiam, habent. Verum est tamen quòd Henricus, Quodlib. 12. citato. q. 2. superius clariusq; lumen, quàm sit lumen fidei, videtur exigere ad huiusmodi demõstrationes Trinitatis inuestigandas. Quidquid tamen sit de hoc, id certum esse debet, tales demonstrationes commemoratas mysteriorum supernaturalium excludentes fidem, à viatore non posse de lege comparari. Vnde quid citra legem à Deo hac in parte fieri possit, quid ve cum anima Christi Domini (cui non secundum legem & ad mẽsuram datus est spiritus sapientiæ & intellectus, sed thesauri sapientiæ & scientiæ Dei tra-
B diti) factum fuerit, explicemus.

Ioan. 3. Colos. 2.

IIII. Quæstio præcipua disputanda.

QVæstio itaque hinc inde excutiẽda & agitanda ea est, An, citra visionem beatificam, alicui Viatori cõmunicari possit, aut communicata vnquam fuerit animę Christi euidens notitia Trinitatis.

Tribus modis stat rem cognosci.

Ad huius intelligentiam præmittamus oportet, tres à D. Thom. enumerari modos, quibus res cognosci potest. 1. p. quæst. 56. art. 3. Primus est, quando nulla specie aut similitudine media, res ipsa immediatè conjũgitur potẽtiæ cognitiuæ; quo quidem modo lux ab oculo corporeo cernitur, vt dicit D. Thom. ibi & in. 2. Sentent. d. 13. q. vni. ar. 3. in corpore. & de ver. q. 8. ar. 3. ad. 17. & q. 14. ar. 8. ad. 4. & similiter vnusquisq; Angelorũ suam intuetur essentiã, vt
C habet idem. 1. p. q. 56. ar. 1, 2. & 3. & lib. 2. contra Gent. latè: quo etiam modo beati in patria diuinam contemplantur naturam, vt docet. 1. p. q. 12. ar. 2. & 3. p. q. 11. ar. 1. & vbiq;.

Secundus modus, quo res cognosci valet, est per propriam similitudinem vel speciem immediatè missam ab obiecto & receptam in potentia: quo quidem modo albedo conspicitur à potentia visiua, & quidditas rei materialis ab intellectu humano. Tertius modus est quo res cognoscitur, non per se ipsam immediatè, nec verò per propriam sui speciem, sed per speciem alterius rei habentis aliquem intrinsecum ordinem ad illam aliam, siue causæ ad effectum, siue effectus ad causam, siue similitudinis & analo-

giæ, &c. Et hoc modo per speciē fumi cognoscitur ignis, A
& per speciem ignis fumus, & per speciem creaturarum
Deus, & per speciem imaginis res imaginata.

Et quidem ex his tribus cognoscendi modis, primus ad nos non attinet, nam firmiter asserimus, animam Christi mysterium Trinitatis primo illo modo, ideſt, per visionem beatificam noscere, vniente sese diuina essentia ipsi animæ Christi. De secundo verò modo est præcipua dubitandi ratio, nempe, An speciem aliquam, propriam suæ diuinitatis communicare Deus animæ Christi potuerit, per quam abstractiuè, quidditatiuè tamen & euidenter diuinitas conspiceretur. Non tamen inquirimus, Vtrùm ne beatifica visio per mediam speciem diuinæ na- B
turæ fieri possit, nam hoc alibi tractandum est: & verisimum censeo, data illa specie, non ideò desinere visionem illam esse beatificā & intuitivam, vt inferiùs obiter ostendemus. Tertius etiam cognoscendi modus pertractandus relinquitur, An per speciem alterius rei, videlicèt, alicuius creaturæ, potuerit, saltem quantùm ad quæstionem, an est, anima Christi, extra facialem Dei visionem, cognoscere euidenter mysterium Trinitatis. Quartus item alius modus, qui prætermissus est à D. Thom. quoniam ad suum propositum minimè faciebat, non est à nobis prætereundus, quoniam ad nostrum facit. An etiam quo ad, an est, vel quia est, potuerit per reuelationem & attestationem claram Dei, citra visionem beatam, innotescere mysterium Tri- C
nitatis euidemter. Et ad hos modos reliqui reduci possunt, qui interdum apud probatos authores varijs nominibus distincti reperiri possunt.

V. *Primū dub. princip. An notitia quidditatiua ab stractiua Trinitatis dari possit.*

ERgo primum dubium principale illud erit, An animæ Christi & cuiusuis alterius viatoris communicari possit notitia quidditatiua, ideſt, quantùm ad quæstionem quid est, abstractiua tamen & nō beatifica & facialis, huius mysterij. Idq; per propriā speciē Trinitatis (si enim quidditatiua est, per propriam speciem esse debet) quam quidem speciem Deus produceret sui ipsius, nō quatenus ipse esset obiectum cognitionis (hoc enim modo contendit

A dit D. Thom. speciem Dei dari non posse, quæ, scilicèt, ab ipso Deo tanquàm ab obiecto naturaliter proficiscatur sicut species, quæ proficiscitur ab albedine) sed inquantùm Deus ipse esset efficiès & agens talis speciei.

1. Opinio affirmatiua.

Est prima opinio, quæ hunc dicendi modum amplectitur. Dicit, scilicèt, mysteriorum fidei bene posse Deum communicare viatori notitiã euidentem, quidditatiuam, abstractiuam, non beatificam, &c. Ita sentiunt innumeri Theologi, quos debitò statim ordine percensebimus. Verùm hæc vt sententia percipiatur, notandum est per notitiã abstractiuã, Gab. q.1. prologi ar.2. notab.2. ex Gersone, intelligere eam, quæ abstrahit ab existentia rei, qualis est

B notitia qua cognoscimus rosam, quæ tamen rosa nõ existit hybernis his noctibus, quibus ista scribuntur. Scotus verò in 2.d.3. q.9.§. Ad quæstionem igitur. & in Quodlibetis, & vbique locorum, intelligit eam notitiam, quæ licèt non abstrahat ab existentia, abstrahit tamen à præsentia rei. Vt si quis rem alicubi existẽtem, non tamen sibi præsentem, cognosceret, diceretur abstractiuam eius habere notitiam. Vt Astrologus domi suę latens, tempore quo re vera eclipsis existit, cognoscit euidenter eclipsim esse, abstractiuè tamen, quia absens illi est. Sic explicat mentem Scoti Dur. q.3. prologi, numer. 7. Franciscus de Maironis. q.17. Argentina. q.3. art.1. Franciscus de Christo. q.2.

Vera explicatio notitiæ abstractiuæ & intuitiuæ ex Scoto.

Doctores pro hac sententia.

Igitur doctores qui huic parti suffragantur, sunt graues

C imprimis & docti. Scotꝰ in illa. q.9.d.3.§. Dico igitur breuiter. apertè dicit, de facto communicatam fuisse hanc speciẽ Angelis, initio suæ creationis, repræsentãtem quidditatiuè diuinam essentiam abstractiuè. Quanuis autem deinde sentire videatur, quòd per talem speciem non cognosceretur personarum Trinitas, sed solùm natura diuina, qua ratione præscindit à personis: tamen statim in oppositam declinat partem. Nam cum sibi obiecisset in hunc modum dicens: Quando supposita sunt in natura, ex naturali necessitate intrinseca, illud, quod est ratio distinctè cognoscendi naturam, erit ratio distinctè cognoscẽdi supposita: & tunc videretur quòd Angelus posset

cognoscere naturaliter essentiam diuinam in tribus sup- A
positis,&c. Hoc non negat Scotus,sed solùm ostendit mo
dum,quo id tunc fieret:dicit enim,quòd illa talis cognitio
non esset naturalis, sed supernaturalis, quia esset ab specie
illa intelligibili,tanquàm à causa supernaturali & superna
turaliter agẽte,licèt quodãmodo posset dici naturalis, quia
posset Angelus specie illa vti naturaliter. Idipsum habet
expressiùs & ad nostrum propositum accõmodatiùs, in
Quodlibet.quæst.7.conclusione.2.

Franc.de Mairo.q.15.prologi.ar.2. conclusione.2.sub
scripsit eidem sententiæ,dicens: Intellectus noster super-
naturaliter eleuatus, citra beatitudinem, potest per ali-
quam speciem infusam cognoscere diuinam essentiam B
sub propria ratione & specifica. Et concl.4.&.q.16.&.17.
idem tradit. Idipsum habet Aureolus,q.2.prolog.ar.3. &
alij, quorum loca & nomina videre licet apud Alphon-
sum Tolet. Archiepisc.Hispalensem & Augustinianũ Ere
mitã, quæst.1. prolog.art.3.&.4.His annumera Ioannem
Maioris, quæst.3.prologi ad.4. dubitationem, vbi contra
Durandum multis contendit,posse Deum communicare
viatori notitiam euidentem abstractiuam Trinitatis distin
ctam, sicut Presbyteri Ioannis existentis in India: Allia
censem,S.R.E.Cardin.quæst. 1. prologi. art.2. latissimè.
Et Ioannem Basolis, & Liquetum Scoti interpretem.
Sed & Thomas Argentinensis, Generalis nostri ordi- C
nis.q.3.prolog.artic.1.in initio, idem in hac eadem parte
sentit.Quanuis consilium suum in melius post pauca retu
lerit.Idem sentiunt alij, qui initio lib.1.sent. hanc quæstio
nem sub præscripta à nobis forma proposuerunt & dispu-
tarunt.Quanuis nostris hisce tẽporibus,doctores isti apud
nostrum hoc Theologiæ gymnasium tàm in obscuro dor-
miant,vt nullus ferè sit qui ipsos excitare, nedũ puluerem
excutere, quem ob nostram incuriam contraxerunt, aut
possit aut velit.Sed manuscriptis codicibus auidissimè ar-
reptis,quò à molestia euoluendi libros veteres leuari possi
mus,Professorum Theologiæ nomenclatura arrogantissi-
mè honorari percupimus. Sed vt ad locum vnde digressa

Contra eos qui libros veteres non euoluũt,sed solũ nouos, & manuscriptos.

est

A est, oratio reducatur, dico, cõplura esse huius sententię argumẽta, quæ in mediũ producere nõ grauabor, vt impugnata illis veritas & examinata, vt aurum igne magis fulgeat.

Primò ergo arguitur ratione Scoti: Quidquid Deus potest facere mediante sua essentia, potest immediatè per suam voluntatem, cùm voluntas diuina sit causa prima & immediata omnis motionis ad extra: sed mediante sua essentia in ratione obiecti cogniti, potest causare notitiã claram & euidentem de essentia sua, ergo poterit immediatè per suam voluntatem, non concurrente sua essentia. Talis autem notitia non erit intuitiua, quia abstrahit à præsentialitate essentiæ diuinæ, igitur abstractiua. *Argumẽta huius sent.*

B Secundò, & est argum. Mairon. suprà: Quandocunque sunt aliquæ potentiæ adæquatæ, quidquid potest vna, potest & alia: sed memoria, intellectus & voluntas sunt potentiæ adæquatæ, ergo, cum intellectus Pauli & Moysi cognouerint per intellectum diuinam essentiam, dicendum est, quòd potuerunt eius per memoriam recordari: hoc autem fieri debuit per aliquam speciem, qua abstractiuè cognosceretur obiectum, ergo. Scio Caiet. 1. p. q. 56. art. 3. ad fin. dicere, quòd quãuis potuerit in intellectu Pauli & Moysi manere species rerũ visarũ in obiectò, non tamẽ ipsius obiecti. Verùm hæc explicatio faciliùs refellitur quàm asseritur hoc argumento, quod ex Scoto desumitur.

C Tertiò itaque arguitur ex Scoto, in 4. d. 45. q. 3. dicente, Quòd recordatio est duplicis obiecti: vnius remoti, scilicet, illius circa quod recordans aliquando habuit actum: & alterius vt proximi, scilicèt, ipsius actus præteriti habiti circa tale obiectum, verbi gratia, recordor me vidisse Petrum: proximum obiectum huius recordationis est actus ille, quo vidi Petrum: obiectum verò remotum est Petrus ipse, quem vidi. Ex his ergo sic formatur argumentum: Fieri non potest, q. quis recordetur euidẽter sui actus, quo vidit Petrũ, nisi actu cogitet & cognoscat Petrũ. Imò nihil aliud est me recordari actus mei quo vidi Petrũ, nisi recordari ipsius Petri, vt à me visi; ergo illius species reseruari debet in potentia recordatiua, si illius debet homo recordari. *Omnis recordatio est gemini obiecti.*

Cum ergo Paulus recordaretur vidisse se diuinã essentiã, A
vt modò supponimus, & infrà tractabimus, fit vt aliquam
speciẽ haberet diuinæ essentiæ, & ex consequenti notitia
abstractiua, quidditatiua, euidens Trinitatis dari potest, ci
Cõtra Caie. tra beatitudinem. Cõfirmatur cõtra Caietanũ: quia intel
ligi non potest quomodò D. Paulus recordaretur rerũ in
diuina essentia visarum, & non diuinæ essentiæ. Res enim
illæ quas in essentia diuina viderat, nihil sunt aliud quàm
diuina ipsa essentia, dicẽte D. Anselmo, Creatura in Deo
est creatrix essentia. Qua ergo ratione dici potest, recorda
ri Paulum rerum in Deo visarum, & non eius essentiæ?

Quartò arguit Maior q.3.prologi, circa finẽ, contra Du
rand. sic: Quidquid Deus potest facere mediãte causa se- B
cunda in genere causæ efficiẽtis, potest facere se solo: sed
mediante notitia intuitiua, potest Deus alicui cõmunica-
re notitiã abstractiuã Deitatis, qua cognoscat, quòd Deus
est trin⁹ & vnus, ergo hoc potest facere sine notitia intui
tiua. Prosequitur Maior dicẽs: Si notitia intuitiua efficien
tiam habeat respectu abstractiuæ (quemadmodum debet
dicere, scilicèt, Duran.) videtur maior vera: &, si sit dispo
sitio prævia subiectum disponens, eodem modo currit ar-
gumentum: talis dispositio non requiritur respectu Dei.

Postremò: Quidquid dicat Duran. q.3.prologi.nu.14. C
nullum apparet incommodum, q⁹ me intuitiuè videte ali-
quam rem, Deus subtrahat obiectum, & cõseruet in mea
potentia eundem numero actum cognoscendi: qui, licèt,
propterea quòd obiectũ est absens, nõ debeat dici cogni-
tio intuitiua, at certè abstractiuam dici & esse, non est in-
conueniens, vt Sotus, dũ olim scriberet lib.1. Summula-
rum c.3.de termino mentali, etiã asseruisse videtur. Con-
firmatur, Quia in sacramẽto Eucharistiæ, in quo Deus mi
raculosè remouet panem, aliquo infidele ipsum cum suis
accidentibus intuente, & illum esse panem intuitiuè iudi-
cante (licèt nullam cognitionem in hac vita nos habere
posse intuitiuam, contendit Franciscus de Christo, quæ-
stione 1.prologi, cõtra Mai. in fin. ad 1. & Scot. in 4.d.45.
q.3. & quodlib.9. & 13.) cõtingit eandẽ cõseruari cognitio-

nem

A nem in absentia obiecti, vt Sot. dicit. 4. Sentent. distin. 9. quæst. 2. art. 5. propositione 1. Poterit ergo Deus, quæ sua est potẽtia, hoc ipsum facere cum beatis, auferre, scilicèt; ab eorum intellectibus suam diuinã essentiam, & in ipsis visionem, quam paulò ante habebant, conseruare: quę eadem numero manens diceretur abstractiua, nam nihil pugnat, vt optimè dicit idem Alphon. Toletan. quæst. illa. 1. artic. 1. propositione. 5. quam colligit post impugnationem sententiæ Aureoli, dicens: Manente eadem notitia numero quantùm ad eius absolutum, qua nunc Angelus vel homo cognoscit rosam intuitiuè, rosa desinat esse prę-
B sens intellectui in se ipsa, & fiat præsens in eius imagine vel specie, patet quòd eadem notitia numero non variata in aliquo absoluto, quæ priùs fuit intuitiua rosæ, nunc erit abstractiua eiusdem. Nõ enim sine causa dixit Aristoteles 2. de anima, text. 138. Abeunte sensibili manet visio in oculo. Quod & dixit D. August. 11. de Trinit. c. 1.

SVPERIVS dixisse me memini, non hîc à me in dubium esse vocandum, an beata ac facialis visio Beatorum, media specie aliqua possit fieri. Quoniam hanc controuersiam à meo instituto paulò alieniorem iudicabam. Et in eadem adhuc perstio sententia. Quoniam tamen tanquam basis ac fundamentum dicendorum illa disputatio supponatur, ac præmittatur necessum est, & eam mi-
C hi præmittere per tempus non licet, remittere libuit diligentem Lectorem ad AEgidium, qui in Defensorio Diui Thomæ, artic. 1. rem hanc pro virili parte tractauit. Vtque vel semel ego à proposito scopo digrediar, Thomistas certiores volo reddere, multis titulis obstrictos se teneri Aegidio Romano, primùm quidem Generali nostri Ordinis Magistro, Archiepiscopo deinde Bituricensi, ac demum S. R. E. Cardinali longè dignissimo. Fuit is Diui Thomæ Aquinatis discipulus & auditor non degener, nã in eius doctrina tãtos fecit progressus, vt Doctoris Fũdamentarij cognomentum iure sortitus sit. Tantęque fuit erga præceptorem obseruantiæ, vt non solùm in eum nunquã recalcitrauerit, ac licenter eius vestigia conculcauerit,

AEgidius Rom. quis fuerit; & quantum ip si debeant D. Thomæ & Thomistæ.

rit, sed ipsius potius doctrinam acerrimè propugnauerit. A
Fuere qui, eò tempore, doctrinam S. Thomæ prorsus abij cerent, aut quia ægris oculis lucem Doctoris Angelici ferre non poterant, aut, vt aiunt, quia nebulones quidam multorum errorum nebulis purissimos eius libros offuderant ac repleuerant. Quamobrem calamum stringere & acuere in Thomæmastyges, necessariũ sibi esse iudicauit AEgidius, aut quia pauci aut quia nulli supererant, qui in defensionẽ D. Thomæ militare; aut possent aut vellẽt. Militauit itaq;, nõ sine gloria, noster AEgidius librũ cõstruendo & euulgando, quem prætitulauit, Defensorium seu Correctorium in Corruptorium Fratris Thomæ Aquinatis Ordinis Prædicatorũ, vbi diligentissimè & acutissimè ab hostium calumnijs asseruit ac vindicauit D. Thomam. Et iam inde factum est, vt paulatim omnes ferè Theologorum scholę susceperint, fouerint, amplexati fuerint D. Thomã. Vides bone Lector Thomista, quãtum nostro debeas Ægidio? Is ergo statim in Defensorij articulo primo, in arenam descendit ac in palæstram vocat aduersarios, & cum eis fortiter dimicat, vt defendat doctrinam Thomisticam, qua traditur, speciem aliquam diuinitatis, per quam Deus intuitiuè ac facialiter videatur, dari non posse. Quem locum AEgidij qui consulerit, idoneum ac probè paratum se sentiet ad sequentem conclusionem percipiendam, quæ talis est.

VI. Non potest Deus dare viatori notitiã abstractiuã, quidditatiuam Trinitatis.

SIT itaque vnica conclusio: Fieri non potest etiam per absolutam potentiam Dei, vt alicui creaturæ communicetur notitia abstractiua, quidditatiua, euidens diuinæ essentiæ seu Trinitatis diuinarum personarũ. Præsens conclusio directè pugnat cum sententia superiùs relata. Eam tenet Dur. quæst. 3. prologi. num. 8. expressissimè, & in. 2. d. 23. q. 2. num. 9. Idem Alphonsus Tolet. Thomas de Argent. Franciscus de Christo, locis allegatis, & Capreolus in. 2. dist. 3. q. 2. artic. 3. ad 2. argum. contra sextam conclusionem: & hæc videtur esse sententia Henrici quodlib. 8. q. 14. Prima ratio pro conclusione est quæ adducitur ab Argentin in illa. q. 3. prolog. art. 1. circa finem in probatione 2. con-

Prima ratio efficax pro concluſ.

C

A 2. conclusionis; quia illa notitia diuinæ essentiæ, aut ferretur immediatè supra diuinam essentiam, vel mediatè. Primum dici nõ potest, quia tunc esset simpliciter intuitiua, de qua modo non loquimur. Restat ergo vt dicatur secundum. Et tunc arguitur: nam illud quod mediaret inter potentiam intellectiuam, & diuinam essentiam, aut mediaret vt obiectum cognitũ, aut vt ratio cognoscendi tantũ. Primum est impossibile, quia tale medium continere deberet ipsam diuinam essentiã, virtualiter & perfectè, sicut causa continet effectum, qui in cognitione causæ cognoscitur virtualiter: aut saltem deberet æquari illi quod per ipsum cognoscitur: sicut effectus adæquatus causæ, ducit
B in cognitionem quidditatis causæ. Sed nullum medium creatum dabile est, quod diuinam contineat essentiã virtualiter, aut illi adæquetur, ergo nullatenùs poterit mediũ aliquod dari per modũ obiecti cogniti, in quo diuina essentia quidditatiuè, & vt in se est cognoscatur. Sed neque medium quod sit ratio cognoscẽdi tantum, id est, species intelligibilis, per quam abstractiuè quidditatiuè Deus cognoscatur, est possibilis, quia posito tali medio, illa cognitio esset plane intuitiua: nam si species medians, quæ habet se, vt ratio cognoscendi tantùm, impediret intuitionem, tunc visio coloris, cum fiat per speciem, nõ esset intuitiua. Restat ergo, vt abstractiua notitia euidẽs, & quid-
C ditatiua dari non possit diuinæ essentiæ. Hanc eandem rationem adducunt Toletanus, Duran. Christ. &c.

Secunda ratio, Quia si cõcedatur aliqua notitia quidditatiua Dei, illa debet esse propria ipsius Dei, sicuti est: nam quæ haberetur per species alienas, qualẽ modò habemus de vnitate, & infinitate Dei per species creaturarum, cũ non fit per propria, sed per aliena & extranea, non habet dici quidditatiua, seu quantum ad quid est, sed solũ quantùm ad an est. Esset itaque per propria ipsius Dei. Quo posito, etiã esset intuitiua, & beatifica, quod negat Scotus. Et probo. Quia notitia intuitiua est notitia rei pro vt existentis actu: sed illa quam haberet viator, esset Dei pro vt existentis actu, ergo esset intuitiua. Maior est Gabrielis, de quo

Non potest dari notitia quidditatiua Dei quin sit intuitiua.

quo Ferrara 2.contra Gentes c.96.§. sed occurrit. Minor verò probatur,quia cũ esset cognitio quidditatiua,vt supponimus, non apparet quomodo abstraheret ab eo quod est de quidditate Dei:existentia autem de quidditate & essentia Dei est, non minùs quàm eius vnitas, eius Trinitas & potentia,&c.ergo sicut non esset quidditatiua Dei, si abstraheret ab vnitate,Trinitate, &c. ita non erit quidditatiua, si abstrahat ab existentia. Dicendum esset ergo quòd non abstraheret ab existentia, & sic nec esset abstractiua, sed potius intuitiua. Scio Aureolum apud Argentin. conari infringere hanc rationem, eò quòd esse & essentia in Deo differunt conceptibiliter: ac proinde notitia illa posset esse essentiæ & non existentiæ. Atque adeò esset quidditatiua abstractiua. Verùm hoc facilius destruitur, quàm astruitur:nam licet ex eo quòd essentia & existentia Dei differunt conceptibiliter, optimè inferatur posse aliquem viatorum,qui imperfectè diuina cognoscũt & non per propria,vnum sine alio concipere:at si conceptio & cognitio est quidditatiua & per propriam speciẽ, fieri nequit quòd vnum ab alio præscindatur, & vnũ sine alio concipiatur in re simplicissima & ipsissima. Sicut qui videret albedinẽ, impossibile esset quòd à visione coloris abstraheret, & qui intelligeret leonem, nõ posset præscindere rationem animalis aut entis,propterea quòd intrinsecè & essentialiter clauditur ratio entis & animalis in leone,ergo,&c.

Obiectio Aureoli.

Dilutio,et cõfirmatio nostræ rationis.

A

B

C

Si verò quispiam cum Scot. & Mairone,qui accuratiùs hac in parte loquũtur,dixerit,notitiam intuitiuam esse rei præsentis,vt præsens est:ac proinde illa notitia viatoris nõ esset intuitiua, quia non esset rei præsentis, licèt esset existentis. Cõtra hoc arguitur, nostram vt corroboremus rationem. Primò quidem quia Deus absens esse non potest ab intellectu, qui omnibus rebus intimus & præsentissimus est:si ergo semel, ablato velo fidei, Deus quidditatiua propriaq; notitia se demõstraret alicui: necessariò deberet etiam intuitiuè se demonstrare,quia absens minimè esset, & sic neque abstractiuè cognosceretur. Secundò,

Non potest dari notitia quidditatiua Dei quin sit beata.

quia

A quia admisso quòd Deus esse absens possit ab intellectu, adhuc tamen notitia substãtialiter esset eadem, modò esset per propria & quidditatiua, & sic potens esset beatificare, quod negat Scot. suprà, dicens illam non fore beatificatricem. De quo adhuc infrà. §. 7. Sanè si in sensu visus continuaretur visio alicuius obiecti, abeunte sensibili, licèt obiectum esset absens, visio tamen intrinsecè & quo ad omne absolutum immutata permaneret, dũmodo maneret propria eius species, quæ vicaria obiecti potestate fungeretur, de quo infrà in solutione ad vltimum. Si ergo aliquis haberet notitiam propriam, expressam & quidditatiuam Dei sicuti est, parum refert, habeat Deum præ-

B sentem vel absentem, ad effectum beatificãdi illum. Certè si beatitudo Astrologi sita esset in notitia eclipsis quidditatiua, & ipse haberet propriã illius speciem, qua quidditatiuè & sicuti est, eclipsim agnosceret & contemplaretur, non minus esset beatus contemplando eclipsim absentem, quàm præsentem. Habemus ergo post tam longas ambages, quòd si daretur quidditatiua Trinitatis notitia, quantumuis esset abstractiua, quia tamẽ esset per propriam speciem, sanè substantialiter esset eadem in perfectione & excellentia, solúmque differret extrinsecè per relationem præsentialitatis. Ac proinde aut esset etiã intuitiua aut saltem beatificatiua, quorum vtrunque Scotus & sequaces constantissimè inficiantur.

C Tertia ratio, quæ præcedentem corroborat, est, quia, vt præclarè demonstrat Argentina suprà, in quarta ratione, præsentialitas obiecti nihil aliud est, quàm relatio quædã, quæ si superueniat & addatur notitiæ abstractiuæ, nullo absoluto in ea variato, facit eam intuitiuam: quandoquidem intuitiua cognitio illa est, quæ, scilicèt, est rei præsentis. Si verò auferatur ipsamet præsentialitas, notitia relinquitur abstractiua, nulla eius facta mutatione. Dicit autẽ Scotus, quòd si sit intuitiua, erit beatificatiua, non verò si est abstractiua. Contra quod sic arguitur: Non est dicendum quòd solùm per hoc quòd illamet notitia ex abstractiua fiat intuitiua, fiat ex non beatificatiua, beatificatiua: alioqui

Intuitiua, & abstractiua notitia solũ differunt extrinsecè, nã substãtialiter sũt vna & eadem.

alioqui relatio sola posita vel ablata faceret nos beatos, A
quod non est dicendum, ergo negari non debet, quòd il-
lamet notitia intrinsecè & suapte natura sit beatificatrix:
atque adeò siue fiat abstractiua, siue intuitiua propter præ-
sentiam vel absentiam obiecti, non tollitur quin sit beati-
Obiectio Aureoli. ficatrix. Sed huius rationis vim Aureolus apud eundem
Argent. conatur effugere, dicens, quòd relatio præsentia-
litatis non beatificat intuentem, sed ipsa diuina essentia,
quæ cũ est potentiæ præsens, nobilissimo modo apprehen
ditur: atq; adeò cum intuitiuè videtur, beat, non sic cùm
Responsio. abstractiuè. Verùm hæc ex dictis facile refelluntur, nam
postquàm in absentia obiecti, adhuc notitia illa est essen-
tiæ diuinæ, distincta, euidens & quidditatiua, conspicitur- B
que essentia ipsa diuinitatis per propria & sicuti est, licèt
abstractiuè: profectò non apparet quomodo desinat esse
beatificatiua. Præsertim contra ipsum Aureolum retor-
quetur argumentum, & contra Scotum, & alios, quos ele
ganter retundit, ac conuincit Aegidius in Correctorio,
seu defensorio in Corruptorem doctrinæ S. Thom. iam
allegato, art. 1. asserentes, posse per potentiam absolutam
Dei dari speciem impressam, qua intuitiuè & beatificati-
uè Deus videatur. Arguitur ergo: nam impressa illa specie
potentiæ, & conseruante illam Deo in absentia obiecti,
quod posse fieri diximus suprà, & dicemus infrà in solu-
tione ad vltimum, iam notitia illa esset beatificatiua, quã-
doquidem esset eadem, atque antea erat, & sic præsentia- C
litas obiecti non ponit, tollitve beatitudinem, sed cogni-
tio quidditatiua euidens, & distincta obiecti, qualem ha-
beret viator ille, vt habet horum Theologorum sententia.

Quarta ratio pro conclusione est, quæ adducitur à Du-
ran. q. 3. prol. Omnis cognitio abstractiua supponit aliam
intuitiuam: sed viatori non potest communicari intuitiua
Refutatur hæc 4. ratio & merito. Trinitatis, ergo nec abstractiua. Qua etiam ratione vsus
videtur Franciscus de Christo. q. 1. d. 3. ad tertium. At hãc
rationem facile est ablegare, quo ad vtramque antecedenti
partem, nam quo ad primam, dicit Mai. aduersus Du-
rand. q. 3. prologi, ad quartam dubitat. dicit etiam Soto in

A in Summulis, quod videtur concessisse Durand. hoc non procedere secundum potentiam Dei absolutam, nã posset Deus infundere alicui intellectui notitiã abstractiuã, sine præuia intuitiua. Nos verò de potẽtia absoluta loquimur. Quod verò attinet ad minorem, facilè etiam est eã refellere, nam nõ est incommodum quòd intuitiuã Deus sui notitiam communicet viatori: imò hæc facilius conceditur quàm abstractiua, sicut cõmunicauit Paulo & Moysi: & tũc hac intuitiua præuia, posset haberi abstractiua de eodem obiecto. Hac ergo quarta ratione posthabita, recurrendum est ad tres illas præcedentes, & præcipuè ad primam iam positam & explicatam.

B AD ea verò argumenta, quæ ab aduersarijs obijciũtur, respondentes, primùm omnium, quod Scotus asserebat, videlicèt, naturaliter posse obtineri ab Angelo hanc notitiam, speciem tamen ad ipsam requisitam esse supernaturalem, hoc inquã à Theologis admitti non debet. Nã si species supernaturalis est, exigit ex natura sua concursum Dei supernaturalem ad operationẽ, id est, ad cognoscẽdum per illam speciem. Diceret aliquis: Forma supernaturaliter, producta, producit & elicit suam operationẽ naturaliter videlicèt, oculus miraculosè restitutus cæco. Sed qui hæc diceret, non attenderet, quòd oculus, licèt supernaturaliter restitutus, est tamẽ forma naturalissima

C animalis, & ideò concursu Dei naturali contẽtus esset ad operandum: nõ sic illa species, quæ cum supernaturaliter produceretur, & esset ordinis supernaturalis, vtpotè quæ obiectum supernaturalissimum repræsentaret, exigeret planè concursum supernaturalem naturæ suæ debitum: sicut gratia, fides, lumen gloriæ, quoniam formæ sunt supernaturales, nisi concursu Dei & motione supernaturali, ad opus applicari non possunt. Quòd si Scotum quisquã tueatur dicens, illam speciem secundùm suam substantiam esse naturalem, licèt supernaturaliter infusam, quæ planè videtur esse eius sententia in illa quæst. 9. sub litera N. in. 2. distinct. 3. atque adeò solo concursu Dei naturali contenta esset. Opponimus, quòd iam natura sua non

VII. Ad Scotũ respõdetur.

Formæ supernaturales exigunt concursum Dei supernaturalem ad hoc vt operentur.

Replica pro Scoto.

Solutio.

haberet infundi, nisi naturaliter, nec haberet operari ni- A
si naturaliter, cùm ipsa suapte natura sit naturalis, licèt ex
accidenti miraculosè & supernaturaliter infundatur &
operetur. Dicere autem, videri posse Deum quidditatiue
& euidenter quo ad personarum Trinitatem, & myste-
ria fidei, per principium naturale perque motionem Dei
naturalem & concursum generalem, non est admodùm
Matt. 17. pium: imò videtur impium & contra illud, Nemo no-
Matt. 10. uit patrem nisi Filius, aut cui Filius voluerit reuelare. Et,
Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reue-
lauit tibi, sed pater meus, &c. Et, Hæc est vita æterna vt co
gnoscant te, &c. Atque adeo hac in parte non possumus
non Scotum deserere, quod inuiti facimus, quãdoquidem ¶
præ alijs nos qui eius cathedræ in hac vniuersitate Salman.
meritis licèt imparibus, præfecti aliquando fuimus, arctiùs
eum tueri & propugnare tenebamur.

Ad primũ. Ad primum ergo argumentorum, quod erat Scoticæ
imaginationis fundamentum, respondetur primò, retor-
quendo argumentum in caput Scoti, quod eadem ratione
probaret, posse Deum per suam voluntatem solam, non
concurrente sua essentia, communicare notitiam intuiti-
uam sui alicui intellectuali creaturæ. Si enim mediante
sua essentia in ratione obiecti cogniti, causat notitiam
intuitiuam sui: & rursus, Quidquid facit mediante sua
essentia, potest facere sola voluntate, non concurrente C
essentia, vt concedit Scot. certè ergo non video, cur non
per voluntatem possit Deus, citra suæ concursum essentiæ,
dare notitiam intuitiuam sui. Sed scio quid huic nostræ
Arguit Aureol. pro Scoto, cõtranos obiectioni Aureolus q. 2. prologi art. 3. pro Scoto respon-
deat; dicit enim, quòd signanter dicitur in illa maxima,
quidquid potest Deus facere, &c. & non dicitur, omne
ad aliquid quod potest Deus facere, &c. Cum enim intui
tiua includat necessariò respectum ad actualitatem &
existentiam & præsentiam obiecti, secundùm Scotum:
abstractiua verò non ideò non sequitur, quòd posset cau-
sare intuitiuam, absente obiecto, ex eo quòd possit abstra-
ctiuam: quia respectum illum ad obiectum præsens sup-

plere

A plere nō potest, in eius absentia: sicut neque patrem sine filio facere. Hanc tamē Scoti Apologiam redarguit optimè Toletanus suprà. Sed quidquid sit de hoc, quoniam in solutione vltimi. §. tantisper in huius difficultatis enodatione immorabimur, pro nunc dicimus, quòd illa maiori æquè probaret Scotus, illam notitiam abstractiuam potentem esse ad beatificandum, quod tamen ipse negat: nam vt in secunda conclusionis probatione ostendebamus. §. 6. non consistit beatitudo Sanctorū in respectu illo ad obiectum præsens, sed in intrinseca perfectione, quam habet illa cognitio, ex eo quòd est quidditatiua diuinæ essentię, Trinitatis, attributorum diuinorum, &c. & est euides, *Solutio.*

B & sicuti est, & per propria, vt ibi ostendimus. Cum ergo omnis notitia quidditatiua Dei sit beatificatiua, vt ostensum est, & Scotus asserat, beatificam non posse dari citra intuitiuam, certè fateri tenetur, neque posse dari aliquam quidditatiuam abstractiuam, sed aut nullam quidditatiuā, aut verò solam intuitiuam, beatificatiuam.

Respondetur secundo cum Argentina suprà quæst. 3. prologi. art. 1. §. Ad primam igitur quæstio. negando illā Maiorem Scoti, scilicèt, Quidquid potest Deus facere mediante sua essentia, potest immediatè per suam voluntatē: quia eadē ratione sequeretur, quidquid potest Deus mediante sua potentia posse immediatè per suam voluntatem sine potētia, & sic posset sine potentia, quod est con- *Altera solutio.*

C tradictio. Item, quia cùm diuina essentia sit totius entitatis & causalitatis pelagus infinitū, dicēdum est, quod nec volitati, neq; alteri attributo competit infinita virtus, nisi in quantum identificatur essentiæ. Prætereà vel hoc competeret voluntati diuinæ, vt voluntas est, vel vt diuina est: non primo modo, quia tunc competeret omni voluntati: nec secundo modo, quia vt sic est idem cum essentia diuina, ergo in nulla actione reali potest ab ea præscindi. Prætereà, Omnem actiuitatē habet voluntas magis ab essentia quàm è conuerso, cùm essentia formaliter sit primus, & purissimus actus: primum autem in quolibet genere est causa omnium aliorum, & hoc realiter in his quę *Attributa Dei nō habent infinitatē, prout præscindun tur ab essentia.*

realiter differunt: vel saltem secundùm rationem in his, quæ ratione differunt. Neganda itaque est illa Maior, scilicèt, Quidquid potest Deus facere mediante essentia, potest facere sola voluntate. A

Adhuc obijcitur pro Scoto cõtra nos.

Quod si quisquã obijciat, vt res hæc radicitùs enucleetur, id quod optimè vidit ipse Argentina, q̃ hæ omnes rationes cõcludũt de essentia diuina, vt absolutè sumitur, & tunc verum est quòd nihil facit voluntas, nisi priùs ordine rationis essentia faciat, & moueat voluntatem: at Scotus non loquitur de essentia hoc modo considerata, scilicèt, absolutè, & secundũ quòd est realis omnium rerum causa, sed secundũ quòd habet rationẽ obiecti in esse intentionali & cognito: sic enim habet rationem quasi contractam, & subordinatam voluntati diuinæ, & essentiæ ipsi absolutè & realiter consideratæ. Itaque essentia ipsa diuina in ratione obiecti subordinatur sibi ipsi in ratione rei, & voluntati: & sic absque essentia secundùm hanc secundam considerationem, posset voluntas, & essentia diuina secundùm primam cõsiderata, causare in meo intellectu illam notitiam abstractiuam, quod contendit Scotus. B

Solutio.

Ecquidem, vt verum fatear, plurimùm mihi arridet modus iste sustentandi Scoticum fundamentum. Atq; adeò aliter à nobis euerti potest, nimirum, statuendo tanquàm firmũ & certũ, causæ effectiuæ mouẽtis obiectiuè vicem, & causalitatem Deum nõ posse supplere: quia omnis cognitio importat intrinsecè respectum attingentiæ ad rem præsentem in ratione obiecti cogniti. Quæ quidem præsentia, esto non sit rei in sua actuali existentia, & reali præsentia (hoc enim optimè posset Deus supplere, quòd esset cognitio vera, & quidditatiua rei non existẽtis realiter, & non præsentis realiter, & de facto cõtingit in notitijs abstractiuis) at necessariò debet esse secundũ præsentiam & existentiam intentionalẽ, seu in esse cognito, & sic in aliquo repræsentatiuo. Cũ verò, vt vidimus, tale repræsentatiuũ Dei nõ possit esse, certè reliquum esse debet, q̃ sola sua voluntate sine essentiæ suæ præsentialitate, dare sui quidditatiuam notitiam, etiam abstractiuam, Deus non possit. C

Deus non potest supplere vicem causæ mouẽtis obiectiuè in esse cognito.

A posſit. Elicitur ſolutio præſens ex Durand. quæſt. 3. ſuprà num. 13. & 14. & ex Franciſco de Chriſto, ſuprà, quæſt. 2. prologi. in ſolutione ad quartum argumentum. Et hactenus de primo iſto dicta ſint: quæ, ſi alicui multa videntur, ſciat ad ſequentium etiam argumentorum deciſionem multum iuuare, quod cum viderit, æqui boniq́ue conſulet noſtram moram prudens Lector.

VIII. Moyſes & Paulus euidēter recordabātur ſe vidiſſe Deum.

AD ſecūdum principale, quod nobis à Mairon obijcie batur, reſpondetur, Diuum Paulum recordari quidē, & ſcire euidenter, ſe vidiſſe diuinam eſſentiam, negamus tamen, id per aliquam ſpeciem, aut imaginem diuinitatis propriā effectum fuiſſe: quandoquidē negamus, illam no
B titiam recordatiuam, fuiſſe quidditatiuā, licèt eſſet abſtractiua euidens, quantùm ad an eſt, ipſius eſſentiæ & Trinitatis. Et quanuis memoria & intellectus æqualē habent latitudinem, ita, vt quidquid intelligimus, poſsimus memorari, non tamen eo modo, quo intelligimus: nā rem quā intelligimus intuitiuè, non poſſumus memorari intuitiuè. Et item, ſi res quam præſentem intelligebamus, talis eſſet naturæ, vt ſine ſpecie per ſeipſam videretur, & ſui ſpeciem relinquere non poſſet impreſſam potentiæ: tunc nō fit vt quidditatiuè poſsimus eius memorari, licet quidditatiuè eam cognouiſſēmus. Huiuſmodi eſt diuina eſſentia: & ideò licèt eam quidditatiuè per intellectū cōſpexerint Paulus & Moyſes, non ſequitur quòd poſsint per memo
C riam recordari eiuſdē diuinitatis quidditatiuè, & per propria deitatis, ſed per aliena, & quo ad an eſt. Quæ omnia in ſequētibus examinānda nobis ſunt, an, & quomodo fieri poſsint. Sed interim vide ſequentem ſolutionem.

IX. Quòd Moyſes, & Paulus recordabantur.

AD tertium principale concedimus primum omnium Scoto, Diuum Paulū non ſolùm recordari euidenter rerum in eſſentia diuina viſarum, ſed ipſius etiā eſſentiæ, quidquid Caiet. in aduerſum ſenſerit, vt ibi dictum eſt in 2. & 3. argumento. §. 5. negamus tamen, illam recordationem fieri potuiſſe per propriā diuinitatis ſpeciem, & quātùm ad quid ipſius diuinitatis, ſed ſolū quantum ad an eſt, vt dicebam modò, & dicam inferiùs. Verum quidem eſt,

quòd Doctores ferè omnes superiùs commemorati, Durand.q.3.prologi, num.19.Franc.de Christo.q.2.ad.5. & Tolet.ar.3.&.4.ad rationes Landulphi. Argent.quæst.3. art.1.ad.7.imò & S.Thom.1.part.quæst.12.artic.9.ad.2.& 2.2.quęstione.175.artic.4.ad.3.& Caietanus ibi, solùm admittunt, quòd Paulus indistinctè & confusè meminerit essentiæ diuinæ, quod quadamtenus ab ipso est insinuatũ. A

2. Cor. 12. 1.Cor.12.siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit, &c. Quod si verum est, facilùs nos ab his tricis & ambagibus extricabimus. Verùm quoniam, vt ego opinor, euidenter, & distinctè visionis illius, atque adeò eius obiecti Paulus meminerat, & in subsequentibus fateri debemus.§.13.distinctam euidentem Trinitatis notitiam, quoad an est, viatori communicari posse à Deo, & communicatam fuisse de facto Christo Domino, citra visionẽ beatificam, vt infrà.§.14.quoniã id videtur innuere S.Tho.3. p.q.11.art.1.idcircò præstat in præsenti dicere, quod dictũ persæpè est, videlicèt, distinctè, & euidenter Paulum recordari diuinæ essentiæ, sed id solũ erat quo ad an est, & per alienas species, vt.§.16.determinabimus. B

Obiectio. Porrò cum obijciturin argumento quarto, Recordatio illa duplex habebat obiectum, scilicet, & actũ præteritũ, & obiectum illius actus: & non apparet quomodò euidentiã habere potuerit de vtroq;, nisi ab vtroq; relictã speciẽ in memoria conseruasset. Respondetur, speciem illam nõ fuisse diuinæ essentiæ, quod erat obiectum illius actus: cuius autem fuerit, dicẽdum est à nobis in subsequẽtibus.§. 16.ad quę iã toties lectorẽ remisimus. Sed patiẽtem aurem præstare debere discipulum, & oculum similiter patientẽ monuit Horatius in Epistolis. *Diluitur.* C

X.

Omnis cognitio terminatur ad aliquod obiectum: nec Deus potest facere oppositum.

AD quartum principale, quidquid sit de his, quæ à Maiore ibi inuoluuntur, rẽpõdetur facilè, oportere, omnẽ cognitionẽ terminari ad aliquod obiectum, & insuper non posse Deum supplere vicem causæ effectiuæ mouẽtis obiectiuè, intelligo, quãtum ad omnia: nam licet possit supplere præsentiam veram ipsius causæ motuè, non tamen eam præsentiam, quæ per speciem, vel per aliud repræ-

A repræsentatiuum fieri solet & debet. Quia, vt supra dicebamus. §. 7. cognitio importat intrinsecè respectum attingentiæ ad obiectum cognitum. Et quia obiectum attingi non potest, nisi in seipso intuitiuè (quomodò attingitur à beatis diuinitas in patria) aut verò per speciem sui, aut in proprio repræsentatiuo: & diuinitatis species aut propriũ repræsentatiuum, vt iam ostendimus. §. 6. in. 1. ratione. conclu. non potest dari; hinc est, non posse dari quidditatiuam diuinitatis notitiam, nisi intuitiuam beatificam (vt dictum est) aut verò imperfectam & quantùm ad an est, vt dixi suprà, & dicam inferiùs. *Ad. 5. Arg.*

Ad quintum respondetur ex ipso Tolet. & ex dictis, ne
B gando, quòd aliquis intellectus habere possit omnia requisita ad abstractiuam notitiã de diuina essentia: nam vt alia prætermittamus, sanè habere non potest essentiam diuinam in ratione obiecti motiui, (quod tamen oporteret habere) nisi intuitiuè, vt eam habent beati: non verò abstractiuè. Patet, nam hoc esse deberet per aliquam speciem obiecti vicariam, aut repræsentatiuum creatũ, quod Deus produceret suæ essentiæ: quod tamen dari omnino repugnat, vt visum est. §. 6. Ad confirmationem respondetur similiter, efficientiam causæ secundæ mouentis obiectiuè minimè supplere posse Deum, vt vidimus §. 7. ad. 1. in fin. & nunc in solut. ad. 4. propter intrinsecum ordinem atq; respectum, quem dicit cognitio, attingentiæ ad obiectũ
C præsens, siue in se, siue in aliquo alio repræsentatiuo: quorum nullum esset in illo casu. Itaq; non esset præsens in se, quia sic solùm est præsens beatis per beatificam & intuitiuam visionem: nec verò esset præsens in aliquo proprio repræsentatiuo, quod dari non posse multoties diximus.

XI. *Notitia dicit intrinsecum ordinẽ ad obiectũ præsens.*

AD vltimum respondetur, quòd Deo subtrahente omnem præsentialitatem obiecti, ita, scilicèt, vt præsens non maneret obiectum potentiæ, nec secundùm se, neq; secundùm speciem aut aliquod aliud repræsentatiuum, impossibile est, cognitionem aut notitiam aliquam remanere, neq; intuitiuam nec abstractiuam, propter intrinsecum ordinem attingentiæ ad obiectum aliquo modo præ-

sens,quem dicit notitia. Concedimus quidem quod asse- A
rebatur in argumento, videlicèt, notitiam intuitiuam &
abstractiuam non differre essentialiter & specificè. Nam
quæ differunt specie,differunt numero,ex Arist. 5. met.c.
de vno:at hæ duæ notitiæ possunt non differre numero,
quandoquidem eadem notitia non variata in aliquo abso-
Eandem nu luto,quæ nunc est intuitiua, verbi gratia,rosæ, posset esse
mero notitiam fieri de intuitiua abstractiuam,& è cõuerso,per solã extrinsecã mutationem. abstractiua eiusdem,si rosa desineret existere, & maneret
præsens potentiæ cognitiuæ per suam speciem. Et rursus,
si fiat præsens non solùm per speciem, sed per se ipsam,
Deo illam de nouo producente, esset rursus notitia intui
tiua,quæ paulò antè fuit abstractiua,vt bene Toleta. tamet
si Dominicus Soto,lib. 1. Summularum. cap. 3. lectione B
vnica,vbi de termino mentali differit,id negare videatur.
Noster Toletan.forsitan hac in parte accuratiùs loquitur,
dicens,manere eandem numero notitiam,& speciem etiã
eandem, quod & ipsemet Sotus tandem seipso doctior
apertè docuit in.4.dist.9.quæst. 2. artic.5. propositione.1.
Quanuis,vt proposit.6. subinfert Toletan. prout includũt
diuersos respectus attingentiæ ad obiectum,nam vna attin
git præsens, altera, absens, dici possunt differre specificè:
sed hæc erit diuersitas speciei accidẽ talis,quãdoquidem se
cundùm substantiam & absolute maneret eadem. Ad rem
ergo: Dico,cum Deus præsens manere non possit intelle
ctui per aliquam speciem aut repræsentatiuum sui, sicut
potest manere rosa, ideò nõ potest Dei dari notitia abstra C
ctiua,sicut datur rosæ. Videatur Durand. quæst. 3. prologi
num.13.&.14.vbi doctè differit, qua ratione potentiæ ani
XII. males,si omnino à suis obiectis distent,nõ possint proprias
Visio panis cõsecrati in Eucharistia an sit eadem & cõtinuetur cũ ea quæ erat prius. sensationes elicere.

AD id verò quod de accidentibus in sacramento Eu-
charistiæ, post consecrationem remanentibus,oppo
nitur,dico,siue sit eadem siue alia notitia illorum acciden
tium,panis ve,hoc tamen certissimum esse debet,scilicèt,
idem obiectum, aut in se, aut in sui specie & similitu-
dine in potentia derelinqui, ex quo præsens notitia gigni
tur,aut præcedens conseruatur. In nostro autem propos
to,

A to, nec essentia diuina ipsa relinquitur præsens in se ipsa, sic enim esset intuitiua notitia, neque verò in aliquo repræsentatiuo, vt esset notitia abstractiua: quoniam tale repræsentatiuum, tanquam impossibile, iam suprà propulsatum & reiectum est. §. 6. Quod si sciolus quispiam nostrum de hac re iudicium petat, paucis illud proferemus, si tamen priùs consideremus, Magistrum Soto iam priùs nobis in. 4. distinctio. 9. quæstio. 2. artic. 5. propositione. 1. & 2. suam de hac re pronunciasse sententiam, dicentem: Primò, post consecrationem manere easdem notitias sensitiuas, quæ erant ante, scilicèt, huius albi, huius sapidi, huius rotundi, non solùm in sensu exteriori, verùm
B in interiori. Et si arguas: Erunt ergo illæ notitiæ intuitiuæ panis & vini, sicut erant antea. Respondet, quæstionem esse de nomine, libentiùs tamen se astruere, manere intuitiuas. Dicit secundò, nõ solum in abstracto notitias manere easdem, respectu, scilicèt, accidentium, coloris, saporis, quãtitatis, &c. sed etiam respectu panis & vini esse easdem ipsasque intuitiuas: licèt enim panis & vinum nõ sint in se præsentia, sunt tamen in virtute, scilicèt, in accidentibus, quæ vim retinent conseruandi easdem notitias. Dicit tertiò: Etiam intellectiuam notitiam esse eandem, & itidem esse intuitiuam panis & vini, sicut antea: notitiam, inquam simplicem & absolutam, vel apprehensiuam: nam iudicatiua non est eadem, siquidem ibi nõ sunt panis & vinum.
C Quod si obijcias: Iam ergo illæ notitiæ sensitiuæ, & illa intellectiua apprehensiua erunt fallaces & deceptoriæ, quandoquidem apprehendunt aliter, quàm res sit. Colligitur solutio ex solutione eius ad tertium argumentum, in fine articuli: Tales notitias falsas non esse, quia nõ sunt iudicatiuæ, sed apprehensiuæ: in simplici autem apprehensione nõ est veritas aut falsitas. Dicit quartò, in homine infideli iudicãte ibi esse panem & vinũ, esse quidem notitiam falsam & falsum iudicium, id tamen ex accidẽti contingit, aut quia ipse credere fidei mysterium renuit: an verò secundò, quia ipsum iudiciũ falsum res ipsæ naturales sua virtute inducũt. Veluti qui rectam hastam videt, cuius

media pars est in aqua, & altera pars in aere, fallitur existimans esse curuam, ab ipsa specierum visualium refractione. Hæc ex multis, quæ ibi dicit Sotus, collecta sunt. A

Refutatur duo asserta Mag. Soti.

CAeterùm quoniam & meum sensum pollicitus sum hac in causa depromere, sentio planè, quædam hîc à Mag. Soto scribendi celeritate compulso, non satis accuratè dicta esse, salua pace tanti viri. Primum quidem quod asserit, post consecrationem manere notitiam intuitiuã substantiæ panis, tàm in sensu quàm in intellectu. Cum enim de ratione notitiæ intuitiuæ sit præsentia & existentia obiecti, aut altera saltim, vt omnes fatẽtur, de quo suprà. §. 5. in initio; nõ apparet, qua ratione, nec præsentis nec existentis panis haberi possit intuitiua notitia: quanuis accidentiũ eandem intuitiuã remanere dici debeat, siquidẽ accidẽtia ipsa omnino eadem & ipsissima remanent, & præsentia & existentia. Alterum assertum Soti mihi similiter displicet, quòd, scilicèt, res ipsæ naturales sua virtute inducunt iudicium falsum in Eucharistia, & in exemplo de hasta. Præstat sanè dicere, falsitatem illam iudicij minimè ex rei visæ natura prouenire, sed aut ex infidelitate hominis sumẽtis occasionem errandi ex illis accidentibus: aut ex ignorãtia rustici, solem paruæ esse quantitatis, & hastam illam, partim aere partim aqua circunscriptam, esse obliquam & curuam, ignoranter existimantis: non dolo Dei aut naturæ rerum, sed culpa proprię rusticitatis & imperitiæ. Et hæc de prima nostræ quæstionis quodlibeticæ parte dicta sint. In secunda verò & tertia mutabo consilium, & breuiter me ab illis liberabo. B C

Dubium

A

Dubium. I. An quantùm ad quæstionem, an est, cognouerit Christus per scientiam infusam mysterium Trinitatis.

XIII. *Opinio affirmatiua, vera & tenenda. Prophetæ euidēter norāt mysteria fidei in attestante. Obijcitur.*

DArtem affirmatiuam, quæ vera, & à nobis sequenda & amplectenda est, aut tenent aut tenere videntur Caietan. Durand. Gerson. Henric. Diony. Tolet. &c. Principio Caiet. 2.2. q. 171. ar. 5. contendit euidentiam Trinitatis & incarnatio-

B nis, &c. quo ad an est vel quia est, habuisse prophetas. Vnde apertissimè sequitur, Christo eam nō esse denegādam, secundùm scientiam infusam. Quòd si quispiam opponat Caietano, quòd reuelata prophetis non videbantur ab illis, & sic non poterant euidenter illa nosse. Dicit Caieta. quòd quantùm ad id quod de mysterijs reuelabatur illis, videbantur ab ipsis: reuelabantur autem eis mysteria, quantùm ad an est eorum, non quantum ad quid est. Atque ita non videbant Trinitatem, non Verbum incarnatum, sed Trinitatem esse, & Verbi incarnationem futuram esse. Si militer in eadem. 2.2. q. 5. artic. 1. docet, Angelos in sui creatione huiusmodi euidentiam mysteriorum habuisse, non

C quòd ea in seipsis viderent, nec euidentiam terminorum aut extremorum, quibus illa mysteria cōnectebantur, haberent; sed quia videbant ea in Deo reuelāte, & attestante ea: nam sciebant euidenter, Deum esse, qui attestabatur & reuelabat eis talia mysteria: ac proinde euidenter assentiebantur illis, vt veris, idque propter efficaciam huius discursus: Omne reuelatum à Deo est verum: Hæc mysteria reuelantur nobis à Deo, Ergo sunt vera. Maior euidens erat illis, vt constat. Rursus, Minor etiam euidens erat Prophetis, Angelis & Christo. Certò enim sciebant non ab alio quàm à Deo fieri sibi tales reuelationes rerum supernaturalium, & sic euidens erat eis quod tales res erant omninò veræ. Tandem ipsemet Caietan. 3. part. quæstione, 11.

Diluitur.

Angeli etiam habebant euidentiam mysteriorū in attestante.

ne. 11. articulo.1. fatetur ingenuè, Animam Christi, per A
Christus etiã habuit euidẽtiã in attestante mysteriorũ
scientiam infusam, ẽclara reuelatione nouisse, Deum esse trinum & vnum: non tamen ipsam diuinam essentiam, nam vtrunque dicit D. Thom. ibi. Cum enim statuisset Sanct. Thom. omnia, quæ per diuinam reuelationem hominibus innotescunt, nouisse animam Christi extra scientiam beatam, excepit diuinam essentiam dicens: Ipsam tamen Dei essentiam per hanc scientiam non cognouit, scilicèt, infusam, sed solùm per primam, idest, per beatam. Quasi diceret, quòd ipsa mysteria & complexa propositionalia, & articulos fidei, vt Deum esse trinum, esse hominem, Deus reuelauit sæpissimè esse vera; ac proinde ea nouit Christus per scientiam infusam: non tamen diuinam B
essentiam, eò quòd diuina essentia non computatur inter reuelari solita à Deo.

Durand, in. 3. distinct. 23. quæstione. 9. numero. 12. dicit: Hanc credibilium euidentiam habuisse Angelos à principio, propter efficaciã illius discursus suprà positi, omne reuelatum, &c. & in hoc quidem consentiunt sibi Caietanus, & Durand. Dissentiũt tamen in hoc, quòd Durand.
Dur. sentit quod cũ euidentia in attestante nõ stat fides,
existimat, huiusmodi euidentiam, licèt solùm esset in attestãte Deo, & non in rebus ipsis attestatis, destruere fidem: & sic Angelos nunquam ambulasse per fidem. Et priùs in eodem lib. 3. distinctione. 14. quæstione. 3. numero. 6. &. 9. dicit, Christum, citra visionem beatificam cognouisse C
omnia mysteria Trinitatis, incarnationis, &c. Cùm verò hæc non cognouerit per fidem, quia eam non habuit, nec verò per speciem aliquam aut repræsentatiuum Dei, nam hoc genus cognitionis iam ipse confutauerat in. q. 3. prologi & in. 2. d. 23. q. 2. apparet, secundùm Durand. non restare aliud cognitionis genus, quo Christus mysteria
Alij authores probant sentent.
ista cognosceret, nisi per reuelationem & attestationem.

Tolet. q. 1. prologi. art. 2. conclusione. 3. & infrà, & ar. 3. & 4. in solutione ad argumenta contra eam. Dionysius Carthu. q. 1. prologi & alij hoc ipsum approbasse videntur. Quin Dion. ipse existimat præter Christum, angelos & prophetas, etiam quosdam alios sanctissimos ac Deo dedi-

tissimos

A tissimos viros hanc mysteriorum fidei euidentiam in attestante fuisse consequutos. Sed & Gerson Alphab. 13. lit. H. huic adhæret doctrinæ, nã dicit, posse manere fidem cum euidentia Trinitatis, qualis est, inquit, in doctoribus cõtemplatiuis mirabiliter illum inatis à montibus æternis. Dion. verò sic ait: Spiritus sanctus potest mẽtem humanam sola interiori alloquutione plenariè informare, & certificare de sua supernaturali informatione, absq; hoc quòd videant ipsum Verbũ aut Spiritum sanctum. Imò sic plurimos erudiuit; & sic fit in visionibus mysticæ Theologiæ, & in raptu & ecstasi. Et statim, Per donum intellectus clarissimè, certissimè ac subtilissimè intelligunt ea, quæ sunt fidei: sed
B illuminatio illa solis datur eis, qui in puritate cordis & charitate magis proficiunt, qualis fuit sanctus frater Aegidius, qui noluit dicere, Credo in Deum, sed scio Deũ. Hæc Dionys. Subdit autem hæc verba: In hoc lumine veritates fidei euidẽter & prorsus indubitanter cernũtur. Ad idẽ est Henricus de Gãd. multis in locis, vbi suprà allegatus est, Quodlib. 8. q. 14. & quodlib. 12. q. 2. & quod l. 6. q. 2. Thomas etiã Villanouanus, in Cõcione de festo Trinitatis, vir planè ecstaticus ac plurimæ deuotionis, & ex Monacho Augustiniano in Archiepiscopum Valentinum euectus, huic arridet sententiæ, hæc verba proferens, ardentissimam eius charitatem redolentia: Dicam fratres, dicam, & cum nimio cordis mei gaudio dicam, & si vobis forsan temerarius vi-
C sus fuero, dicam: Fides tua, Domine, sanctis tuis iam vix fides est, quoniam de fide iam quodammodò transit in lucẽ. Et infrà: Hæc tamen lux, vt ego existimo, transit & non diù remanet in intellectu, Deo sic volente, ne fidei meritũ deperdatur. Hæc ille. Vt verò ipse ibidem docet, huiusmodi euidẽtia minimè destruit fidem, quoniam & ipsa Beatissima Virgo, quæ, omni proculdubio, plures ac illustriores cæteris viatoribus habuit in hac vita reuelationes Dei, ac clariorem rerum credibilium notitiam, adhuc fidem nunquam exuit, quoniam illa euidentia solum reducebatur ad euidentiam in attestante. Nisi fortassis aliquando faciem ac beatificã diuinæ essentiæ habuit, in hac vita degens,

intuitio-

intuitionem: cum hac enim fides minimè stat. A

Tempus me deficeret, si exactè & ad amussim expende re vellem omnia, quæ hac in parte expẽdenda desiderantur. Sed disputationes nostras tẽpori accõmodemus, quãdoquidẽ ipsis tẽpus accõmodare nõ possumus. Vnica itaq; cõclusione breuiter, quid hac in parte tenẽdũ sit, explicabo.

XIII. *Christus per scientiã infusam non uit euidẽter Trinitatem per reuelationẽ, & attestationẽ, quoad an est.*

VNica conclusio. Quid sit de Angelis ac prophetis, quantùm attinet ad sacratissimam animam Christi, negandum non est, imò constanter affirmandum, extra scientiam beatam cognouisse mysterium Trinitatis, & cætera fidei sacramenta, per attestationem ac reuelationem Dei. Sanè Christum Dominum, secundùm quòd viator erat, ac populi prædicator & doctor, notitiam mysteriorum diuinorum perfectissimam habere decebat. Non enim à scientia beata, & à se ipso, in quantùm erat comprehensor, implorare & quasi emendicare debebat notitiam eorum mysteriorum, quæ populos edocturus erat. Cum ergo notitia, quam de his habere debuit, obscura & ænigmatica esse non deberet, postquam fidem non habebat: sed nec intuitiua, vt patet, siquidem non erat beata: nec verò abstractiua per propriam mysteriorum speciem, quia talis non est dabilis vt q. præced. vidimus; restat vt in attestante, & per diuinam reuelationem habuerit euidentem eorum cognitionem. *Ita, scilicèt, quòd vel ipse apprehenderet vel Deus illi infunderet species quasdã, vel præexistẽtes ordinaret & componeret, quibus formaret conceptum huius complexi sibi dicti & reuelati, Deus est trinus & vnus. Obiectum autem, seu ratio cognoscendi cognita, seu medium, in quo, & per quod cognosceret, vtiq; non esset ipsa Trinitas in se neq; verò causa aliqua vel effectus eius, de quo statim, nec proprium repræsentatiuũ: Esset ergo ipsamet diuina reuelatio euidenter manifestata per lumen clarum & euidens huius scientiæ inditæ. B C

Sed perganus aliter probare conclusionem, Iactiones Christi, quibus merebatur, & secundum quas erat viator, à qua cognitione regulabantur? Certum est enim omnes humanas operationes ad aliquãm iudicij & cognitionis

A tionis amussim esse perpẽdẽdas & regulandas. Vt actio bona moralis naturalis, secundũ rectã rationẽ naturalẽ habet dirigi. Et actiones supernaturales cognitione supernaturali, ideſt, à fide mẽsurantur. Actiones patriæ à visione beatifica. &c. Iã ergo inquiro, Actiones Christi meritoriæ supernaturales, præsertim dilectio Dei super omnia, cui⁹ cognitionis regula mẽsurabantur? Nõ rectæ rationis naturalis: nã hęc solũ metitur actiones naturales: nõ fidei, quę in Christo nõ erat: nõ visionis beatæ, nã illa solũ regulat actiones cõprehẽsorũ, & nõ viatorũ meritorias, restat ergo, vt agnitionem mysteriorũ diuinorũ regulatricẽ illarũ actionũ in Christo constituere debeamus, & sic habemus intentum.

XV. *Arguitur cõtra hanc euidentiam in attestãte Primo.*

B SVnt quibus plurimum displicet euidentia in attestante. Nã primũ arbitrantur, dari non posse, nisi simul deturin re attestata. Vnde pro comperto habẽt id q̃ Dur. aiebat, scilicẽt, euidentiã in attestãte destruere fidem. Probant quia scientia à posteriori vnitatis & existentæ Dei excludit fidẽ de ipsa vnitate & existẽtia Dei: vnde Christiani Philosophi, qui huius vnitatis Dei scientiã habebãt à posteriori, ideſt, ab effectibus & per creaturas, fidẽ eius non habebãt, ergo à fortiori, euidẽtia in attestãte & habita per discursum illũ, omne reuelatũ à Deo est verũ, & c. repellit fidẽ. Patet cõsequentia, quia illa scientia à posteriori solũ generabat euidẽtiam, quo ad an est, vnitatis Dei, & per hoc excludebat

C fidẽ, ergo similiter euidẽtia in attestante, quæ gignit euidẽtiam cõclusionis, quo ad an est, excludet fidẽ. Cõfirmatur, quia si effectus Dei visi & inuestigati á philosophis, inducebant euidentiam expulsiuam fidei, quare testimonium expressum & euidens ipsius Dei non generabit euidentiam, quæ similiter excludat fidem?

Secundo.

Secundò arguunt, quia intelligere nequeunt, quomodò quis habeat euidentiam, quòd Deus reuelat, & non ipsius Dei. Si enim non videt Deum ipsum, quomodo scit Deum esse, qui reuelat? Equidem qui nõ cognoscit euidenter Petrũ, certus esse non poterit, an ipse sit, qui sibi loquitur. Cũ ergo Christus per scientiã infusam, & similiter Angeli & prophetæ, non viderent Deum ipsum, non est vero simile

simile quòd euidenter scirent Deum esse reuelatorem & attestatorem mysteriorũ. Confirmatur,& est argumentũ quo vtitur Tolet.q.1.prologi ar.2.in ꝓbatione.3. cõclusionis,quia nõ apparet,vnde scirẽt euidẽter ꝙ tales reuelationes & loquutiones nõ fiebãt sibi ab aliqua creatura. Vnde enim sciebat anima Christi per sciẽtiã infusam,& suprem⁹ Angelus, ꝙ Deus aliquam creaturam perfectiorem & illuminatiorem seipsis non produxisset, à qua reuelationes illæ proficiscerentur? Quippe creare potuisset Deus Angelum aliquem,qui lateret ipsam animã Christi, Deo ipsum occultante,& hoc posse Deum facere bene sciebat Christus per sciẽtiam infusam. Quòd autem ipsum nõ creasset, non sciebat euidenter Christus per illam scientiam, imò sciebat se id non posse scire. Ab illa itaque creatura, aut ab aliqua alia poterant sibi tales reuelationes fieri. Et sic euidens non esset quod à Deo fierent. Et hæc quidem duo argumenta posuisse sat est,Nam breuitati consulo. A

Ad.1. arg. Euidẽtia in attestãte nõ excludit fidẽ:eam tamen excludit scitia à posteriori.

Ad horum primum dicitur, creaturas habere ordinem intrinsecum ad ipsum Deum, qualis est ordo effectus ad suam causam. Et ideò qui ex huiusmodi effectibus demonstrat Deum esse, demonstrat per intrinseca rei, & ex præmissis intrinsecis habentibus necessariam connexionem cum conclusione, & ideo generat euidentiam scientificam, excludentem fidem. Qui verò propter testimonium dicentis, quantumuis infallibile & veracissimum infert conclusionem,non procedit per intrinseca rei,sed per medium omnino extrinsecum, & ideò non facit tantam euidentiam,quantus possit facere maiorem certitudinem. B C

Objicitur.

Sed obijcies: Nam huiusmodi testimonium Dei reuelantis, facile est reducere ad demonstrationem, Quia: ita vt procedatur ab effectibus intrinsecis ad suam causam, vt sic generetur euidentia excludens fidem,hoc modo: Deus reuelat mihi quod verbum caro factum est, ergo hæc veritas in mente Dei est,& sic est vera. Antecedens est euidens, vt supponunt Durand. & Caieta. & est effectus intrinsecus consequentis, nam intrinsecè præsupponitur ad reuelationem diuinam illius veritatis, quod Deus illam

veritatem

A veritatem præsciat & præhabeat in mente sua. Respondetur tamen, quòd quanus Deum præhabere illam veritatem in mente sua, sit causa quòd reueleť; & ex eo quod reuelat, cognoscam euidenter, Deum illam veritatem in sua mente præhabere, & sic esse veram: adhuc nullam euidentiam veritatis ipsius mysterij habeo, quæ excludat fidem: nam omnia illa media reuelationis & mētis Dei sunt prorsus extrinseca. At verò cum ex creaturis proceditur ad ostendēdum q̄ Deus sit, verè acquiritur euidentia expulsiua fidei: nam proceditur per intrinseca, & per medium habens intrinsecam dependentiam & connexionem naturalem cum ipsa veritate, qualem habent effectus cum sua
B causa præcipua & efficienti. Nam scribat Deus in pariete, aut reuelet per angelum quandam propositionem lingua Arabica, & reddat me statim euidenter certum, quòd ipse est, qui eam scribit aut reuelat: procul dubio euidens mihi erit talem propositionem esse veram, vi illius discursus; Omne reuelatum à Deo est verum, illa propositio reuelatur à Deo, ergo est vera. Et tamen veritatis sub illa latentis euidentiam in re ipsa attestata nullam habeo, sed solùm in attestante & reuelante.

Ad alterū dico, non esse intellectu difficile, qualiter ego habeam euidentiam, quòd Deus reuelat, sine eo quòd Deum videam. Vt enim ego euidenter sciam, quòd quis mihi loquitur, sat est si per certissima & infallibilia signa
C arguitiuè deducam, non posse esse alium, qui mihi loquitur, nisi illum, licèt illum ego non videam; verbigratia, si sciā euidenter omnes homines esse ignaros aliquarū veritatū, & videam mihi aliquam earum reuelari, iam euidenter elicio, non esse hominem, qui mihi loquitur, sed superiorem aliquem, licèt illum ego non videam. Rursus, & adducitur à Tolet. si sciam Deum annihilasse omnes creaturas intellectuales, vt certum est Deū posse facere, & posse me scire, reuelante Deo, & rursus, si reueletur mihi tūc Trinitatem esse, iam euidenter scio Deum esse, qui id reuelat, cum sciam euidenter aliunde prouenire non posse talem reuelationem. Tunc itaque habere euidentiā quòd

Bene potest quis scire euidenter quòd Deus sibi loquitur, sine eo quod videat Deum

Deus reuelat, quòdq; vera est res reuelata, sine eo quòd Deum viderem. Ad Confir. respondeo, illud magnum esset miraculum, quòd in natura aliquam Deus condidisset creaturam, quæ lateret Christum per scientiam infusam. Nam eo ipso quòd aliquam Deus crearet, innotesceret illa Christo. Recurrendo autē ad miraculum, fateor Deum posse illam creaturarum cōdere, & abscondere à Christo, vt homo est: & tunc nesciret Christus, an à Deo fierēt sibi tales reuelationes, an aliūde. Similiter, viso fumo, euidēter ego iudico, esse ignem: si verò Deus faceret miraculosè fumum sine igne, iam nullam ibi reliqua esset euidentia. Relinquendæ itaq; res sunt suis naturis: & quia rebus sic relictis, anima Christi euidēter sciebat, nullam creaturam sibi reuelare talia mysteria, profectò consequēter sciebat, Deum esse reuelatorem; ac proinde veritatis reuelatæ euidentem notitiam habuit in attestante, mysterij Trinitatis, secundùm scientiam infusam. A B

XVI. *An Paulus post raptū recordabatur euidēter Trinitatis, & per quod medium.*

VNum supereſt enodare. An Paulus postquā in raptu diuinā vidit essentiā, vt supponimus, habuerit notitiā euidentē ipsius essentiæ, & per quod mediū? Dico, habuisse talem euidentiam, cum Tolet. q.1. prolo. art.2. sub fine. Medium verò, per quod eā habuit, erat omnino extrinsecū rebus visis, vt mihi videtur. Nēpe propriū testimonium, quo sibi testificabatur & reddebat certū de tali visione, sicq; iudicabat euidēter, esse Trinitatem, quo ad an est, non verò quo ad quid est ipsius. Nā ipsius diuinæ Trinitatis non potuit habere speciē, aut propriū repręsentatiuū, cū tale nō sit dabile. Forsitā Paulus cū videbat diuinā essentiā, habuit actum, quo siue voce, siue mente dixit, Ego video Trinitatem. Huius autem actus speciem reseruare potuit in memoria: & sic transacta visione potuit per speciem illam recordari euidenter illius actus, quo aliquando ipse iudicauit se videre Trinitatem. Et ex consequenti se ipsum reddere poterat de inde certum, quòd esset Trinitas in diuinis, non quia recordaretur Trinitatis in se, sed illius actus, quē formauit & quo dixit, se videre Trinitatem, tempore quo illam videbat. Hocq; sufficeret ad iudicandum euidenter, C

quòd

A quòd esset Trinitas; nam sic arguere poterat: Ego recordor euidenter me habuisse aliquando iudicium, quo iudicaui, me videre Trinitatem: & nunc scio euidenter, me tunc nō fuisse mentitum, eō quò raptus ille fuit diuinus & supernaturalis, quod mihi etiam est euidens, ergo euidenter mihi est verum, quòd sit Trinitas. Reducebatur itaq; totum hoc ad euidentiam in attestante infallibili. s. in se ipso. Et pro nūc hoc mihi occurrit, aliud forsan dicturo, si oculatiùs hæc liceret meditari.

Dubium Secundum, quo ostenditur, per creaturas Christum mysterium Trinitatis inuestigare & cognoscere solitum.

B

QVemadmodum in creaturis aliquid contemplari licet, ex cuius cognitione deducitur euidenter, Deum esse, it. meritò in quæstionem vocamus, an aliquod etiam lateat diuinæ Trinitatis vestigium in ipsis, per quod, medio aliquo diuino & supernaturali lumine, citra beatitudinem, possit aliquis acutissimus & illustratissimus intellectus deducere, Deum esse Trinum. Breuiter me expediam.

C

PArs negatiua persuaderi efficacissimè potest, eo q; pluralitas personarum cum vnitate essentiæ est proprium diuinæ essentiæ: cuius similitudo reperiri non potest aut vestigium in tota rerum natura. Secundò, quia quamuis verum sit in omnibus effectibus esse respectum ac relationē quandam ad suas causas, & ex hac parte creaturæ omnes respectum habeant ad suum authorem ac creatorē Deum, & creator ipse sit trinus: non tamen inde fit consequens, respectum, quem creaturæ habent, esse ad Deū, vt trinum, sed ad Deum, vt vnum.

XVII. Opinio quorundā quòd ex creaturis non potest Trinitas cognosci. Argumēta huius sent.

Confirm. 1. quia cognitio relationis, natura sua, solùm

ducit in cognitionem termini per se & formalis: sicut cog A
nitio filij solum ducit nos in cognitionem patris, vt pater
est, non vt albus est, vt musicus est; nam esse album aut mu
sicum habet se per accidens ad terminandam filiationem
& fundandam paternitatem. Ergo similiter ex cognitione
creaturarum tantùm deueniri potest in cognitionẽ Dei,
vt author est ac causa creaturarum, vt vnus est, vt potens,
vt bonus, vt sapiens, vt æternus, vt immobilis, quia omnia
ista per se & formaliter concurrunt, & necessaria omni-
nò sunt ad condendum creaturam. At verò esse trinum,
esse incarnatum, &c. nulla ratione ex illo respectu, qui in
creaturis est, cognosci potest: quia esse trinum & incarna
ri omninò impertinenter & quasi per accidens & materia B
liter se habet ad ipsum Deum, vt creet.

Confirmatur. secundò, nam S. Tho. 1. p. 32. art. 1. creatu-
ras dicit fieri à Deo ratione vnius potentiæ, quæ est attribu
tum essentiale. Et. q. 39. art. 4. ait, hoc nomen Deus aliquan
do supponit pro essentia, sicut in hac, Deus creat. Et. 3. part.
q. 3. artic. 3. ait, quòd si per intellectum separemus à deitate
personalitates, adhuc possemus intelligere, deitatem posse
assumere naturam humanam, Certè & creare. Et Ric. de
S. Vict. 3. de Trini. c. 16. Si solùm, ait, esset vna persona in
diuinis, in illa esset plenitudo potestatis ad creandum. De
quo Sco. 2. d. 1. q. 1. initio. Ex quo fit, Deum, vt vnũ, esse per
se & formaliter creatorem: & sic non referri creaturas ad
trinum, sed ad vnum Deum. C

Confir. 3. quia hoc discriminis versatur inter productionẽ
Spiritus sancti, & productionem creaturarũ: quòd illa per
se & necessariò exigit plures personas, hæc verò per se vnã
tantùm expostulat.

Quartò, quia si vnaquæq; creatura, ex eo præcisè q; est
creata à Deo, refertur ad Trinitatem, iam pertineret ad or
dinem naturæ talis relatio, si quidem Deus, vt author natu
ræ est, creat, non vt author gratiæ. Atq; adeò Angelus, qui
naturaliter cognoscit omnia naturalia, cognosceret etiam
naturaliter illã relationẽ, & consequenter eius terminum,
quia totũ clauditur sub ordine naturæ, & sic Trinitatem.

Alij

A ALij censent, in omnibus creaturis esse respectum ad Trinitatem, & sic posse Deum producere speciem, perquam medio supernaturali lumine, extra scientiam beatam, possit aliquis respectum illum, ac proinde extremum euidenter cognoscere. Quod & dicunt contigisse benedictæ animæ Christi. Non loquuntur de creaturis supernaturalibus, quales sunt, gratia, fides, charitas, lumen gloriæ: nam per has & in his, quòd Christus euidẽter Trinitatem cognosceret, non ambigunt. Enimuerò effecta hæc supernaturalia, per se & ex propria natura referuntur ad Deum, vt Trinum. Et sic, si Deus daret alicui viatori, vt naturam horum effectorum euidenter nosset, vt dare potest, B & de facto dedit Christo, iam ille euidenter cognosceret Trinitatem. Loquuntur ergo de effectibus naturalibus, & in his, dicunt, Christum euidẽter cognouisse Trinitatem, per scientiam infusam.

XVIII. Quòd ex creaturis potest cognosci Trinitas.

Pro hac opinatione videtur, nõnihil agere S. Tho. Henr. Tolet. Iacobus de Val. Genebr. præter Ricardũ & Raymũdũ superiº allegatos. Initio S. Tho. 1. p. q. 27. art. 1. ad. 3. & q. 45. art. 6. ait, omnes tres diuinas personas habere causalitatem respectu creaturarum, secundùm rationem suarũ processionum. Ac proinde creaturas habere ordinem ad primum creaturarum artificẽ, qui est Pater, & ad Verbum expressum, quod est omnium creaturarum exemplar, & ad Spiritum sanctũ, qui est amor & impulsus ad creaturas C producendas. Certum est enim quòd in ratione artificis concipiuntur tã exemplar intellectu eius productũ, per quod artifex operatur, quam affectio voluntatis, qua ad vsum artis determinatur. Priùs tamẽ quam vlteriùs pergã, præmonitum Lectorem velim, neq; S. Thom. neq; nos vbi infra de hoc sermonem suscipimus, in ea esse sententia, quòd aut ex parte Dei, creatio proueniat à Deo secundũ diuersitatem diuinarum processionum: aut verò ex parte creaturarum aliquid sit in vnaquaque earum, quod à solo Patre productum sit, & aliquid, quod à solo Filio, & aliquid tandem quod à solo Spiritu sancto: quod dicebant Lullistę. Hoc enim à fide dissonat, sicut & illud quod Origeni tribuitur,

lib.1.Periar.q.Pater dat esse rebus, Filius dat esse rationale, A
Spiritus sanct⁹ dat esse iustũ. Intelligi ergo illa omnia debẽt
per quãdam accommodationem, cum Caiet.1.p.q.45.ar.6.
ad quem remitto Lectorem. Et vellem vt Henricus, si eius
verba talis sunt intelligentiæ capacia, hoc eodem modo à
nobis intelligatur. Ait Quodlib. 6. quæst.2. in hunc mo-
dum: Notitia & amor secundùm quod sunt procedentes,
sunt rationes, secundùm quas creaturæ producuntur. Et
statim: Sapientia & amor procedentes, sunt rationes in
intellectu essentiali & voluntate Trinitatis dispositiuæ ad
creaturarum productionem: sapientia enim vt essentialis,
non est nisi speculatiua: sapientia verò, vt personalis siue
genita, non tantum est speculatiua, sed etiam practica res- B
pectu operandorum. Hæc ille. Ex quibus fit, per se & ne-
cessariò diuinam essentiam in tribus illis suppositis debere
subsistere, vt producere valeat creaturas. Sanè in rebus ar
tificiatis, forma producta non solùm dicit relationem ad
agentem, sed ad ideam etiam & exemplar quo facta est. To
let.q.1.prol.ar.2.concl.3. ponit cognitionẽ deductiuã, quã
possunt habere viatores de mysterio Trinitatis euidẽtẽ, quę
nulla alia esse videtur, nisi hæc, qua per alienas species crea
turarũ arguere & deducere possunt Trinitatẽ, diuino lumi
ne. Iacobus etiã de Valent. super Psalm.144. initio, conniue
re videtur huic parti, nã dicit, Adã, in initio mũdi, per ordi
nem creationis potuisse nosse in spiritu mysterium Trinita
tis, eo quòd articulus creationis præsupponit articulũ Tri- C
nitatis. Et eatenùs intelligi & explicari possũt Ray. Ricar.
& Henric. quos initio retulimus. Sed & Genebrardus, no
stri temporis scriptor doctus & diligẽs, lib. 2. de Trinitate,
suffragatur huic sententiæ, pag.169. & ad id producit exem
plum de tribus eandẽ nauim trahentibus: nam vna quidem
tractio est, sed tamẽ nauis tracta ad omnes pariter tres eam
trahentes respectum habet. Ita creatio, actio est trium di-
uinarum hypostaseon, & inseparabiliter ad condendum
& architectandum mũdum & creaturas, adunantur. Mun-
dus ergo & creaturæ omnes ad tres illas referuntur. Qui-
bus adde, non casu, sed magno consilio vt paulò antè no-

tauit

A tauit Genebr. Moysem his verbis creationis historiam auspicatum fuisse, In principio creauit Dij cœlum & terram: nempe ad innuendam Trinitatis communitatem in creatione: quæ, vna cum sit, à tribus personis æquè primo facta est. Et de authoribus hactenus. *Genes. 1.*

Pro intelligẽtia verò rationis, aliqua carptim ex alijs Theologiæ materijs excribere & congerere oportet. Primũ, licèt probabile sit, in diuinis tãtùm esse vnũ subsistere, quod tenet Duran. in. 1. d. 13. q. 2. & in. 3. d. 1. q. 2. Capr. q. vnic. ar. 3. Marsilius, & alij: & forsitã ꝓbabilius, ꝙ tres sint in diuinis subsistẽtiæ relatiuæ, & vna absoluta, quod placuit Scoto in. 3. d. 1. q. 2. Caie. 1. p. q. 39. & 3. p. q. 2. &. 3. & alijs, vt vi *Adducũtur rationes ꝓ hac sentẽtia*

B dere licet in Dur. in. 1. d. 26. q. 1. n. 5. at lõgè probabilior est sentẽtia, quæ docet, in diuinis nullã subsistentiã esse cõmunem, sed tres relatiuas, & in illis & per illas subsistere naturã diuinam. Hoc tenẽt Bonauent. Ricar. Alexand. Henric. Quãuis autẽ existentia nõ sit nisi vnica in Deo, ipsaq; communis & absoluta, quod tradit Caiet. 1. p. q. 3, ar. 4. &. q. 39. ar. 3. *non ideò fit*, ꝙ sit vnica etiã subsistentia, nam quanuis in creaturis conuertantur existere per se & subsistere: at in Deo lõgè differũt, quia existẽtia cõuenit naturę diuinę adęquatè & cõuertibiliter: subsistẽtia verò primariò personis conuenit: est enim id, quod intrinsecè constituit suppositũ, tanquam vltimus naturę terminus & actualitas. Quanuis Caiet. 3. p. q. 4. ar. 2. quem sequitur & commendat Ferra. 4. *In diuinis nulla est absoluta subsistentia, sed tres relatiuæ, & per has subsistit primo Deꝰ.*

C contra Gent. c. 43. dicat, entitatem quandam distinctam à subsistentia, quam vocat personalitatem, constituere personam. Tres itaq; subsistentias relatiuas ponere oportet cum antiquis ecclesiæ concilijs & Patribus; sicut autẽ nulla ponitur in diuinis persona absoluta & essentialis, quocunq; modo differens à tribus personis relatiuis, quidquid falsò opinetur Caiet. 3. p. q. 3, ar. 2, circa solut. ad. 3. ita est mihi satis certum nullã esse in diuinis subsistentiam absolutã communem, sed solas tres relatiuas.

Secundò scire oportet, non esse ponendum in diuinis individuum Deitatis, præintellectum tribus subsistentijs seu personis. Licèt enim præintelligamus hunc Deum *Quod ante personas nã intelligim.*

Indiuiduũ deitatis subsistẽs, sed solum existẽs

existentem ante personas, nam ante personas ipsas præintelligimus, Deum esse purũ actum, & habere esse existentiæ suæ naturæ debitum, à qua singulari existentia desumere & denominare licebit cõcretum hoc, scilicèt, hũc Deũ existentem ante personas: quæ videtur expressa sententia Scoti, ponentis hunc Deum per se existentem, communem tribus personis, ipsisque identificatum, quæ in parte est sententia Caiet. non tamen illud concretum præintelligitur, vt suppositum, quia nondum vltimò terminata intelligitur natura, donec per subsistentias terminetur. Atq; adeò primum subsistens, quod intelligitur in natura diuina, sunt æquè primò tres diuinæ personæ, Pater, Filius & Spiritus sanctus, vt videtur tenere Dur. in. 1. d. 4. q. 2. Capr. q. 1. Torres. q. 39. Itaque in diuinis duo sunt ponenda concreta singularia, scilicèt, Hic Deus existẽs in deitate & Hic Deus subsistens in deitate. Nam à deitate existẽte ante personas, ponimus, Hunc Deũ existentem ante personas (nostro modo loquẽdi, nã re ipsa nihil est in diuinis anteri⁹, nil posterius) at verò à Deitate subsistẽte, scilicèt, per tres subsistentias relatiuas (nã alia nõ est) sumimus, Hunc Deũ subsistentem, scilicèt, Patrem, Filium & Spiritum sanctum. Horum concretorum prius Hic Deus existens, est commune secũdùm rem, atq; adeò præintelligitur personis & prædicatur de ipsis: sumitur enim ab existẽtia cõmuni essentiali, quæ etiam cõmunicatur tribus personis, & ipsis præintelligitur. Aliud verò concretum, scilicèt, Hic Deus subsistẽs, nullum est nisi Pater, Filius & Spiritus sanctus, sicut nulla alia est subsistentia, nisi Patris, Filij & Spiritus sancti. A B C

Duo cõcreta singularia in Deo.

An illud cõcretum existens præintellectũ per sonis, creet.

His hunc in modum statutis, dubitari & meritò posset, An illud indiuiduum deitatis, vel concretum existens, prout præintelligitur huic Deo subsistenti, id est, Patri, Filio & Spiritui sancto, sit creans vel potens creare. Itaq; dubium est, an creatio conueniat primariò huic Deo existenti, & secundariò huic Deo subsistenti, id est, tribus personis, ita vt quando formatur hæc propositio, Deus creat, illi voci, Deus, correspõdeat immediatè, in re ipsa, aliquod præintellectum tribus personis, quod creare possit: an ve-

ro

A ro nihil aliud, quod creare possit, illi voci correspondeat immediatè, nisi tres personæ, scilicèt, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Quoniam tamen magnum esset piaculum, me nunc tot tamque grauium disputationum pelago immergere, cum plura alia spacia enauiganda supersint, & satis superque in hac quæst. immoratus sum, idcircò breuissimè statuo, sententiam horum authorum esse, quòd illi voci, Deus, in hac propositione, Deus creat, immediatè correspondeãt tres diuinæ personæ. Itaq; actio ipsa crean di per se primò & immediatè tribus personis conueniat: ac proinde nihil præintelligi possit illis, quod creare possit. Ratio facilè ex hypothesibus colligitur, siquidem id,

Non potest intelligi Deus vt creans, donec intelligatur subsistens in tribus personis.

B quod præintelligitur tribus personis, non est subsistens, non est suppositum, quantumuis sit per se existens: ergo nec est potens creare. Patet, quia actiones nõ sunt solùm per se existentium, sed subsistentium & suppositorum, & sic actio creatiua conuenire illi concreto deitatis non potest, scilicèt, huic Deo existenti, sed ei quod primò subsistit: & hoc est illud individuum subsistẽs, quòd primò & immediatè est Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Porrò q̃ toties inculcant, non posse Deum creare, donec intelligatur subsistens, intelligunt, non quòd à subsistentijs habeat potentiam ad creandum, nisi tantum tanquam à conditione, sine qua non: formale namque principium non habet à subsistentia, sed ab essentia, ab intellectu, à voluntate. &c. Itaque creaturæ debent dicere respectũ ad creatorem, sed huiusmodi est primo & immediatè illud subsistens deitatis, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, ergo ad illum referũtur. Et quidẽ hæc ratio solutionibus argumentorum adiuncta, instar mille est his Theologis. Quod adhuc vt similius veri reddant, argumenta soluere conantur opposita.

C

XIX. *Arg. resp.*

AD primum dicunt, pluralitatem personarum in vna natura esse propriam Deitat inde nõ sequitur, quod in alijs à Deo non possit esse respectus ad illam pluralitatem. Ad secundum patet ex dictis. Ad primam confirmationem concedũt, creaturas per se, non exigere talem respectum

ſpectum ad Deum, vt Trinum: at quia de facto cauſa productiua eorum eſt trina in perſonis, & ipſæ de facto procedunt à tribus illis, idcircò ad tres perſonas referuntur. Sanè aqua calida, per ſe loquēdo, ſolùm reſpicit cauſam habentem calorem: quòd verò talis cauſa ſit Sol, aut ignis, ab aqua calida, per ſe loquendo, non reſpicitur. Si tamen de facto calefacta eſt à Sole, opus eſt, vt de facto ad Solē referatur. Ita dicunt, licèt non per ſe, ſed per accidens habeant creaturæ, quantū eſt ex ſe, q̄ à Deo trino procedāt, quia ab vno æquè poſſent procedere: quia tamen de facto à trino producuntur, apparet quòd referri ad tres perſonas debeāt. Illud verò de reſpectu ad patrē muſicū, vel albū non facit ad rem. Nā patrem eſſe albū, vel muſicū, non ſolū accidit filio, ſed & patri: at verò Deum eſſe trinū, vt creet, licèt accidat creaturis, non tamen accidit Deo. A B

Creaturæ per ſe, nō referuntur ad Trinitatē, de facto tamen referūtur.

Ad ſecundam confirmationem dicunt, ita eſſe, vt Sanctus Thomas vult: verùm inde ſolū habetur, q̄ creatio eſt actio communis diuinarum perſonarū, & quæ vno & eodem formali principio exiſtēte æqualiter in tribus, habet fieri, ni mirū vna & eadē ſapientia, bonitate, potētia, &c. ad differentiam actionum notionalium, quarum formale principium non eſt aliquid commune. Ad aliud ex q. 39. reſpondent, mentem D. Thomæ eſſe, quòd in hac, Deus creat, nomen Dei ſupponit pro eſſentia, id eſt, non ſuppo nit determinatè pro aliqua perſona diuina, ſicut in hac, Deus generat, ſed cōmuniter pro omnibus. Ad aliud ex 3. part. dicunt ex doctrina eiuſdem, ibi q. 3. ar. 3. ad. 1. vbi ſic ait: Excluſis per intellectum proprietatibus perſonalibus, remanebit in conſideratione noſtra natura diuina vt ſubſiſtens, & vt perſona. Quibus verbis ſatis enucleatè Diuus Thomas aperit, non loqui ſe de eo quod nūc eſt, alioqui abſtractis per intellectū proprietatibus, id eſt, tribus perſonis, illud quod remanet, erit perſona, & ſic de facto erūt quatuor perſonæ. Loquitur ergo de eo quod eſſet, ſi per impoſsibile excluderentur tres illæ ſubſtentiæ & perſonalitates relatiuæ. Et tūc, remaneret eſſentia diuina, aliter quā nunc ſe habet: nam tunc ſe haberet vt ſubſiſtens, & vt perſona. C

In hac, Deus creat, Deus pro quo ſupponat.

Excluſis perſonalitatibus, an Deus poſſit aſſumere, &c.

A persona, & vt assumens & creans: quo quidem modo nũc non se habet. Nã præcisis subsistentijs personalibus, nulla remanet subsistentia, qua Deus assumat, aut creet. Porrò Ricardus contendit, nõ quòd modò creet illa vnica persona præintellecta tribus, quia sanè nulla est talis: sed q̃ si non esset nisi vna persona, illa quidem crearet, vt & habet Scotus explicans Ricardum, in 2.d.1.q.1.ad fin. ad.1. arg. in oppositum. Sed tamen tunc negotium diuinitatis, & creationis aliter se haberet: nam tunc crearet vna persona, nunc verò tres sunt quæ creant.

Ad tertiam confirmationem dici potest, inter productionem Spiritus sancti, & productionẽ creaturarum, quã B plurimas, imò & innumeras, & infinitas differẽtias esse assignabiles. Verùm quæ ad propositum spectat, est, quòd productio Spiritus sancti, non solùm quantum est ex parte ipsius productionis, sed etiam quantum est ex parte rei productæ, & ipsius etiam principij productiui, exigit per se & suapte natura quòd fit à pluribus suppositis. Cæterũ creatio, licèt quantum est ex parte principij productiui, per se habeat produci à pluribus suppositis, ad hunc sensum, quòd principium creans, natura sua, sunt tria suppositа, & quoadusque intelligatur diuina natura subsistẽs in his tribus suppositis, non intelligitur, vt actu creans, vel operans ad extra, nam nõ sine causa dixit Arist. Actiones C esse suppositorum: nihilominùs tamen natura ipsa creationis, aut creaturarum non exigit, quòd fit à tribus, quãdoquidẽ ex se æquè bene ab vna persona, si sola esset vna in diuinis, fieri posset, sicut modò de facto fit à tribus. Hoc tamen non tollit, quin, suppositо quòd à tribus de facto procedunt creaturæ, ad tres de facto referantur. Illud vero axioma, Actiones sunt suppositorum, Scotus in.4.d.12. q.3.ad secũdum principale, dicit esse falsum, nec esse Aristotelis, vt vulgò refertur ex.1. Metaph. Sed quidquid de hoc sit, negari nõ potest axioma illud, nã & D. Thom. eo vtitur in.1.d.5.q.1.ar.1.& ferè de Verit.q.20.art.1.ad.2. &.3.& communiter omnes. Verùm hoc expressiùs examinare per tempus non vacat.

Spiritus sanctus exigit vt procedat à pluribus personis, nõ sic creaturæ.

Actiones sunt suppositorum.

Ad

Respectus creaturarũ ad Trinitatem est naturalis & tamen nõ cognoscitur ab Angelo. Obijcitur. Solvitur.

Ad vltimum,admittunt, respectum illum ad ordinem naturæ pertinere:negant tamen inde colligi, ꝙ Angelus, qui comprehendit creaturam,cognoscat illum respectum. Nã bene stat comprehendi rem,non cognitis illis respectibus,qui per se non conueniunt tali rei:&talis est respectus ille creaturarum ad Trinitatem.Sed instas,ille respectus secundùm suã entitatẽ est naturalis,vt fassi sumus,ergo intra ordinem naturæ est producibile aliquod lumen,cui ille respectus sit proportionatus in ratione obiecti:& consequenter terminus,qui est Trinitas.Concedunt illum respectum esse naturalẽ,atq;adeò cognosci per naturã posse . Verùm ex hoc non sequitur, ꝙ distinctè & in particulari etiam sit eius terminus cognoscibilis per naturam. Supperũt exempla passim: nam nõ oportet,vt qui cognoscit potentiã visiuam,cognoscat distinctè & in particulari omnẽ colorẽ. Rursus,appetitus & respectus,qui in nobis est ad Deũ clarè visum,naturalis est,vt doctiores asseuerant: neq; tamen inde fit,ꝙ ad cognoscẽdũ hũc respectũ &appetitum,oporteat eius terminũ distinctè & in particulari cognoscere, id est,sub ꝓpria ratione visionis beatificæ supernaturalis.

A

B

* *Ecce horum mentem Doctorum,ecce eorum rationes & fundamenta,ecce demùm quibus effugijs vim argumẽtorum euadunt.At alijs licèt satisfaciant omnibus,mihi nũquam satisfaciunt.Ne tamen in immẽsum augescat opus, in hoc quasi biuio lectorem vel semel constitutum volo linquere.Ipse se quò libuerit vertat. Addam nihilominus, & aliam indicare viam,quà qui incesserit,nihil periculi,nihil offensionis,imò planum & expeditũ habebit incessum.

Alter modus planus, quo Christus, &c.

C

Sanè anima Christi per hanc scientiam inditam,euidenter actum fidei intuebatur,qua viatores sui temporis credebãt mysterium Trinitatis, ergo euidenter videbat illum actũ esse infallibilẽ,ergo euidẽter iudicabat, obiectũ illius actus esse verũ. Totum patet,quia tamẽ veritas illius actus nitebatur testimonio Dei, & ab illo sumebat suam rationẽ & essentiam:ideò tota hæc euidentia vltimò ad reuelantem & testificãtem reuocabatur.Et hîc,si placet, optatã nostra quæstio metam contigerit, lege,lector, & fruere.]

QVAE-

A

QVAESTIO TERTIA EXPOSITIVA.

Vtrùm Psalmi Dauidici soluta oratione, an verò
B *carmine conscripti sint, & quo carminum genere.*

SVMMARIVM.

§.1. CEntiles & Lutherani negant, esse nunc vera in Scripturis sacris carmina & poësim.

§.2. Deus versu mauult laudari quàm prosa. Diabolus musicam abhorret. Musica & organa Ecclesiastica defenduntur.

§.3. Musica commouet animos, & mirabiles effectus causat in nobis, & in brutis.

§.4. Probatur hoc profanis exemplis notabilibus.

C §.5. Musica & poësis in rebus ipsis & mũdo, ac tota natura. Nẽ vocum & verborum, sed rerum Musica.

§.6. Quòd cæli suis motibus Musicam & concẽtum efficiant, tractatur latissimè, & diligentissimè.

§.7. & 8. ex Scriptura & Patribus, quòd Dauid fuerit eximius Poëta, & eius Psalmi, carmina.

§.9. Tituli Psalmorum indicant Psalmos esse cantilenas: & explicantur aliqui tituli elegantes.

§.10. Vox, Selah, in Psalmis, & in Abacuch, quid.

§.11. Multi Psalmi acrostichi, id est, Alphabetico ordine compositi.

§.12. In Psalmis omnes tropi & figuræ poëticæ.

§.13.

§. 13. *Dauid omnis generis Poeta, Lyricus, Elegiacus, Satyricus, Tragicus, &c.* A

§. 14. & 15. *Latè tractatur, quo genere metrorum & carminum compositi sint Psalmi.*

§. 16. *Laudes Dauidis, & Psalmorum.*



T legentium voluptati, & non solùm vtilitati consulamus: si tamẽ futuri sint, qui lucubrationes has nostras legant, siq́ue voluptas aliqua ex earũ lectione capi possit, operæprecium facturum me existimo, si difficillimis scholasti B cæ Theologiæ quæstionibus, pariter & vtilissimis, quasdam alias, quas gratiores & plausibiliores futuras credo, subiunxerim. Nam materiarum varietate, & permutatione leuatur tædium, aut minuitur. Quare posteriores istæ quęstiones nouitate & iucunditate sui, lectorem à molestia liberum, beneuolum reddent pariter & attentum. Et quidem licèt quæstiones curiosas examinare velle, meritò prohi-

1. *Tim.* 6. beamur à Diuo Paulo, & à Patribus, non ideò à proposita ego disputatione deterrebor, quãdoquidem quæstio, quæ à me susc̃ipitur disc̃eptanda, non minus habet vtilitatis quàm curiositatis, vt iam licet videre.

I. Hæretici exibilant nos quòd dicamus Psalmos esse carmina.

PRofectò vtilissimum erit, ostendere, Psalmos Dauidi- C cos carmine conscriptos esse: nam Iulianus Augustus apostata olim; nostra verò tempestate Anabaptistæ (primum horum referente D. Cyrillo Alexan. lib. 7. contra Iulianum: alterum, Syxto Senen. lib. 8. Bibliothecę sanctæ) hinc arma ad impugnanda veteris Testamenti volumina desumpserunt. Accusabat Iulianus Eusebium Cęsarien. quòd multas carminum species in veteri Testamento reperiri, falsò persuasisset. Anabaptistæ videntes, multis carminũ generibus, olim, quosdam veteris Testamenti libros esse compositos, qui tamen nunc prosa, solutaq́; oratione leguntur, irridẽt & exibilãt nostra Biblia, quasi adultera

A adulterata sint & corrupta. Nam quòd vitiati sint ab impijs Iudæis libri veteris testamenti, quodq; Hebraici codices, quibus nunc vtimur, sæpe sæpiùs à veris originalibus differant, licèt ego sequutus alios negem, affirmant tamẽ quàm plurimi scriptores cũ primis docti & catholici, Iacobus de Valetia in Prologo Psalmorum, Tractatu. 6. Lætmarius lib. 8. de Instauranda religione. c. 6. Lindanus lib. 1. de optimo genere interp. c. 1. 2. 3. & 4. Melchior Cano, lib. 2. de locis. c. 13. & 14. Titelmanus, Galatinus, & alij quàm plurimi, vt ex antiquis silentio nũc prætereamus Iustinum Martyrem, Eusebium, Tertul. Irin. Basil. & alios: de quibus tamen infrà, q. 6. posit. §. 1. censebo.

Negandũ est quòd sacri codices fuerint vnquam à Iudæis corruptiæ.

B Sciendum etiam, referente Philastrio Brixien. in Catalogo hæreseon. cap. 117. fuisse hæreticos, qui assererent, Dauidem profanarum ac secularium cantilenarum fuisse compositorem. Et in Epistola Concilij Antiocheni, quæ habetur in Eusebio, lib. 7. hist Eccles. cap. 25. & in Elencho hæresum Gabrielis Prateoli, idem error Paulo Samosateno ascribitur. Anabaptistæ nostro seculo asserunt, librum Psalmorum non á Dauide, sed à recentioribus quibusdam Iudæorum Rabbinis, post mortem Christi, fuisse conscriptum, vt haberent Hebræi, ad captiuitatis solatium, cantilenas nonnullas, quibus publicè in synagogis suis conuenientes, orando & canendo, suis inimicis multas C calamitates, sibi verò multam salutem & fœlicitatem precarentur.

Hæretici appellant Dauidẽ, vatem profanum.

Tandem sunt, qui existimantes metricum scribendi genus esse molle & profanum, & duntaxat ad fabulas componendas aptum, aut ad vanos & impuros affectus iræ vel amoris delineandos adinuentum; persuadere sibi non possunt, aliquos sacros libros poeticè conscriptos esse. Quin & hanc ob causam librum Iob, quòd poeticè procedat, fuerũt qui putarent, non esse rem verã, quæ gesta sit, sed tragicomædiam Hebræorum, vt eam appellant Anabaptistę, ac purum figmẽtum poëticum: aut sanè rem quodammodò veram, sed multis permixtam fabellis & figmentis, sicut Homerici aut Virgiliani libri, qui perpaucas veritates

Alia obiectio hæreticorum.

veritates multis conspersas nugis & mendacijs continent. A
** Idem Lutherani huius seculi: nam eorum antesignani Lutheri, apud Bellarm. lib.1.de Verbo Dei.c.5.verba sunt ista, in Sermonibus cõuiualib.tit de Patriarchis & prophetis; Non credo omnia ita esse gesta vt in libro Iob narrãtur. Et tit.de libris vet.& no.test.ait, librum Iob esse veluti fabulæ argumentum ad proponendum patiẽtiæ exemplum] Vides iam, bone lector, disputationis nostræ necessitatem & vtilitatem? Sed vt voluptatem etiam experiaris, paulisper expecta.

Tacitur fundamentũ totius quæstionis.

PRincipiò vt altiùs rem istam repetamus, supponẽdum est, magnoperè decuisse, vt aliquot veteris testamenti libri carmine conscripti essent. Esset itaq; sacrorum Bibliorum libris intertextus aliquis, qui poematum thesaurus cõpellaretur, quiq; non prosa solutaq; oratione, vt reliqui, sed poeticè & rythmicè procederet. Et quidem hanc hypothesim fulcire & firmare multis debemus præsidijs, & tribus præsertim. Primo, ostendendo, quàm gratissimam sem per Deo Opt. Max. fuisse poesim & musicam. Secundo, multam esse vim musicæ & poeseos ad animos hominum permouendos & concitandos, & in vtranuis partem flectendos. Tertio, qua ratione in hoc vniuersitatis libro, id est, in mundo isto visibili, carmina rerum fecerit Deus, vtq; creaturæ omnes debito & congruentissimo ordine inter se dispositæ, miram poesim & pulcherrimam musicam reddant, B C

II.

Quod maiuult Deus laudari se versu quã prosa, tractatur latissimè.

PRimum horum probabimus, si ex sẽculari literatura aliquot exempla & testimonia mutauerimus, & in nostros vsus conuerterimus, iuxta præscriptum canonem D. Augustin. 2. de Doctrina Christiana. c. 40. Nam quòd carmina auribus Dei gratissima sint, Flaccus ad Augustum in Epistola, 1. lib. 2. dixit, hunc in modum:

Carmine Dij superi placantur, carmine Manes.

Et Ouidius. 1. Trist.

Exorant magnos carmina sæpè Deos.

Quinimò neq; preces olim ad Diuos fundebantur soluta oratione, apud Ethnicos Theologos, sed metrica, vt patet ex hym-

A ex hymnis Pindari. Et Macrobius libro. 2. in Som. Scipionis capitulo. 3. in sacrificijs & Deorum laudibus, carmina olim adhiberi solita, dicit. Quod ex Neotericis refert Bartolomæus Cassanæus, in Catalogo gloriæ mundi, parte. 10. consideratione. 51. Sed & Aristotel. 1. cœli, hymnis Deum honorari solitum à Pythagoricis, tradit. De quo Iacobus de Valen. super Te Deum laudamus, in illo versu, Tibi cherubin. Sed profanis ijs sacra misceamus. Filij Asaph, & Hemam, & Idithum prophetabant in cytharis & psalterijs. Helisæus, vt vaticinaretur, iussit adduci sibi psaltem. Cumque caneret psaltes, facta est super eum manus Domini, id est, requieuit super eũ prophetia, vt explanat Caldaicus. Et. 1. Reg. 10. grex propheratũ ad pulsum tympani, cytharæ & tibiæ prophetabant. Ecce carminum & musicæ vim, quæ tanta est vt illa disponerent se prophetæ ad suscipiendum propheticum spiritum: quod minimè facerent, nisi existimarent rem gratissimam se Deo facere, si eũ rythmis & instrumẽtis musicis inuocassent, imò & quodamodò prouocassent ad prophetiæ donum conferendum: quod & tradit Lyranus. ibi. 4. Reg. 3. Et Stunica Augustinian. lib. 1. de Vera relig. cap. 19. latissimè, contra nostri seculi hæreticos, qui sacra carmina, & cantum damnant.

1. Par. 25.
4. Reg. 3.
1. Reg. 10.
Cantu, & musica disponebant se ad propheẽdum.

B

Est verò præclarissimum huius veritatis argumentum, quòd Diabolus vehementissimo odio prosequitur musicam. Cùm enim in Saulem nequam nequior spiritus irrueret, Dauid carmine & cythara dæmonem propulsabat, & Saulem exhilarabat. Quod non solius diuini verbi virtute, sed virtute etiam musicæ factum, dicit Iosephus lib. 6. antiq. cap. 9. & D. Aug. 10. Conf. capitu. 33. & Iacobus Valent. prologi in Psalterium tractatu. 1. cap. 3. & Burgensis in Addit. 1. Reg. 16. dicens: Dicere quòd hoc fieret ex merito Dauid, seu per orationes eius, alienum est à litera, quæ solùm facit mentionẽ de actu psallendi. Dæmõ itaq; qui (vt verbis vtar F. Thomæ à Villanoua, Valẽtini Archiepiscopi, in sermone de visitat. Virg.) deridet vibrantẽ hastam, & durissimos malleos pro nihilo pendit, ad citharæ

C

Quod vehementer Diabolus odit musicam.
1. Reg. 16.
Iob. 41.

sonitum tremefactus recedit, & quem nulla vis superat, A
superat harmonia. Hæc ille. Et ratio est. Nam cum alioqui
perturbata tumultuantium confusio, & inordinatus cla-
mor sit illi gratissimus, non potest concors carminum &
* musicæ ordo non esse illi infestissimus. * Rectè Tartarus
à voce Græca τάραττω, quæ conturbationem significat,
dictus est: quanuis alij ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν, id est, à timore
frigoris, de quo aliàs.] Sed & Glos. ordina. ibidem. 1. Reg.
16. ex mẽte Boethij, Philosophum quendam tactu cytha-
ræ, dicit, ab obsesso corpore pepulisse Dæmonium.

Mos sanctæ Ecclesiæ cãtandi hymnos, &c.

Demùm, publicus sanctæ Ecclesiæ vsus & mos collau- B
dandi Deum hymnis & canticis, plurimum habet autho-
ritatis ad demonstrandum, id Deo esse gratissimũ. Quod
tractat D. Tho. 2. 2. quæstione. 91. artic. 2. ex Arist. August.
& Boethio. Nec contra hoc est D. Hierony. in cap. can-
* tantes. 92. d. * Quòd si Iustinus Martyr. q. 107. ad Ortho-
doxos, & Theodoretus, lib. de Sacrificijs, musicorũ vsum
instrumentorum ab Ecclesia videntur arcere, quòd vel ad
Synagogã, vel ad infantes & imperfectos pertineãnt; pla-
nè horum aures delicatæ, quibus organorum infestus est
sonus, nobis officere non debent: nam vt omittamus nũc
quòd cum hæc non sint de genere figuralium, sed simpli-
ces pietatis ritus, possunt nunc temporis in lege gratiæ, si-
cut sub lege veteri vsitari:] constat in Ecclesia etiam triũ- C
phanti, musicæ & carminum vsum esse. Vnde passim in
Apoc. 19. Apocalypsi legimus, sanctos homines personaturos Alle
lu-Iah, & laudes & cantica, quod non translatitiè & meta
Quòd in cælis est laus vocalis Hebraico idiomate, & hac lingua vtẽtur beati, ait Io. Maior, sequitur Palacios, in. 3. p. 374. Globus Can. lib. 1. c. 1.
phoricè, sed voce vera ac sonora intelligendum esse, ha-
bet D. Tho. ex D. August. & Glossa, in. 2. d. 2. q. 2. art. 2. ad
5. & lib. 4. d. 44. q. 2. art. 1. q. 1. in corp. & ad. 4. Quod tamẽ
qua ratione fieri possit (nam planè est punctum longè dif
ficillimum explicatu, quo modo voces illę & loquelæ for
mẽtur in cœlo empyreo, cum ibi non sit aer, in quo solo
nata est vox formari, & deferri ad aures audientium, quæ-
stio difficultas difficillima visa est Henrico, quodli. 7. q. 7.)
forsan antequam ab hodiernis disputationibus me expe-
diam, disputabo. q. 6. scol. ad finem.

Secun-

A SEcundum præsidium, quo munire illam debemus hypothesin, est ostendendo, quãta sit vis Musicæ ad animos hominum concitandos. Hùc spectare dicit D. Thom. 2. 2. q. 91. illud Isai. 48. Laude mea infrænabo te, ne intereas. Nam diuinis canticis infrænatur homo & coërcetur, ne per vitiorum præcipitium rapiatur. Nihil verò refert hũc locum Isaiæ ab alijs sic verti, Frænum injciam mihi tui causa, vt sint verba Dei, qui propter nos aliquando humanitatis frenum sibi iniecturus erat, quo à furore & ira, quæ olim in homines solebat excandescere, se ipsum temperaret & cohiberet. Sed vim Musicæ ampliùs ostẽdamus. Aristot. 8. Politicorum, cap. 5. sic dicit: Habet Musica na-

B turalem voluptatem, per quam illius vsus cunctis ætatibus, cunctisque moribus est acceptus. Et infra: Harmoniarum distincta est natura, ita vt qui audiunt aliter dispona tur, nec eodem modo se habeant ad vnamquamq; ipsarũ, sed ad quasdam flebiliter & contractè magis, putà ad eam quæ appellatur Lydia mixta: ad quasdam verò molliùs secundùm mentem, ad aliã mediocriter. Phrygia verò distrahit ac rapit animum, &c. * Itaque Græci quatuor harmoniarum musicarũ genera habuere præcipua, Phrygiũ, Lydium, Ionium & Doricum; quorum alterum altero validius erat, vt liquet ex Luciani Harmoniade.] Ex quibus tãdẽ colligit Arist. Musicã posse animi mores in melio per

C mutare, quam ob causam in ea pueri sunt instituẽdi: quod & docet Philo. lib. de Agricultura, pag. 166. Docet autem ibidem Aristoteles, cognationem quandam esse nobis cũ harmonijs & rythmis, & multos iam olim sapientes dixisse, animum hominis aut esse aut habere harmoniam. Isti verò sapientes fuere ante Aristot. Pythagorici, & Platonici: post ipsum Iamblicus, Alexander Afrod. libro. 1. probl. prob. 119. Quintil. lib. 1. c. 16. Boethius lib. 1. de Musica. c. 1. Plutarchus in Symposiacis, & ex modernis, Cœlius Rhodig. lib. 5. lect. antiqua. à cap. 20. Præ reliquis verò D. Augustinus. 10. cõfe. c. 33. vbi sic loquitur: Omnes affectus nostri habent proprios modos in voce & cantu, quorum nescio qua occulta familiaritate excitantur. Et infrà, Cum

III. *Quòd magna sit vis musicæ ad animos commouendos. Isai. 48.*

* *Mens nostra, & animus habet cum musica cognationẽ.*

reminiscor lacrymas meas, quas fudi ad cantus Ecclesiæ A
tuæ in primordijs recuperatæ fidei meæ,& nũc ipso com-
moueor.Platonis verò in Tim.verba sunt ista: Data nobis
est harmonia, non ad voluptates rationis expertes, sed vt
per eam dissonantem circuitum animarum compona-
mus, & ad concentum sibi proprium redigamus. Refert
Franc.Geor.Venet.tom.5.sect.4.nu.316.

Nota verba Macrobij.

Sed Macrobium pulcherrimè hanc tractantem mate-
riam,libro.2.in somnium Scipionis, cap.3.auscultemus.
Ideo, inquit, in hac vita omnis anima musicis sonis capi-
tur,quia in corpus defert memoriam musicæ,cuius in cœ
lo fuit conscia. Et ita delinimentis canticis occupatur, vt
nullum sit tam immite, tam asperum pectus, quod non B

Actus animæ gubernatur musica.

oblectamentorum talium teneatur affectu.Et mox Deni-
que omnis habitus animæ cantibus gubernatur, vt & ad
bellum progressui, & item receptui canatur cantu,& ex-
citante & rursus sedante virtutem. Dat somnos adimit-
que,nec non curas & immittit, & retrahit:iram suggerit,
clementiam suadet, corporum quoque membris mede-
tur. Ecquid mirum, si inter homines musicæ tanta domi-
natio est,cùm aues quoque,vt luscinia & cygni,altæve id
genus,cantum veluti quadam disciplina artis exerceant?

Bruta cantu alliciuntur.

Nonnullæ verò, vel aues, vel terrenæ vel aquatiles bel-
luæ, inuitante cantu, in retia sponte decurrant: & pasto-
ralis fistula pastum progressis quietem imperet gregibus. C
Hæc illæ, & alia. Ex quibus multa in suas lectiones tran-
scripsit Cælius libro.5.cap.21.& Cassanæus, parte 10. consi
deratione 51.Sed & Quintilianus libro 1.cap.16. Natura,
inquit, videtur ad tolerandos facilius labores musicam,
veluti munere nobis dedisse. Siquidem & remiges can-
tus hortatur, & quamlibet rudis modulatio, &c. Sed &
apud antiquos exploratum fuit, mutationem musicæ, mu-
tationem etiam morum in Rempub.inducere. Nam Boe
thius libro 1.de musica,cap.1.sic dicit: Plato cauẽdum exi-
stimat,ne de bene morata musica aliquid permutetur: nul
laenim magis ad animum disciplinis via, quàm auribus
patet.

Expe-

A Experientia quoque hãc firmat doctrinam. Quis enim noget, miseris & afflictis hoc vnum superesse remedium, quo molestias & calamitates, quibus anguntur, æquo animo ferant? *Cantu & musica leuãtur afflicti.*

. . . . . Inopem solatur & ægrum,
Auertit morbos, metuenda pericula pellit, &c.

quod dixit Horat. Agricolæ, messores, & quiuis alij operarij, medijs æstatis solibus, cum pecudes vmbras & frigora captant, laborãtes, si cantilenam aliquam & rythmum quàmlibet rudem personent, nihil infestum præsentiscunt: estque eis cantus vice auræ subfrigidæ & ameniss-
B imæ. Viatoribus etiam pedestribus itinere longo fessis cantus est pro vehiculo. Vincti in carceribus liberos se esse existimant quandiu dulce aliquod melos occinunt. Horũ vnum Pastor ille dicebat,

— — — Cantantes licèt vsque minùs via lædet *Virg. Eglo. 9. in fin.*

Alterum Propertius,

Crura sonant ferro, sed canit inter opus.

His apponamus illud sacrum de Deuo Paulo & Syla, qui noctu carcerem horridum & squallidum in sacrum ac lætum chorum conuertentes, laudes Dei carmine personabant. Etiam nocte Christus Dominus hymno seu carmine, quod idem est, teste Augustino super Psalmum 72. se ad passionem præmuniuit. Vtrumque adducebat Stunica, libro. 1. cap. 19. de Vera religion. Nox vero in fi-
C gurato & arcano scripturæ sermone, aspera & ærumnosa tempora significat, vt obseruauit etiam Luysius noster super cap. 3. Canticorum, in Explanatione, in illis verbis: In lectulo meo quæsiui per noctem. Quadrantissimum porrò his omnibus est, quod sanctus Iob illis verbis, cap. 35. Qui dat carmina in nocte, significat, scilicèt, cum in tenebris & densa caligine versentur miseri, si tamẽ Deus talem eis metem immittat, vt cantent, continuò metum, quem nox incutere solet, excutiunt. Ita explicabat idem Didacus Stunica, illo loco super Iob, post Eugubinum, quanuis aliter ex Hebræis fontibus ambo putent verti posse.

Mart. 14. *Act. 16.* *Cant. 3.* *Iob. 35.*

Quod omnis ætatis & conditionis homines decet Musica.

Quocirca omnibus æquè necessariam esse musicã, existimauerunt antiqui, & omnibus addiscendam esse, referente Georgio Veneto in problem. tomo. 5. sectione. 4. num. 316. ex Mercurio, Musice nihil erat aliud nisi cuncta rerum ordinem scire, &c. & mox: Musarum chorus à Deo in hominum cætum demissus est, ne terrenus mundus videretur incultior, si modulorum dulcedine caruisset. Hæc Mercur. Diuus Isid. libro. 3. Etymolo. cap. 14. tàm turpe dicit esse nescire musicam, quàm nescire literas. Quis ignoret, ait Quintilianus, Musicen tantum iam illis antiquis temporibus venerationis habuisse, vt ijdem musici, & vates, & sapientes iudicarentur? Et mox: Socrates iam senex institui Lyra non erubescebat. Lyræ imperitum cum se Themistocles confessus esset, vt verbis vtar Ciceronis, habitus est indoctior. Vnde generaliter omnes in M. Catonem inuehebantur, quòd diceret, non esse rem viro serio dignam, musicam. Vide Macrob. lib. 3. Satur. c. 24. Aristot. 8. Polit. c. 6. Cælium, lib. 5. c. 28. Quod verò ait Beatus Gregorius. 92. distin. c. in sancta. si rectè expendatur, contra nos minimè est. A B

IIII. Exẽpla de vi, & efficacia musicæ.

EXempla verò de vi, & (vt ita dicam) omnipotẽtia Musicę & poeseos, pauca ex multis promo. Refert Quintil. lib. 1. c. 16. Seneca, lib. 3. de ira. Boeth. lib. 1. de Musica, cap. 1. D. Thom. lib. 4. de regim. princi. c. 21. ex Aristot. & Tullio, Iuuenem quendam Tauromenitanum, ad mulieris ædes expugnandas, vino calidum, amore percitum, cũ tibijs, & citharis venisse sonantem, ibique furentem perseueraſse, donec Pythagoras, vt rythmum mutaret, & versus Spondaicos ad Phrygium modum caneret, cytharistam iussit: quibus mansuetis versibus iuuenis mansuefactus, ab incepto destitit, & reinfecta, domum redijt. Plutarchus libro de musica, refert de magno illo musico Timotheo, quòd animum Alexandri Magni nunc ad pacem, nunc ad prælium, carmine & musica, prout volebat, inclinabat. *Hinc Pythagorici vespere ad sedandos motus sonabant cythara, manè contra ad excitãdos. Hinc Terpander, & Arion, & Ismenias, cytaristæ excel- C

A excellentes, quàm plurimos indecoris motibus vexatos, concentibus curauerunt. Hinc Athenienſes hoſtẽ aggreſſuri, Pœana, Iouis hymnum cantabant priùs. Refert Alex. ab Alex. lib. 4. c. 7. vbi & dicit, Melos Laconicum ad permouendum militum animos valuiſſe plurimum. Vnde & equis, & mulis & canibus, ſonalia, nolas, tintinnabula collo appendimus, vt muſica deleẽtentur, & animentur. Pythagoras muſica & concentu morbos varios depellebat, vt tradit Alex. lib. 2. cap. 25. Quinimo percuſsi ab Stellione & Tarantula, non alio remedio quàm concentu & muſica, reuocantur priſtinæ ſanitati. Tarantula verò genus quoddam eſt Phalangij, Aſterion dictum & ſtelio, araneorum natu-

Tarantula venenoſum animal, &c.

B ræ, quo Italia maximè in Apulia & Campania abũdat: hoc venenato animaculo infecti ſolum habent muſicæ remedium: Ferunt cum mordet & venenum fundit, ſtridere ſono quodam vario, læſos verò & ictos nõ anteà ſaluti reſtituì quàm eundem concentum tonunq; eundem muſica reddat. Vndè variè ſonandum eſt, donec illa conſonantia reddatur quam edidit Tarãtula in puncto morſus & læſionis. Rem planè mirabilem, ſed credibilem pro muſicæ eximia qualitate.] Homerus. 9. Iliad. Achillem, memorat, carmine & cithara ſolitũ ſuas iras frænare & compeſcere, Sed & lib. 3. Odiſſ. Agamemnonem, Troiam pergentem, tradit, vxoris ſuæ pudicitiam cuidam peritiſsimo muſico cuſtodiendam commiſiſſe: qui carmine & muſica ipſam

C cõtinebat ab adulteris: at muſico illo vita functo, facilè mulierem proci expugnauerũt. Quid de Orpheo, ac Amphione memorem? Ouid. 3. de art. am.

Saxa feraſq; lyra mouit Rhodopeius Orpheus

Et Horat.

Dictus & Amphion Thebanæ conditor vrbis,
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda.

Sed quid hæc ſibi volunt? Horatius idem expoſuit.

Sylueſtres homines ſacer interpreſque deorum.
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus:
Dictus ob hoc lenire tigres rapidoſque leones.

Sic honor & nomen diuinis vatibus at q; A
Carminibus venit, &c.

Res itaque cœlestis ac omninò diuina est musica atque cantus, quanuis iam olim ab initio, & nostra potissimum tempestate, ijs homines, sicut & alijs rebus honestis, abusi sunt in prauos ac inhonestos vsus. Quod iure deplorabat Luysius noster Legion. libr. 1. de Nominibus Christi, Nomine, Monte.

V. *Quod musica, & carmina non verborum, sed rerũ sint in hoc mũdo visibili.*

TErtiò, probaturum me fidem dedi, in hoc vniuersitatis theatro rerum carmina & consonantissimam musicam fecisse Deum. D. August. lib. 11. de ciuit. capit. 18. sic pulcherrimè loquitur: Ordinem sæculorum tanquam pulcherrimum carmen ex quibusdam quasi antithetis honestauit Deus. Et mox: sicut contraria contrarijs opposita, sermonis pulchritudinem reddunt, ita quadam, non verborum sed rerum eloquentia, contrariorum oppositione sæculi pulchritudo cõponitur. Hæc ille. Sed, bone lector, non miraris ingenium huius Diui? Appellauit mundum istum carmen quoddam vel epigrãma, *vn soneto*, in quo vice vocabulorum sunt res: & vice antithetorũ, id est, nominum contrapositorum, quibus elegantiora solent metra fieri, est iugis rerum pugna & oppositio; quod dixit elegan ter ad Iccium Horatius, lib. 1. Epist. Rerũ cõcordia discors. Et non minùs eleganter Ouidius,

B

——Corpore in vno
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

C

Sunt itaque carmina rerum in hoc mundo elegantissima: nam omnigena contrariorum varietas & discordia diuino æterni opificis ingenio disposita & suis numeris absoluta, reddit concordissimam ac suauissimam musicam oculis, sicut auribus musicam reddit altera vocabulorum varietas & sonorum discordia bene temperata. Adijce his quæ Quintil. lib. 1. cap. 16. ait, Pythagoræ & omnium sequacium fuisse sententiam, Mundum musicæ ratione esse compositum, & eum deinde lyram fuisse imitatam. Quæ autem sit hæc rerum Musica, quæ rerum antithe-

Lyra imitatur mũdi cõ

A titheta, quis ordo, quod carmen, quæ demum vniuersi pulchritudo, qui oculis hactenus non cõspexit, percipiat auribus, vt in Senecæ lib. de Consol. ad Martiam. c. 18. elegantissimè & ingeniosissimè cõtinetur. Parcat autem, si velit lector, moris hisce, nam ego impetrare à me nequaquam potui, quin aurea hæc ex Seneca verba transcriberem. *centum, & musicam.*

Puta, inquit, O Martia, nascenti me tibi venire in consilium. Intratura es vrbem Dijs hominibusque cõmunem, omnia complexam, certis legibus æternisque deuinctam. Videbis illic innumerabiles stellas, miraberis vno sydere omnia impleri, solem quotidiano cursu, diei noctisque spatia signantem: annum, æstatem, hyemem æqualiter diui
B dentem. Videbis nocturnam lunæ successionem à fraternis occursibus lenè remissumque lumen mutuantem, & modò occultam, modò toto ore terris imminentem, accessionibus damnisque mutabilem, semper proximæ dissimilem. Miraberis conjecta nubila, & cadentes aquas, & obliqua fulmina, & cœli fragorem. Cum satiatos spectaculo superiorum in terram oculos deieceris, excipiet te alia forma rerum, aliterq; mirabilis: hinc camporum in infinitũ patentiũ fusa planities, hinc mõtiũ magnis & mirabilibus surgentiũ in gis erecti in sublime vertices: deiectus fluminum, & ex vno fonte in Orientẽ Occidẽtemq; diffusi amnes, & summis cacuminibus nemora nutantia, & cãtũ syluarũ cum suis animalibus, auiumq; cõcentu dissono.
C Varij vrbium situs, & seclusæ nationes locorum difficultate, &c. & mox: Quid lapidum, gemmarumq; fulgor? Et inter rapidorum torrentium arenas aurum intesluens. Et in medijs terris, medioq; rursus mari nitentes ignium faces. *Vniuersi pulcherrima fabrica describitur ex Seneca.*

His similia sunt quæ D. Aug. conscripsit de Vera religione, c. 29. Non frustra & inaniter intueri oportet pulchritudinem cœli, ordinem siderum, candorem lucis, dierum & noctium vicissitudines, lunæ mensiruæ curricula, anni quadrifariam tẽperationẽ qquadripertitis elementis congruentem: tantam vim seminum, species numerosque gignentium: & omnia in suo genere modum proprium naturamque seruantia, &c. Rursus Tertulli, libro. 1. aduersus. *Aug. de mũdi pluchritudine verba.*

Martionem, ante medium, ponderat tàm pulchrum esse ordinem vniuersi, tàm appositum & apprimè fabricatum, vt Philosophi eius magnitudinem, vim, potestatem, honorem, decorem, opem, fidem, legem elementorum considerantes, formidauerint, initio ac fine mundum constare, dicere. Plinius etiam libro.2.cap.1. numen esse dixit Mundum, neque genitum, neque interiturum vnquã. * Vnde mundum vocabant, Hoc, quæ vox solitariè sumpta, diuinitatem indicabat, de quo aliàs. Sic & Terentius, Lucescit Hoc. Et fortassis illud Sap.1. Et Hoc, quod continet omnia, &c. Et Plinius libro.2.cap.1. *Mundũ* & Hoc, quod cælum vocamus, numen esse credi, par est, &c.] Et vterque, scilicèt, Plinius, & Tertulianus notauerunt, Græcè, κόσμον Cosmõ, & Latinè Mundũ, ab ornato & mũditie dictum esse. Et Diuus Isidorus lib.13. Etymolog.c.1. Et elegantissimè Tullius.3.de Finibus.

Mundus à munditie et ornatu dicitur.

Sap.1.

A

B

Quis igitur hæc attentè meditatus, non terque quaterque elegans illud Augustini dictum repetat: Ordinem seculorum tanquam pulcherrimum carmen, ex quibusdam quasi antithetis honestauit Deus. Et, Non rerum, sed verborum eloquentia seculi pulchritudo componitur. Et ne nihil ex sacris Thesauris depromamus, planè Vates regius hanc ordinatissimam Vniuersi musicam, & elegantissimum rerum carmen elegantissimis ipse descripsit carminibus, Cœli enarrant, &c. Vsque ibi, In omnem terram exiuit sonus eorum, vel, vt habent Hebraica, Exiuit linea eorum, amussis eorum. Hoc est, eorum musica tàm ad regulam & amussim concinnata, vt nihil exactius inuestigari queat.* Adde & illud Sap.1. Hoc, id est, cœlum, siue mundus, quod continet omnia, scientiam habet vocis. Et Iob.38. Quis enarrabit cœlorum rationem, & concentum cœli quis dormire faciet? Quæ loca, vt sonant, libet accipere in præsenti.] Quod vt magis cõstet, obseruemus, si placet, id quod ex officina Pythagorica, Censorinum, Plinium, & Eratosthenem hausisse, Georgius Venetus in Problematibus referebat, quòd à terra vsque ad orbem signorum sit harmonia diapasonica perfecta. A terra vsque

Psal.18.

C

Sap.1.

Harmonia diapasonica constat mũdus.

A vsq; ad Lunam, tonum: à Luna vsq; ad Mercurium, semitonum; à Mercurio ad Venerem, tantundem: à Venere ad Solem, tonum & dimidium, &c. Ex Plinio, lib. 2. c. 22. & ferè Macrob. lib. 2. in som. Scip. c. 3. Vides diuini huius templi mundani musicã? totius naturæ concordiã? Nonne ergo pulcherrimum carmen & epigramma, iure optimo Augustinus nuncupat mundum? Meritò Magister noster Luysius Legionensis in. c. 2. Canti. obseruauit, totum poesis studium in imitanda natura versari.

V I. Cæli suis motibus sonũ suauissimũ reddãt.

POstremò omnium, quod de cœlorum vero sonitu ac vera musica antiqui senserunt, adducere non grauabor, si ea lector legere non grauabitur. Pythagoras, Plato, Tul-
B lius, Plinius, Macrobius, Proculus, Chalcidius, & innumeri alij, etiam sancti patres, cœlos verum ac dulcissimum sonum edere fassi sunt: quanuis non propriè canere: nam solus homo propriè canit, sicut solus propriè loquitur, vt dicit S. Tho. in. 2. dist. 8. q. vni. art. 4.

Principiò, quòd verum sonum & canticum edant cœli, ex Virgilio in illo versu,

Tacitæ per amica silentia lunæ,

deduci Seruius. Nam putat appellari lunam tacitam, eò quòd præ sono cæterorum planetarum, ipsa tacere videatur. Vnde dicuntur silentia tacentis lunæ. Verùm hoc leue fundamentum esse ad astruendam cœlorum musicam, ele-

Silentia tacentis lunæ apud Virgil.

C ganter & eruditè ostendit Angelus Politianus, in Miscellaneis. c. 100. vbi contra Seruium docet, appellari silentem & tacitam lunam, ibi apud Virgilium, quasi non lucentem, vt latere insidiæ Grecorũ magis possent. Et ideo dixit, Amica silentia lunæ, quasi amicam ac propiciam se luna ostenderet Græcis, subtrahendo propriam lucem, vt sic commodiùs Troiam inuaderent, ac licentiùs diriperent.* Quòd si contendas, eundem Virg. nõ longè asserere, Troianos per Lunam, id est, luna lucente, Troiam inuasisse; non ergò silentem Luna dici potest non lucens. Dico, aliud esse Lunam silentem, aliud tacentem, & similiter aliud Noctem tacentem & silentem; quæ quoniam à meo instituto me auocãt, consultò prætereo.]

* *Luna silẽs, in cõiunctione: tacẽs, cũ serena est.*

Ad rem:

Verba Tullij de cantu cœlorum.

Ad rem: Tullius in Somn. Scip. dulcissimum cœlorum cantum aure percipiens, & animo meditatus, sic ait: Quis est qui complet aures meas tantus & tam dulcis sonus? Hic est ille qui interuallis coniunctus imparibus, sed tamẽ pro rata portione distinctis, impulsu & motu ipsorum orbium efficitur, & acuta cum grauibus temperans, varios æqualiter concentus efficit. Et infetiùs: Quam ob causam summus ille cœli stellifer cursus, cuius conuersio est concitatior, acuto excitatur & mouetur sono. Hæc Tullius. A

Verba Macrobij addẽ optima.

Quæ Macrobius lib. 2. in Somniũ Scipionis. c. 1. sic cõmentatur, & Pytagorã, ac Platonẽ in eandẽ iuducit sententiam. Ergo ait: Ex ipso circũductu orbiũ sonum nasci necesse est: quia percussus aer ipso interuentu ictus, vim de se fragoris emittit: ipsa cogẽte natura, vt in sonum desinat duorũ corporum violenta collisio. Et statim: Ex his inexpugnabili ratione collectũ est, musicos sonos de sphærarũ cœlestiũ cõuersione ꝓcedere: qa & sonũ ex motu fieri necessũ est, & ratio, quæ diuinis inest, fit sono causa modulaminis. B

Pythag.

Hoc Pythagoras primus omnum Græciæ gẽtis hominum, mente concepit & intellexit, compositum quidam de sphæris sonare, propter necessitatẽ rationis, quæ à cœlestibus non recedit. Hæc ille.

Plato.

Quod ex ijsdem philosophis, c. sequenti probat & explicat. Et, c. 3. sic exorditur: Hinc Plato in Republica sua, cũ de sphærarum cœlestiũ volubilitate tractaret, singulas ait Syrenas singulis orbibus insidere. significãs sphærarũ motu cantũ numinibus exhiberi: nã Syren, Deo canens, Græco intellectu, valet. Et mox: Idcò canere cœlũ etiã Theologi cõprobantes, sonos musicos sacrificijs adhibuerũt, &c. Hæc ibi, & alia quæ gratia breuitatis prætereo. C

Vnicuique cœlorũ unã Syrenã inesse cãtatricem.

Et quod cuiq; cœlorum vna Syren insit, retulit Georgius Venetus, to. 5. problem. sect. 5. num. 32. 1. ex Plat. de Repub. Proculo in Cratylo, & in Repub. Chalcidio in Timæo. Huc spectat Hemistichium Angeli Poli.

Sua cuique innoxia Syren.

* *Ita habet in quadam Sylua, cui titulus est, Nutricia. Hùcq; spectare videtur quòd Plato, in suo Ione vel de Furore poëtico, ait, Corpus solis esse lyram Apollinis.]

Plinius

A Plinius lib.2. cap.3. idem sic: An dulci quidem & incredibili suauitate concentus, nobis qui intus agimus, iuxta dies noctibusque tacitus labitur mundus?*Et vide eundem Plinium, si placet, lib.eodē.2.c.22. cui titulus est, De syderum musica]. Ludou. Cœlius Rhodig. lib. 5. c.25. sic ait: Quo pacto fiat vt tantorum orbium rotata vertigo, tacito silentiq́ue feratur ambitu, etiam si nobis minus audientibus miranda sonorum transeat iucunditas? Hanc Plato asseruit: hunc consectati omnes approbarunt: nec Boethio displicuit. *Plinius, ad idem.* *

Sed nostros consulamus doctores. Philo Iudæus disertissimus, Iudæorum Plato, (quanuis Philonem an nostris; B an exteris Doctoribus annumerem, non satis scio.) lib.de Somnijs, sic ait, & sunt verba notatu dignissima: Cœlum perpetuo concentu suorum motuum reddit harmoniam suauissimam: quæ si posset ad nostras aures peruenire, in nobis excitaret impotētes amores, & insanum desiderium: quo stimulati, rerum ad victum necessarium obliuisceremur, non pasti cibo, potuq́; per fauces demisso, sed quemadmodum immortalitatis candidati, diuinis consummatæ musicæ cantibus, quales cum Moses extra corpus raptus audiuisset, fertur quadraginta dies totidemq; noctes, nec panem, nec aquam gustasse. Et quod seqnitur diuinè: Itaq́; cęlum, instrumentum musicæ archetypum, videtur mihi non propter alia elaboratum, quàm vt rerum Parenti C hymni scitè decantarentur & musicè. Hæc Philo. Consonat D. Amb. in præfatione super psalmos sic dicens: Laudant angeli dominum, psallunt ei potestates cœlorum, ipsum quoq; axem cœli fert expressior sermo, cū quadam perpueri concentus suauitate versari, vt sonus eius extremis terrarum partibus audiretur, vbi sunt quædam secreta naturæ: nec id ab vsu naturæ videtur alienum. Hæc Amb. Anitius etiam Seuerinus Boethius, de musica lib.1.c.2. sic ait: Qui fieri potest vt tam velox cœli machina tacito silentiq́; cursu moueatur, & si ad nostras aures sonus ille non peruenit? Et alia ibidem. D. Isidorus lib. 3. Etym. c.16. sic ait: Ipse mundus quadam harmonia sonorum fertur esse dispo- *Philo. Iudæus idē elegantissimè.* *Cælū instrumentū quo Deo canitur.* *D. Ambr. est eiusdem sent.* *Boethius quoque.* *Et D. Isid.*

dispositus, & cœlum ipsum sub harmoniæ modulatione A
reuolui. Sed & quidam Licentius, quem refert Syxtus, lib.
Licentius Poëta Christianus. 5. Biblioth. annot. 105. de Deo loquens, hoc ipsum elegãter cecinit, dicens:

Aptauit numeros cœlis, iussitque sonoros
Exercere modos, parilesque agitare choreas.

Et D. Ansel. Anselmus lib. 1. de Imagine mundi, sic ait: Septem cœlorum orbes cum dulcissima harmonia voluũtur, ac suauissimi concentus eorũ circuitione efficiũtur. Qui sonus ideò ad aures nostras non peruenit, quia vltra aerem fit, & eius magnitudo nostrum angustum auditum excedit. Hęc Anselmus. De his multa passim in problematibus Francisci Georgij Veneti Minoritæ videre licuit, quãdiu per sanctum Inquisitorũ tribunal licebat ea legere. Sed vice huius libri, relictus est nobis alter eiusdem, de Harmonia Mũdi: vbi multa ad totum hoc propositum doctissimè tractat. B

* *Hic porrò cœlorũ cõcentus, præter rationes Philonis & Anselmi, ob hanc etiam rationem à nobis non capitur, inquit Tullius: suprà, quia obsurduimus præsonitus magnitudine, vt qui habitant ad Nili ortum. Nec me latet Aristotelem 2. Cęli. c. 9.]D. Epiphanium, lib. 1. Panarij, hanc doctrinam reijcere: eandem Basil. homil. 2. Exameron. Sed & omnes Peripatetici eam irrident & suggillant, vt Georg. Venetus refert. Cuius etiam meminit Henricus quodlib. 7. quæst. 7. Sed quoniam aliò tendimus, videatur S. Thom. super Iob, capit. 38. & super Dionysium de diui. no. capitul. 4. lect. 2. & lib. 2. de cœlo lect. 14. & lib. 2. de Anima, lect. etiam. 14. C

Mũd' iste, tẽplũ, ideò debuit musicis instrumentis non carere. Ratio autem congruentissima ad asserendam hanc cælorum melodiam, est, quòd Mundus iste ab antiquis appellatum est templum Dei, videlicèt à Tullio in Somn. Scip. à Seneca, & Cęlio lib. 1. c. 22. Philone, lib. de Somnijs, pag. 510. & lib. 2. de Monarchia, primis verbis: & à Macrobio super ipsum Somnium lib. 1. cap. 14. Ex quo ipse deducit quotquot in templo hoc viuimus sanctè victuros, nam ait: Sciat quisquis in vsum tẽpli huius inducitur, ritu sibi viuendum

A uendum sacerdotis. Vndè quæ vitæ puritas & sanctitas in sacerdote requiritur ingressuro templum ad immolandum, ea in quouis homine, qui in hūc mundum venit, necessaria est. Cum ergo mundus iste sit templum Dei: non decet autem templa & Ecclesias Diuorum sine organis & cantoribus esse, idcircò in hoc vniuersitatis templo, cœlorum sonum & harmoniam vice organorum & cantorum à Deo fuisse adinuentam, voluerunt antiqui, vt sic verum sit Cœlos enarrare gloriam Dei, & Vniuersum habere scientiam vocis, id est, vocem, ac sonum scientissimum: vt habent Scripturę.

Huius templi mundani Sacerdos est quinis homo.

Psal. 18.
Sap. 1.

Fecimus hactenus quod facturos polliciti sumus. Vt
B autem post tot circuitus ad nostram hypothesin regrediamur, dico decentissimum fuisse, vt librum aliquem, siue Thesaurum poëmatum haberet Ecclesia ad Deum collaudandum, ad spiritum hominum commouendum & eleuandum, vt & per carmen & sine carmine (vt verbis vtar Philonis lib. de Plantatione Noë, pag. 204.) vtraque tam prorsa quàm versa oratione mundi opificem veneraremur.

VII. Prima probatio ex scriptura quòd Dauid carmine Psalmos fecerit.

PRobemus iam Dauidem carmine suos composuisse psalmos. Prima probatio nititur sacræ Scripturæ. 2. Paralipo. 7. sic dicitur: Sacerdotes stabant in officijs suis, &
C Leuitæ in organis carminum Domini, quæ fecit Dauid Rex, hymnos Dauid canentes per manus suas. Et. 1. Esdræ. 3. idem dicitur, &. 2. Reg. 23. elegans locus sic habet: Hæc sunt verba nouissima, quæ dixit Dauid filius Isai, egregius psaltes in Israel. Et Ecclesiast. 47. de Dauide sic dicitur: Stare fecit cãtores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos. Sunt qui existimẽt, quoties in Scriptura de carminibus fit mentio, de psalmis Dauidis intelligi, vt Ecclesiast. 44. Laudemus viros glorioſos, &c. & in pueritia sua natrãtes carmina Scripturarum. In pueritia enim sua videtur ibi legendum esse, non peritia, quamuis vox Græca *, παιδεια, quæ ibi habetur, vtrumque significet. Amauit autem ab incunabulis & à pueritia sanctus Dauid musicam piam (verba sunt Augustini epistola. 131. ad finem)

2. Par. 7.
1. Esd. 3.
2. Reg. 23.
Eccl. 47.
Eccl. 44.

finem) & in ea studia nos magis ipse, quàm vllus alius au- A
* thor accendit.* His adde titulum, quem huic psalmorum libro Hebræi & Hebreorum assectæ præponunt. Appellãt eum Hebr. ספר תהלים, Sepher tehilim hoc est, liber laudũ vel hymnorum, hymni verò laudatorij, siue apud humanos, siue apud diuinos scriptores, instar carminum cum suis mensuris pedum, ac syllabarum componuntur. Et oppositum est valdè insolens.]

VIII. *Omnes patres Ecclesiæ idem de Dauide sentiunt.*

SEcunda probatio desumitur ex concordi totius Ecclesiæ, & Patrum voce, asserentium, Dauidem diuinum poetam, & eius psalmos carmina esse. Vnde in hymno de passione Domini, cuius euthor est Venantius poeta Chri stianus, sic dicitur: B

Impleta sunt quæ concinit
Dauid fidelis carmine.

Et Sedulius in suo Paschali opere, sic ait:

Cur ego Dauidicis assuetus cantibus, &c.

B. Hierony. in prologo Bibliorum ad Paulinũ, de Dauide sic loquitur: Dauid Simonides noster, Pindarus, & Alcæus, Flaccus quoq;, Catullus, atq; Serenus, Christum lyra personat, & in decachordo psalterio ab inferis excitat resurgentem. Idem habet in Præfatione super libros Regum, & in proœmio super Iob, & in Epist. ad Paulam Vrbicam. D. Ambros. præfatione in psalmos, de Dauide carminum præcentore sacro, simul & de Moyse duorum carminum C compositore, diuina loquitur. De ijsdẽ duobus Euseb. lib. 11. de præpar. Euang. c. 3. dicit, eorum carmina esse hexametra, siue trimetra, siue tetrametra: & quæ ad dictionem pertinent, elegantissima, grauissima & iocundissima esse: quæ verò ad sensum, nulli hominum scripturæ comparanda. Ita ille. D. Aug. lib. 17. de ciui. c. 14. & Epist. 131. ad fin. omnino videatur: mirè effert carmina Dauidis, causasq; quæ ipsum ad condenda carmina pepulerunt, tractat. His adijce D. Athan. in Synopsi, de Dauide præclarè loquentem. Nec hoc præterijt. D. Isid. lib. 6. Etym. c. 2: Et. Ioseph. libr. 6. Antiq. c. 9. ab illo. Factum est vt Dauid, &c. vsq; ad, voce ac fidibus sacros hymnos caneret. Sed in alio eiusdẽ Iosephi testimonio syncopẽ nequaquã faciã, sed extẽsum re- tenti- feram.

A feram. Sic ergo ait, lib. 7. capit. 10. Dauid perfunctus iam bellis ac periculis, & in altissima pace degens, vario genere carminum, Odas & hymnos in honorem Dei composuit trimetro versu, partim pentametro, instrumentisq; musicis comparatis, docuit Leuitas ad pulsum eorum laudes Dei decantare. Demũ, idem hac in causa iudicium omnes habent. Silere tamẽ minimè debeo id quod Cassiodorus, Prologi in Psalterium, capit. 15. aduertit. Id habetur, cap. legimus. 37. distinct. & in Catalogo gloriæ mundi, parte. 10. consid. 45. Omnem modum poeticæ loquutionis sumpsisse à diuinis scripturis exordium, nempe à Dauide. Sicut omnem aliam literaturam ab Hebræis ad Græcos & B Latinos deriuatam, tradunt omnes. Nominatim Euseb. Cæsa. libro. 10. 11. & 12. de præpar. Euange. Reuchlinus, lib. 2. de Verbo mirif. Geneb. in Chron. imo & literas ipsas Græcas ab Hebræis: & earum nomina, scilicet, Alpha ab Aleph: Bita à Beth, Gamma à Guimal, &c. deduci, tradit idẽ Euseb. lib. 10. c. 2. & D. Isidor. lib. 3. Etymolog. cap. 3. & ex recentioribus Lætmatius, lib. 8. de instaurãda relig. c. 11. vbi dicit, ante Troiam conditã, ante Argonautarum nauigationem, ante exordium Olympiadũ, iam Moysem, iam Deboram, iam matrem Samuelis, iam Dauidem carminis legis ad amussim obseruasse, metro suo carmina conscribentes. Et hinc multa mutuasse profanos, testes sunt Iosephus, Iustinus, Origines, Lactantius, Eusebius, quos ibi refert Lætmatius. De quo etiam August. Eugub. lib. 1. c. 1. de C Per. Philos. Rheuclin. 2. de verb. mirif.

Ab Hebræis Græci poeticẽ didicerunt.

IX.

Psalmi compositi sunt, vt canerentur cum instrumentis.

TErtia probatio ex eo desumitur, quòd, vt eos cum certis tonis ac mensuris, tùm verò certis organis & instrumentis musicis decantarent, Psalmi compositi sunt. Id patet ex locis scripturæ & Patrũ relatis, maximè verò omnium ex ipsis psalmorum titulis, quorum plurimi voces quasdam habent, quæ vel illos tonos ac modulos, vel ipsa instrumenta musica significant, ad quæ cantandus erat psalmus talis, verbi gratia, Psalm. 4. titulus sic habet: In finem, in carminibus, psalmus Dauid. Vox, *In finem*, Hebr. לַמְנַצֵּחַ Lamnaçeah, nõ vno modo sed varijs explicatur à doctoribus, Præ

Psal. 4. Vox, In finẽ in Psalmorũ titulis, quid sit.

alijs videndus Eugubinus, in titulo psalmi. 4. &. 67. diuus Hieronym. vertit, Victori. Alij, Vincenti, vt Caiet. Victor autem hic significat, vt Hebræi existimant, præfectum cantorum, *El Maestro de capilla*. Erat enim in choro, Dauidis tempore, dux aliquis & magister, qui vrgebat cantores alios, cui & excellentior erat vox, & exactior rei musicæ peritia: huicque dabat Dauid psalmos canendos ad instrumenta musica. De hoc victore, seu quod nunc vocamus, *Chantre*, à cantando: vel, *Capiscol*, quasi caput chori, sunt qui putent, scilicèt, Bredembarchius, in titulo psalmi quarti, intelligendum illud Abach. 3. Et super excelsa mea deducet me Victor, in psal. canentem. Victor, id est, Archimusicus, vel dux cantorum. A B

Abac. 3.

In titulis Psalmorũ notantur instrumenta, ad quæ canendus erat Psalmus.

Quod verò sequitur in eiusdem psalmi titulo, *In carminibus*, multùm nobis fauet. Nam ex *H*ebræis multi putant, vocem *H*ebraicam, נְגִינוֹת Neguinoth, quæ ibi habetur, significare certum instrumentum musicum, constitutum ad canendas res lætas & triũphales. Vnde totus titulus qui apud nos sic habet: In finẽ, in carminibus, habent *H*ebræi, Præfecto cantorum, ad instrumenta musica. Sic Vat. & Fœlix, &c. Quod verò transtulit Hiero. loco, *I*n finem, Victori, vel, Pro victoria, placet Lyrano, qui, Ad Victoriam in organis, dicit, secudùm Hebræos esse vertendum. Subiungit verò ex Rabbi Salomone, in expositione tituli psalmi quarti, cuius etiam meminit Titelma. in titulo, per hunc titulum significari conatum illum, quo se certatim cãtores in cantando cum iubilo superare ac vincere conabãtur: omnes sic ex animo psallentes, vt quasi pro victoria contendere viderentur. Fauet Caiet. Negari itaq; non potest, ad literam insinuari, Psalm. ipsum carmen esse: atq; adeò tanquam carmen cantandum in Dei laudẽ, licèt in sensu spirituali & altiori vox, In finem, quæ Græcè est, εἰς τὸ τέλος, Christũ, qui finis est, & Ecclesiæ mysteria, quę in fine seculorum gerenda erant, significet, vt bene Theodor. psalm. 17. & omnes Patres. Sed nos, qui in scholis nunc agimus, solius literalis sensus in hoc opere rationem habemus. Vide Eu- C

A de Eugub. super tit. psal. 4. 5. & 3.

Rursus, psalm. 5. sic habet titulus ex Hebræo: *Carmen Dauidis lyricum, præfecto cantorum.* Vbi Vatab. Hebr. ad hannehiloth. Erat insigne aliquod instrumentum musicum. Commissus fuit igitur hic psalmus Dauidis præfecto cytharædorū peritissimo, vt decătaretur ad hannehiloth. Sic etiã Lyranus. Et titulus psalm. 6. *Pro octaua.* Heb. עַל הַשְּׁמִינִית hal has-minith; id est, intentissimo tono & clarissima voce: nam octauus tonus intentissimus est. Hic psalmus datus fuit præfecto symphoniacorum admodum insigni, decantandus ad neginoth, instrumentum musicum, videlicèt, octochordium. Vnde Caldæus sic vertit: In laudem laudatorio, citharaque octo fidium. Et psalm. 9. Hebraicè habetur* Psalmus Dauid, in finẽ עַל מוּת halmoth, & deinde, לַבֵּן laben; quæ ambæ voces cum satis ambiguæ sint; nam almoth, occulta, vnde alma, abscondita virgo; vel al moth, super mortem: & item labẽ, vel per Kabalistarum sensum, literis transpositis, pro laben, Nabal; vix aliquid certi dici potest. Nisi quod nõnulli interpretãtur, Psalmus, Al muth, Labben, id est, ad modos cantilenæ vulgaris, cuius initium erat Muth Labben.] Et Psalm. 21. titulus habet: *Carmen Dauidis de cerua matutina*, id est, canendus ad modum cantilenæ vulgaris. cuius initium erat, Cerua matutina. Sic Vatab. nam & Dibus Hieronym. etiam vertit, Pro cerua matutina. Fœlix, Pro cerua auroræ. Quæ omnia apertè exprimunt psalmos ipsos carmina esse. Alioqui prosas orationes ad instrumenta musica decantari, fateri debemus, quod planè insolitum est & absurdum, apud omnes nationes. Et est ſcienduin, quòd sicut inter poetas Comicos Tragicosque, statim in titulis comædiarum signabatur instrumenti genus, videlicèt, Tibijs paribus vel imparibus, & apud Terẽtium, Acta ludis Megalensibus, duabus tibijs, quod notabat Eugubinus in titulo Psalmi quarti: ita in Psalmorum titulis certa reperimus instrumenta, vt visum est.

Titulipsalmorũ indicãt psalmos carmina esse.

Psal. 5.

Psalm. 6.

B *Psalm. 9.* *

Psalm. 21.

C Sed & Psalmi. 8. titulus præteriri non debet. Nam sic habet: *In finem pro torcularibus.* Rabbi Dauid putat, vo-

Psalm. 8.

Torcularia

cem Hebraicã quæ ibi habetur, loco torcularium scilicèt, A
In titulo psalmi. 8. עַל הַגִּתִּית hal ha gitith, esse nomen instrumenti musici, ad quod canendus erat psalmus ille. Alij, esse nomen vrbis Philistinorum, quæ vocatur Geth: ita quòd in illa ciuitate fuerit à Dauide decantatus ille psalmus: seu quòd instrumentũ ad quod erat canendus, ex vrbe illa esset abductum, vt apud Pindarum, Formix Doria. Ita etiam Rabbi Salomon, vt in Lyrano hîc. Addit & hîc Caiet. eam citharam habuisse formam torcularis, & etymologiam eius vocis à torculari sumi. Vnde. 70. & Diuus Hieronym. vertêrunt hic, torcularia. Alij, vt Eugub. psalm. 8. in titulo. dicunt, ideò nuncupari hunc psalmum, Githith, quòd traditus fuerit decantandus cuidam cantori filio B
Obededon Gethei. Alij esse cantilenam Gethensem, vt si Hispanè diceremus, *Es tonada Portugueſa*. Sunt qui dicant decantatum esse à Dauide hunc psalmum cum esset in torcularibus Philistinorũ. Iacob. de Val. tractatu. 5. prologi, & Bredembachius dicunt, hunc psalmum dici, pro torcularibus, hoc est, cantandum tempore torcularium, in festo Tabernaculorum, paulò post collectas fruges, & expressas vuas in torcularibus: de quo Leuit. 23. *Leuit. 23.* tici. 23. Nec est incommodum in gratiarum actionem pro feracitate anni, & vbertate vindemiarum, hunc psalmum tempore torcularium cantari solitum, simul & psalmum 80. & 83. qui eodem titulo sunt insigniti. Dummodò hæc C
in sensu mystico, altiora mysteria Christi & Ecclesiæ significent, quod ego non solùm non damno, imò vehementissimè eos condemno & obiurgo, qui cortice illo literæ nudæ contenti, siliquis pasti, verum cibum, qui in spirituali sensu præstatur, abijciunt.

* *Demùm ex Hebræis docti obseruant, decem præcipua fuisse instrumẽta musica Hebræis olim, & tonos octo. Instrumentorum nomina (nam vtrũq; leuissimè prælibabo) sunt. 1. Nebel seu nablon, non absimile cytharæ. 2. Cinnoroth, canora cythara. 3. Methsaltaim, cymbala clarè crepitantia. 4. Sophar, tuba cornea. 5. Harsot sereth, tuba ductilis & metallica. 6. Hasor, decachordũ, à decem fidibus. 7. Hugah,

Nomina instrumentorũ & tonorum Hebraicorum.

A Hugah, organum. 8. Mennim, quòd multis speciebus constaret. 9. Toph, tympanũ. 10. Maholl, coraule, tibiæ genus chelis vel lyra. Genera verò tonorũ, melodiarũ, aut modulorũ, Neguinoth, Maschil, Mictã, Sigaiòh, Nehiloth, Sigionoth, Girthil, Halmuth, quod aliqui duas voces faciunt, Sheminith. De quo aliàs. Lege interim. 1. Par. 15.]

X.

( ) Varta etiã huius probatio deduci inde potest, quòd in psalmis frequentissimè ponitur vox, * סֶלָה selah, Hebraicè, quæ Græcè dicitur, διάψαλμα, diapsalma, id est, silentiũ & quies quædã inter psallẽdũ interposita: sicut enim sympsalma dicitur, vocũ copulatio: ita diapsalma, vocũ disiunctio.] Hæc porrò vox nisi in Odis & metris inter

B cãtandũ, absurdissimè poneretur. Quid autem sit vox Hebræa *Selah*, solet multum negotij facessere doctoribus. Initiò vox istain codicibus Hebręis nunquã reperitur, vt bene Caieta. in Psalm. 3. nisi in Psalmis septuaginta tribus vicibus, & in cantico Abacuch, cap. 3. semel. Inde redditur probabilis sententia communis Hebræorum, quòd sit vox ad metri cantum pertinens. Vnde quidam dicunt, per vocem illam significari mutationem metri. Alij, mutationem cantus. Alij, eleuationem vocis. Alij, pausæ vel silentij interiectionem seu pausationem Spiritus sancti. Alij, diuisionem sententiæ, id est, finem vnius & exordium alterius. Alij, cuiusdam musicæ varietatis exordium. Atque ita fieri potest (vt bene Titelman.

C in titulo psalmi 3.) vt omnes istæ significationes in vnum conglobatæ totalem & plenam huius particulæ vim exprimãt. Deducitur autem vox Selah, à radice Salal, vt Pagninus, in Thesauro linguæ sanctæ notabat, Verbo, Sal, & verbo, Salal. Vbi ex Rab. Abrah. dicit, vocem, Selah, nõ esse significatiuam, sed directiuam cãtus, & deduci à verbo, Salal, quod significat exaltare, vel eleuare, vel exaggerare. Quocirca Vat. in maioribus tertij psalmi scholijs, sic ait: Olim solebant cantores, quoties hæc vox occurrebat, vocem intendere & exclamare, ac si dicerent, O grauem calamitatem! videant eam & perpendant omnes amici nostri. Caiet. super psalmũ 3. idem habet & dicit, hãc vocem

* *Vox Selah. 73. vicibus in psalmis posita quid significet.*

esse officiosam, id est, habere officiū eleuādæ & producendæ vocis: Adrianus Finus lib.4.flagelli. c.7.ex Rabbi Abenezra, dicit idē, & idem Bredemb. Iansen. Genebr. Ex quibus colligo, eleuationem cantus & intermissionem cuiusdam silētij significari per hāc vocem, sicut si Hispanicè cantātes pausando tantillùm & eleuatiùs canendo, diceremus, *hala* vel *Ay* vel *Ea*, vel quid simile. A

Hiero. putat vocē se lah esse significatiuā, sed verè nō est.

Hæc omnia irridet D. Hieron. nam putat, hanc vocem esse significatiuam, significaréque asseuerationem quandam, quasi dicatur, *Amen* vel *semper* vel, *In sempiternum*: vel *Ita est* vel, *Procul dubio*, &c. Ipsum sequitur Campen. in paraphrasi psalmorum. Et subdit Hieronym. vbi de hoc loquitur, in Epistola ad Marcellam, quæ incipit: Quæ acceperis reddenda sunt. tomo. 3. Hæc nos de intimo Hebræorum fonte libauimus, non opinionum riuulos persequentes, &c. allegat pro se Origenem, & Aquilam. Quoniam tamen D. Hierony. hac in parte Thalmudistas sequutus est, vt Valentin. & Genebrar. dicunt, non possumus ei assentiri. Vnde dicimus, hāc vocem non esse significatiuam, sed potiùs directiuam cantus, ad sensum dictum. Quo fit vt carmina sint Dauidici psalmi, quibus toties vocula præsens interponitur. B

XI

Psal. alphabeti ordine compositi, & cantati.

QVinta probatio inde petenda est, quòd multi psalmi ordine alphabetico conscripti sunt. Qui scribendi stylus per literas alphabeti, ita vt vnusquisque versus ab vna litera, suo ordine, incipiat, proprius est metrorum & carminum. Et quidem D. Hilarius super psalm. 118. tres tantùm psalmos dixit esse acrostichos, id est, ordine alphabeti compositos, videlicèt psalmum. 110. & 111. & 118. D. Hieronym. in Epistola ad Paulam Vrbicam, illis tribus addidit alium, videlicèt. 144. falliqúe dicit eos qui plures existimant. Quod si verum est, ipse etiam deceptus videtur, nam in præfatione super lib. Reg. quæ incipit, Viginti duas literas, addidit & aliū nempe. 36. Sed tamen veritas ipsa Hebraici psalterij certè præter illos quinque, habet etiam psal. 24. 33. sed. 36. interpollato progreditur alphabeto. Quod obseruabat Caietan. C

super

A super illos Psalmos, Titelm. Ianse. Genebr. & Syxtus Senen. libro. 1. suæ Bibliothe. verbo Psalterium. Hoc etiam alphabetario ordine conscripti sunt Threni Hieremiæ, & capit. 31. Prouerb. quæ appellatur, Merropædia Lamuelis Regis. Ratio autem, quæ literalis esse videtur huius compositionis acrostichæ, ea est, vt traditur à Rabbin. Dauid Chimhi, & à cæteris Hebræorum doctoribus, vt Sixtus & omnes aduertunt, sic: Hæc poetis Hebræis est consuetudo, vt carmina quibus illustria quædam argumenta tractantur, iuxta seriem alphaberi disponant, vt facilius memoriæ imprimantur, & impressa tenatiùs hæreant. Verum est quòd D. Hieronym. & veteres alij, vt notabat Genebr. in Proœmio Psalm. 118. non sine magnis
B mysterijs, & Ecclesiæ sacramentis, hac literarum serie digestos psalmos existimant. Vide Hieronym. in Epist. illa ad Paulam Vrbicam, quæ incipit, Nudiustertius. tom. 3. Sed mea nunc non interest tropologias & anagogias, sed nudam literā persequi. In hymnis Ecclesiæ habemus exemplum: nam Presbyter Sedulius hymnum cōposuit alphabericè, à litera A incipiens, Aſolis ortus cardine. deinde B. Beatus author sæculi. Et tertiò, C. Castæ parentis viscera, &c. Cuius quidem hymni pars est ille qui canitur in die Epiphaniæ, Hostis Herodes impie. Et deinde I, Ibāt Magi quam viderant, deinde L. Lauacra puri gurgitis, & sic proceditur vsq; ad, x. &, z.

Septē sunt psalmi conscripti alphabeticè.

Ratio compositionis acrostichæ.

C Sed præterire non possumus id quod ab alijs tangitur, quid videlicet causæ fuerit, quòd in illis commemoratis septem psalmis, aliquando alphabeti ordo peruertitur. Nam in psal. 24. duæ literæ omittuntur, scilicèt, ו & ף Vau & Quoph, à quibus nullus incipit versus. In psal. 33. omittitur rursus, litera ו Vau. In psal. 36. à qualibet litera Hebraica incipit duplex versus, & interdum tiplex omittitur verò י Hain: nam ab illa nullus incipit versus: & loco eius bis ponitur צ Zadic, vel Tsade. In psal. verò. 144. deest litera נ Nun, atque adeò etiam in Hebraico codice desideratur versus ille, qui ab illa litera incepturus erat, quamuis. 70. interpretes de suo addiderint versum, qui

Quòd in Psalmis acrostichis aliquādo omittitur aliqua litera.

illi literæ correspondebat,scilicèt, Fidelis dominus in omnibus verbis suis: vt integrum faceret versuum numerum. Quid hic lateat mysterij, aliqui tetigerunt, plures omninò prætermierunt. Bredembachius quantùm attinet ad psal. 24.&.33.&.36. fatetur ingenuè se ignorare. Vide ipsum & Genebrard.ibi,versu.31. Psalm.36. &.144. Et Iansen. Psalm. 144.Ego enim aliò me confero,cùm quia hoc prefatiùs examinare non vacat; tùm quoniam à meo instituto videtur alienum. A

XII. *In psalmis Dauid reperiuntur omnes flores, & schemata poetarum.*

SExta probatio,quòd psalmi sint vera carmina, sumitur ex eo quòd in psalmorum volumine nulli non reperiuntur verę poeseos modi,tropi,schemata,metaphoræ,hyperboles, allusiones, amplificationes, extenuationes, prosopopœiæ, aposiopeses, apostrophes, epiphonemata, &c. & alia siue dictionis, siue sententiæ lumina & ornamenta poetarum, & versuum propria, præsertim verò quæ ad dictionem pertinent, sine rythmo, ac sine metro vix bene fiũt.Cum ergo in Dauidis psalmis tam bene appositè & exactè fiant, dicendum, psalmos ipsos esse vera carmina: nec solùm vera, sed & elegantissima. Ergo in psalmis multæ sunt figuræ poeticæ. Primùm Epizeuxes, vt Psal. 136. Qui dicunt,*Exinanite exinanite.*Et illud,Qui dicũt mihi, Euge euge,Psalmo 36. Rex virtutum dilecti,dilecti,Psal. 67. Qua similiter vtuntur poetæ, vt Horat.suprà.q.2.exposit.Ibimus,ibimus, & Ilion, Ilion.&c. & Virgil. B

Epizeuxes in Psalmis. Psal.136.36 &.67.

Ipsa sonant arbusta,Deus Deus ille, Menalca. C

Et Anadiplosis, vt Psalm. 121. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem: Hierusalem quæ ædificatur,&c.

Anadiplosis Psal.121.

Et Poeta,

Pierides, hæc vos facientis maxima Gallo,
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas.

Anaphoræ, & Epanaphoræ. Psal.28.

Et. *Sit Tytirus Orpheus.*
Orpheus in syluis,inter delphinas Arion.

Et Persius,saty.5. ——*Imus*
Imus præcipites

Et Anaphoræ, vel Epanaphoræ, vt psalm. 28.ferè per totum, quo

A tum, quo ab eadem voce sæpiùs repetita sententiæ incipiunt: Afferte Domino filij Dei, Afferte Domino filios arietum, Afferte Domino gloriam & honorem, Afferte Domino, &c. Et statim, Vox Domini in virtute, Vox Domini in magnificentia, Vox Domini confringentis cedros. Sic idem Poeta,

Nate, meæ vires, mea magna potentia solus,
Nate patris summi, &c.

Et Epanaphora,

Venit & vpilio, tardi venere bubulci,
Vuidus hyberna venit de glande Menalcas.
——— Tibi venit Apollo,

B *Venit & agresti capitis Syluanus honore,*
Pan Deus Arcadiæ venit, &c.

Et 4. Georg.

Te dulcis coniux, te solo in littore secum,
Te, veniente die, te, decedente canebat.

Et Epistrophe, cuius est elegantissimum exemplum in Psalm. 135. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sęculum misericordia eius: Confitemini Domino Dominorum, quoniam in æternum misericordia eius. Quæ repetitio, nisi in carmine & metro, omninò esset intolerabilis. Sic in Martial. lib. 2. *Psal.* 135. *Epistrophe.*

Capto tuam, pudet heu, sed capto, Maxime, cænam:
Tu captas alias, iam sumus ergo pares.

C *Manè salutatum venio, tu diceris isse*
Ante salutatum, iam sumus ergo pares.
Sum comes ipse tuus, tumidique anteambulo Regi:
Tu comes alterius, iam sumus ergo pares.

Et ad Iulium, lib. 9. Epig. 99.

Rumpitur inuidia, &c.

Et interpositio versus intercalaris, ad quod orationis genus, nisi ad metricũ, pertinet? Vt Psal. 105. Confiteantur Dño misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Et, Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur. Quiesies in illo Psalmo repetuntur. Et Psalm. Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, &c. bis repetitur. *Versus intercalaris.* *Psal.* 105. *Psal.*

Psal.117. tur. Et Psalm.117. Confitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem, sæpiùs iteratur. Vt sexies in Virgilio, in Pharmaceutria, A

Incipe Mænalios mecum, mea tibia versus, &c.

Et, *Ducite ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.*

Et Ouid. *Impia quid dubitas, Deianira mori?*

Et illud.

Voluite maiores, vaga flumina, voluite cursus.

Et demùm familiarissimus est tropus ille & Dauidi & Vatibus profanis. Et Aposiopesis, vt Psal.6. Sed tu Domine, vsquequo? Est reticentia, vt illud,

Psal.6.

Quos ego: sed motos præstat componere fluctus. B

Et Terentius:

Ego ne illam? quæ illum? quæ me? quæ non?

Psal.86. et 83. Et Epiphonema, seu Acclamatio, vt Psalm.86. Sicut lætãtium omnium, &c. Et Psalm.83. Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te. Et Poeta:

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Et, *Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?*

Et Apostrophe, seu conuersio ad diuersam personam, vt Psalm.136. Filia Babylonis misera, &. Et Psalm.113. Quid est tibi mare, quod fugisti? &c. Et Poeta:

Psa.136. et.113.

Troiaq; nunc stares, Priamique arx alta maneres.

Psal.118. et 94. Et Prosopopæiæ frequentissimè, Psalm.18. Cœli enarrãt gloriam Dei. Et Psalm.94. Flumina plaudent manu, &c. C Et Poeta.

Mænalus argutumque nemus, pinosque loquenteis
Semper habet, semper pastorum ille audit amores.

Demum reuersio ad primum initij versum, ita vt extremus versus & primus Psalmi sit idem, argumento est Psalmum metrum esse. Vt Psal. 8. Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Epilogus est qui fuit prooemium. Et Psalm. 102. & 103. idem. Sic Homerus in hymnis suis, & Theocritus, vt videbis in Eugubino, Psal.8. in fine. Quæ non sine mysterio facta, arbitratur Euthymius. Nam sicut Christus, de quo in illo Psalmo 8. erat sermo, tanquam per circulum, illuc, vnde venerat

Psalm.8. 102. 103.

A venerat per Incarnationem, reuersus est per Ascensionē: ita Psalmus tanquàm in orbe recurrens, in hoc ipsum desinit vnde sumpsit initium. Hanc ob causam per Hebraicum elementum ם Mem quadratum & clausum, & quod in orbem reductum, principio caret & fine, significatur Christi regnum perpetuum, contra totam naturam illius literæ Hebraicæ, quæ aperta aliàs semper esse solet in initio & medio dictionis. Vide Isa. c. 9. in verbo, Multiplicabitur, & ibi Leonem Castrensem, qui satis eruditè rem disputat. Sed de hac probatione satis superque dictum est. *Isai. 9.*

POstrema probatio sit, quòd Dauidem, Lyricum, Tragicum, Comicum, Satyricum, Heroicum, Drammaticum, Epithalamicum, Elegiacūque poetam contemplari licet, cum Iacobo de Valentia, Tractatu. 1. Prologi in psalmos c. 3. Aug. Eugubi. præfatione in psalmos, Euthymio in eadem præfatione, & Georg. Edero, suæ Oeconomiæ vel Partitionum Theologicarum libr. 2. p. 3. tabula. 105. vsq; ad. 115. vbi multa coaceruat ex patribus ad hoc propositum. Iuxta exigentiam enim materiarū, iam canit heroicè regnum Christi & eius victorias, & sanctæ Ecclesiæ progressus & gloriam. Aut secundò, canit tragicè, seu potiùs deflet casum Adæ; & humanæ conditionis miseriam, & Christi innocentissimi agni atrocissimam mortē. Aut tertiò, satyricè inuehitur in corruptissimos sui sæculi mores. Aut quartò, elegiacè epithalamium Christi & Ecclesiæ personat. Quintò, suorum maiorum, & antiquarū rerum memoriā suscitat, heroicè etiam decantando. Et demùm, diuinas laudes intonat, omnesque mortales ad eas inuitat & excitat: & etiam paræneticè monet, & bonis imbuit moribus. Introducit interdum veluti in comœdiam diuersas personas: iam Adam cum tota sua posteritate, suam deflentem sortem: Iam Christum de suis persecutoribus conquerentem. Iam Ecclesiam sanctam circumquaque ab hostibus concussam, cœlestem implorantem opē. Iā hostes ipsos seipsos ad flagitia cohortātes. Iā Deū eorum scelera vindicantem. Iam Christum de hostibus, glorioſè triumphantem, &c. Iam loquitur author solus, vt

XIII. *David Poeta Tragicus, Comicus, Satyricus, Heroicus, Elegiacus, &c.*

vt facit Virgilius in Georg. Iam more drammatico, vt interdum in Eclogis, solæ loquuntur personæ quæ introducuntur. Iam mixtim & Poëta & interloquentes dicunt, vt aliquando in Eclogis, & in Aeneide. Quæ tria genera enumerauit Diuus Isidorus, libr. 8. Etymolog. cap. 7. in fine. Iam soliloquia quibus animam suam alloquebatur & solabatur tacitus, quibusque Deum mente precabatur, componebat, &c: Atque adeò nullum poëmatum & metrorū genus excogitari potuit vnquā, in quo Vates noster, cœlestisque Poeta Dauid non esset diligentissimè versatus. A

Quæ sit & qualis Hebræorum poësis.

XIIII. * Difficilè iam & penè intētatum hactenus pelagus enauigaturi, soluta è rerum facilium ac iocundarum littore, puppi conemur explicare, quo genere carminis Hebræos Poetas vsos esse credendum sit, ne dicam diuinandum. Principio, vir planè doctus F. Ludouicus de S. Frāc. lib. 9. Globi canonum & arcanorum, cap. 1. contendit, nec immeritò, nomen hoc, *Poëta*, Hebraicum esse aut Chaldaicū, ex פִּיּוּט piiet deductū: inde proculdubio פַּיְטָן B

Poëta vox Hebræa.

Paitan, id est, Poeta: & פַּיְטָנִין id est, Poetæ. Græcè quoque ποιητὴς, carminum compositor. Quare Hebræos carminum fuisse inuentores, iterum atque iterū affirmamus, quod & dicit Polydorus Virgilius, libr. 1. de Inuentoribus rerum, cap. 8. quāuis ob suam obstinatissimam perfidiam, amisso regno, prophetis & patria, ac maternæ linguæ vera intelligentia: carminum quoque suorum legem & scientiam prorsus amiserint. Quare Elias Leuita, in Masoreth, temerè dixit, nullas vnquam apud Hebræos leges carminum, nullum librum carmine apud illos fuisse conscriptum. Quod nullus doctus Catholicusque non negabit: præsertim Andræas Masius, vir linguarum & rerum scientissimus, super Iosue, cap. 10. qui contendit sanctum Iosue, carmine Iambico, tetrametro & acatalectico allocutū fuisse Solē & ipsum in cœli medio sistitisse. Nā illa verba, Iosue. 10. Sol in Gabaō sta, & Luna in valle Aialō, seu, vt habet Vulgata, Sol contra Gabaon ne mouearis; & Luna contra vallem Aialon; hæc inquam verba versus & carmina Hebraica sunt. Et similiter quę sequūtur, vt prę- C

Iosue carmine alloquutus est Solem. Ios. 10.

allegati

A allegati Doctores Masius & Ludouicus ostendũt. Quorum iste posterior, per octo capita, quibus suus ille nonus liber constat, Globi canonum, complura profert, quæ doctis Hebraicè magno erunt vsui & adiumento.]

Sed Diui Hieronymi, Iosephi, Eusebij & vetustiorum in causa hac iudicium expectemus. D. Hieron. ad Paulã Vrbicam, in Epistol. quæ incipit. Nudius tertius., tomo. 3. quosdam Psalmos dicit, trimetro iambico constare, alios tetrametro iambico. Et duo prima alphabeta Threnorum Hieremiæ quasi sapphico metro, inquit, scripta sunt. Tertium alphabetum trimetro scriptum est, &c. Et in Præfatione libri Iob, à tertio capite Iob, vsque ad. 41. ait, hexa- B metros versus esse, dactylo spondeoque currentes. Et super Psalmum, 118. initio, sic ait: Refert Iosephus, hũc Psalmum, & Deuteronomij canticum vno metro esse compositum: & putat Elegiacum metrũ in vtroque posse deprehendi: quòd, scilicet, prior versus sex pedibus constet, inferior vno minus in pentametrum finiatur, Hæc illæ. Rursus Iosephus, libro. 7. antiquitatũ, cap. 10. ait (vt supra referebamus) trimetro versu, & partim pentametro compositos esse Psalmos Dauidis. Præterea, Eusebius ille doctissimus Pamphili, ob arctissimã cũ Pamphilo necessitudinẽ, sic cognominatus, & Cæsariensis Episcopus, lib. 11. de præp. Euang. c. 3. sic ait: Sunt etiã apud eos (Iudæos) artificiosissima carmina, vt Moysi cantus ille magnus, & 118. C Psalm⁹, heroico metro, quod hexametrũ dicitur, cõponũtur. Sunt alia quoq; trimetra & tetrametra: sed quæ ad dictionẽ pertinent elegãtissimè, grauissimè, iocundissimèq; composita sunt. Quæ vero ad sensum, nulli hominũ Scripturæ comparãda. Hæc illæ. Et deinde, lib. 12. cap. 15. de Dauidicis odis mentionẽ etiã facit. * Lege Genebr. in Chronog. circa annum mundi. 2670. vbi ostendit, Heroicũ carmen oraculo Pythio non deberi, quanuis ante Troianum bellum fuisse probatur, vt Plinio visum est, lib. 7. cap. 56. & multò minus Homero, vt Horatio placuit, in Art. poet. sed planè Moysi.] Rursus D. Isido. in præclaro illo suarũ Etymologiarum volumine, lib. 6. cap. 2. sic ait. Omnes autem

Iudicium Hieron. & antiquorũ de hac re.

*

tem Psalmi apud Hebræos, metrico carmine constãt esse A
compositi. Nam in morem Romani Flacci, & Græci Pin
dari, nunc alij Iambo currunt, nunc elegiaco personant,
nunc sapphico nitent, trimetro vel tetrametro pede ince
dentes. Et hæc sunt quæ apud Hiero. Iosephum, Euseb.
Isidorumque omnigena literatura præstantes reperire po
tui, nam recentiorum Doctorum in re hac vetustissima,
rationem habendam non esse putaui.

XV. Quòd versus Heb. tãtum seruãt consonãtiã finalium, dicũt aliqui.

VEruntamen in explicandis his trimetris, hexametris, sapphicisq; versibus nõ possumus à dictis recentiorũ omninò abstinere. Principiò solebat plurimũ * mihi placere, quòd Hebræorum carmina quasdam tantùm cadentias & consonantias obseruarent, qualia sunt verba illa B
suauissima & elegantissima, apud Isai. c.25. vers.6. Faciet Dominus in monte hoc miste semanim, miste semarim;
* semanim memuhaim, semarim mezukakim; quæ Hebraicis characteribus operosum, & nõ necessarium esset exarare. Quæ vulgatus sic vertit: Conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorũ, vindemiæ defecatæ. Notabat Franc. For. ibi, Isai. 25.] Prosequitur rem

Isa.25.

hanc Aug. Eug. omniũ linguarum peritissimus, in Præfatione ad suã psalmorũ enarrationẽ, sic: Carme Hebraicum nõ idẽ est atq; Græcorũ Latinorumq;: vt neq; Italicũ siue Hetruscũ idẽ atq; Latinũ. Ac potiùs cũ Italico quã Latino similitudinẽ habet Hebraicũ. Latinũ ad imitationẽ Græci, C
tempora syllabarũ obseruat: Hebraicum nulla tẽpora, sed numerum duntaxat atque similitudinẽ cadẽtium syllabarum. Vt non est in Italico carmine spondæus, trochæus, dactylus, sed numeratio tãtùm syllabarum & obseruatio, vt similiter desinant. Simile quoddã sequitur Hebraicum. Quare cũ Hieronymus scribit, aut Iob, aut Psalmos dactylo spondeoque decurrere: & cũ in præfatione, de Iob dicit: Versu labitur: Quæque Augusti. cũ cæteris, de carminibus Hebræorũ testantur, noris nõ hos ipsos prẽcisẽ pedes, nostrumque carmen ab eis, sed simile quiddam designari. Itaque neque Heroicum carmẽ apud Hebræos extat; neque Iambicum, aliaque genera; sed simile quiddã, & quale

Verba Eugub.

A Ic Barbari diuersis ritibus canunt: Psalmi, *Iob*, libri Salomonis & Prophetarum rationem carminis præseferunt, sed neque Latini, neque Græci: numerosum quiddam, & ab oratione soluta parumper recedens, sermonis genere, figurisque poeticis, verbisque minùs vsitatis obscuriores. Hæc ibi. Est verò perpetuus in hac sententia Eugubinus. Nam & in *Præfatione Enarrationum in Iob*, sic loquitur: *Iob* à principio vsque ad illum locum, *Pereat dies*, in qua natus sum, simplex est historia: deinceps est veluti carmen, similiterque Psalmorum, & Prophetarum, librorũque Salomonis oratio. Hieronymo autem ab illo loco totum, excepta extrema historia, librum, pedibus, spondeo
B & dactylo decurrere, scribente, intelligendum est, non prorsus his pedibus, & eo syllabarum numero, sed quasi simili: Cum apud Hebræos minimè, vt apud Græcos & Latinos, tempora syllabarum numerentur, neque similia carmina habeantur: sicut non sunt apud Latinos rythmici Etrusci. Hæc *Eugubinus* in illis locis.

Eug. putat Psalmos nõ magis esse metra quã libri Salomonis & Prophetarum sint.

Cæterũ cum D. Hiero. *Eusebiusq;*, & *Iosephus* Eugubino longè peritiores linguæ Hebraicæ fuerint: nam *Iosephum* quis nesciat natione *Hebræum* fuisse, patria *Hierosolymitanum*, genere sacerdotem, & ob ingenij excellentiam à senatu & populo Romano multis affectum honoribus: & è lingua *Hebraica* in Græcam paraphrasticè vertisse & explicasse omnes fermè veteris Testamẽti libros,
C vt eos Græcis & Gentilibus omnibus propalaret: referente hæc omnia ipso *Iosepho* de se ipso, suarum Antiquitatum, lib. 20. c. vltimo, & in Vita quã de se ipso conscripsit: & *Hieronymo*, lib. de Viris illustribus. *Ipse* verò D. *Hieron.* quòd fuerit *Hebraicè* doctissimus, & Syriacæ atque Chaldaicæ linguæ, æquè atque Dalmaticæ siue maternæ scientissimus, ignorat nemo: quodq; totũ vetus Testamẽtum ex *Hebaica* veritate in Latinã linguã verterit. Quin tam expeditè & promptè *Hebraica* & Chaldaica tractauerit, vt trium dierũ labore tres libros Salomonis, Prouerbia, scilicèt, *Ecclesiasten* & Cantica Canticorum ex Hebræis Latinos fecerit: *Et* librum Tobiæ ex Hebræo in Lati-

Refutatur Eugubinus ex Hieronymo, Iosepho, Eusebio, & Isidoro. iam citatis: Quis fuerit Iosephus. Hieronymus quam doctus Hebraicè fuerit.

Latinũ vnius diei opera verterit: vt tradit Syxtus Senen. A
Eusebius Hebraicè doctißim⁹. libro.4. Bibliothecæ, verbo Hieronymus Stridonen. Sed & Eusebium Cæsariensem linguæ etiam Hebraicæ fuisse callentissimum, testatur liber ille suus de locis Hebraicis, quem è Græco Latinum fecit Diuus Hieronymus, & tota illa Hebraicorum voluminum in linguam Græcam conuersio, cuius meminerunt Socrates libro.1.histor. & Sozomenus libro.2. Cum itaque tres isti, Iosephus, scilicèt, Eusebius atque Hieronymus eruditissimi viri, si quos vnquam habuit antiquitas, apertè testentur, psalmos Dauidis trimetro, tetrametro, pentametro, hexametro, Sapphico, & similibus versibus esse conscriptos, sanè istis annuẽdum, abnuendum verò Eugubino videtur nobis, alioqui B
eruditissimo, eò quòd non magis existimat psalmos esse carmina, atque sint omnes Salomonis & Prophetarum libri.

D. Aug. de Psalmorum metro, sententia. Quam certiùs quamque considerantiùs Diuus August. cum in hanc incidisset difficultatem, loquutus est, Epistol. 131. quæ est ad Memorium, dicens: Quibus numeris cõsistant versus Dauidis, nõ scripsi, quia nescio: neque enim ex Hebræa lingua, quam ignoro, potuit etiam numeros interpres exprimere: ne metri necessitate, ab interpretandi veritate, amplius quam ratio sententiarum finebat, digredi cogeretur: certis tamen eos constare numeris, credo illis, qui eam linguam probè callent. Amauit enim vir ille sanctus musicam piam, & in ea studia nos magis ipse, C
Cur interpres Latinus nõ verterit carmine Psalmos. quàm vllus alius author accendit. Hæc August. Qui omni proculdubio fatetur, vt patet, communem omnium illam linguam callentium esse sententiam, metro constare Dauidicos psalmos: nec decuisse vt interpres metricè eos verteret, propter leges metri, quæ fidelitatem versionis minimè paterentur. Quanuis fuerũt qui Latinis versibus elegãtissimis Dauidicos reddiderint Psalmos. Videlicèt Matthæus Toscanus, B. Arias Montanus, M. Antonius Flaminius, Bucannanus & quidem alij. Et hæc quidem est sententia Diui Augustini.

NE

A NE verò nihil in re hac tam obscura dicamus, visum mihi est annectere superioribus alia, cum And. Masio, Genebr. Lud. de S. Franc. & demùm Syxto Senen. lib. 8. suæ Bibliothecæ sanctæ, quæ lucem aliquam tenebris istis cymmerijs afferre alicui fortasse videbuntur. Ergo non est existimandum, hexametros, trimetros, & sapphicos Hebræorum versus esse eiusdem generis cum carminibus Poetarum nostrorum, eademque pedum qualitate, quantitate, ac dispositione constare, sed diuersam esse dispositionem situm & ordinem pedum. Quia peruetusta illa Hebræorum poesis sæpè inter dactylos & spondeos, alios quoque pedes recipit, variato interdum etiam ordi-
B ne sedium, in quibus apud nos collocari solent pedes. Quin & Diuus Hieronymus huic nostræ sententiæ multùm fauet, nã Præfatione in Iob, sic ait, de Hebraicis versibus loquens: Propter linguæ idioma crebrò recipiunt alios pedes, non earundem syllabarum, sed eorundē temporum. Interdum quoque rythmus ipse dulcis & tinnulus numeris pedum solutis: quod metrici magis quàm simplex lector intelligunt. Et ex præfatione eius super Isai. manifestè expugnatur Eugubinus, asserens non magis Psalmos esse metricè scriptos quàm Prophetarum libros. Sic autem dicit Hieronymus: Nemo cum Prophetas versibus viderit esse descriptos, metro eos existimet apud He-
C braeos ligari: & aliquid simile habere de Psalmis, & operibus Salomonis. Sed quod in Demosthene, & in Tullio solet fieri vt per cola scribantur & commata: qui vtiq; prosa, & non versibus conscripserunt. Hæc ille.

XVI. Authoris sententia in hac quæst.

Ex Hieron. refutatur Eugubin.

Ad rem igitur dico, Hebræos interponere solere, contra nostrorum Poetarum consuetudinem, suis carminibus rythmos quosdam inusitatos, quos simplex lector intelligere non potest, sed solùm metricæ artis peritissimus. * Nam illi temporum ac syllabarum discrimina, & * inæqualitatem supplere solent per aurium consonantiam & gutturalium motiones, aut absorbere per vocis lenocinium & melodiam; vt cum apud Latinos & Græcos pro iambo tribrachus, pro spondæo dactylus ponitur. Verba

Varia ryth morũ genera, & versuum apud omnes linguas.

sunt Genebr. in Chronog.] Sanè nec apud nos singula rythmorum genera eundem syllabarum numerum ac eosdem fines carminum retinent. Nam quidam Hispanicorum versuum vndecim habent syllabas, decantandis heroicis rebus accomodati: alij ex septem syllabis modulandis ad lyram constant. Quæ duo carminum genera Hispanicè & Italicè coniungi solent eodem poemate, eadémque cantilena: quemadmodum apud Latinos familiare est, vt in Horatio, longiorem vnum quàm alterũ eiusdem odæ versum facere. Alij sunt duodecim syllabarum apud nos & Italos, in dactylum semper pedem terminantes, quos vocamus, *esdruxulos*, citatos ac lubricos, comœdijs aptissimos. Alij demùm sunt, qui nullam finalium vocum similem cadentiam seu consonantiam habent, qui appellantur versus soluti. Sic igitur in Psalmis Dauidicis multa multorum generum sunt carmina, multi versus atque rythmi: quæ non solùm à me Hebraicè parum perito, verùm nec à mediocriter doctis penetrari possunt, nisi ab eius linguæ peritissimis, vt Diuus Augustinus, & Diuus * Hieronymus attestantur.* Lege quoque doctissimũ Genebr. in Chronol. circa tempora Dauidis, anno mundi 3066. vbi apertè dicit, ipsos Hebræos, etiam Rabbinos, nũc temporis, mutos ac cœcos penitùs esse in hac parte: ignorant enim suorum leges metrorum. Idipsum eruditissimè tradit Andr. Masius, in Iosue. c. 10. vers. 12. vbi ipsius Iosue cantilenam, qua Solem compescuit & detinuit, refert, & verè esse metrum docet, & subdit: Quod ad syllabarum numeros, mensuras & tempora attinet, haud scio, an hodie aliquis vsquã sit, qui hæc habeat satis cognita. Et mox: Posui ego certè nonnihil studij in ea re inuenienda, sed frustrà. Sed est profectò ingenium meũ minimè acutum & perspicax: quapropter nolim alios meo exemplo terreri, &c. Et mox, de tribus illis Iosue carminibus loquens, ait: Equidẽ numeros in illis animaduertere videor, quibus ligati sunt nostri iambici, tetrametri, acatalectici, &c. Vide illum. Temerè itaque ego decidere rem hanc tã perplexam vellem, quam, scilicèt, viri magno & excellen

Verba Masij notat.

A

B

C

ti inge-

A tij ingenio præditi dirimere minimè potuerunt.]

XVII. Peroratio adhortatio, et exhortatio ad Psalmorũ studium.

PAræneſin ad Pſalmorum lectionem & cantum facere, mei non eſt muneris: eſt tamen remittere Lectorẽ ad quatuor Diuos, qui de horum cœleſtium metrorũ laude, vtilitate atque iocunditate diuiniſsimè & fuſiſsimè loquuntur. Diuum Ambroſium, Diuum Auguſtinum, Diuũ Hilarium, Diuum Baſilium, in ſuis ad Pſalmos Præfationibus: qui omninò videndi ſunt, & poſt ipſos Euthymius in ſua etiam ad Pſalmos Præfatione. Ego verò de Dauide ipſo pauca hæc apponere præcedentibus non dubitabo. Videlicèt, Dauidicæ lyræ tantam eſſe vim, tantam gloriã Dauidici carminis, vt ſolus ipſe ſuis poematibus mirabi-

B les & incredibiles effectus habuerit. Fabulæ ſunt, & Poetarum commenta de Amphione & Orpheo, quòd lyræ ſono ſyluas & ſaxa mouerint, fluuios decurrentes continuerint, feras edomuerint, & Euridicen Orpheus ab inferis reuocauerit. Solus eſt noſter hic alter diuinus Orpheus, qui maiora effecta verè fecit, quàm illi falſò confinxerũt: maius eſt quod iſte geſsit quã quod illi fingunt. Hic cytha-

Laudes Dauidis.

ra ſua petras fregit, ſyluas flexit, fluuios affectuum rapidiſsimè per præcipitia delabentes, cohibuit, feros & immanes animorum mores domuit: cacodæmonem de multorum Saulorum animis exturbauit atque deiecit. Neque vnã tantùm reduxit Euridicen, eamque continuò amiſit,

C ſed innumeras hominum animas è barathro inferorum abductas in aureã diei lucem reuocauit: non in huius mundi ærumnas, ſed in ipſum cœlum, vi etiam ſuæ cytharæ apertum & reſeratum. Quid glorioſius? quid mirabilius huius Cytharœdi virtute? Omnia hæc effecta ſublimia feciſſe Pſaltem noſtrum, non ſtultæ multitudini falſis commentis ſuadetur, ſed diuinis teſtimonijs, omnibus ſapientibus aſſeritur.

* Canant alij Poetæ labores Herculeos, Vlyſsis diſcrimina, Æneæ errores, Heroum virtutes, &, ſi placet,

*

——— Cythara crinitus Iopas
Perſonet aurata, docuit quæ maximus Atlas, *Virg. Aeneid. 1.*
Et cœnat errantem Lunam, Soliſque labores,

Arcturum pluuiasque hyadas, geminosque triones. A
Quid tantum Oceano properent se tingere Soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstat.
3. Georg. *Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumescant*
Obicibus ruptis, rursusque in se ipsa residant.

Nam noster crinitus vates Iessæus, Bethleemites, rufus & 1. Reg. 16. pulcher aspectu, decoraque facie, 1. Reg. 16. quem non fecere poetam Pierides, vt pastorem Maronis; sed quem diuinus Spiritus æternis, glorioſis ac cœlestibus epinicijs præfecit archimusicū, egregius Psaltes in Israel, sicut lux 2. Reg. 23. aurorę, oriente Sole, manè absque nubibus rutilat. 2. Reg. 23. tantis cæteros omnes Poetas post se reliquit interuallis, tantum inter omnes caput extulit, B

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

1. Reg. 16. Ecce (ait vnus de pueris Saul) filium Isai, Bethleemitem, scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrū, & Dominus est cū eo. Quibus verbis, quidquid in homine vndiquaque perfecto & omnibus numeris absoluto, desiderari potest, siue ad animum siue ad corpus pertineat, in Dauide reperiri, perspicuè significatum est.]

Tu itaq;, sacer vates, nostrum in te animum ac beneuolentiam susci pe, nostrum in tua diuina carmina amorem, nostram in tuis meritis spem ac fiduciam, nam vt te cum poëta Mantuano conueniam, C

Tale tuum nobis carmen, diuine Poëta,
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.]

QVAE-

A

QVAESTIO QVARTA SCHOLASTICA.

Vtrùm Sixtus V. qui nunc temporis est Pont. Max.
B *Papatum ab Episcopis Romanis ademptum, conferre & annectere Salmanticensibus possit.*

SVMMARIVM.

§. 1. CHristus Petrum praefecit totius Ecclesiæ pastorem. Pascere & regere, idem: Petra, Petrus, & eius fides.

§. 2. Petri dignitas relicta successori suo, non Vicario.

§. 3. Quòd successor Petri sit Episcopus Romanus, & semper fuerit. Cur D. Greg. noluit dici Pastor vniuersalis.

§. 4. Ponuntur octo argumenta, quòd de iure diuino sit Papatus
C annexus Romanis Episcopus. 1. ex Decretis. 2. ex historia Christi apparentis Petro. 3. ex eo quòd D. Petrus vixit & obijt Romæ. 4. ex traditione. 5. ex verbis & intentione Lutheranorum. 6. & 7. ex persequutione altarium ecclesiarum contra Romanam. 8. ex Patribus.

§. 5. Referuntur Doctores Scholastici pro hac parte.

§. 6. Nomen Romæ in vet. Testam. quid significet. Valentia & Roma idem nomen. Romæ nomen sacrum.

§. 7. Opposita sententia vera. Excutitur historia Christi apparentis Petro fugienti.

§. 8. In iure diuino Papa an valeat dispensare.

§. 9. Quòd Papa potest non esse Episcopus Romanus. Papa ma-

ior Angelis. Est supra Concilium: & supra constitutiones Apostolicas. Potest nominare successorem. A

§. 10. & 11. Arguitur contrà. Satisfit, & citantur authores.

§. 12. Resistendum esse Papæ, si sine causa mutaret papatum, & auferret Romanis: sicut si vellet annullare omne ius canonicum & concilia, quannis possit annullare.

§. 13. & 14. Ex vna de fide & altera euidenti quid sequatur.

§. 15. Tria genera traditionum explicantur, & defenduntur contra Lutheranos.

§. 16. Quomodo Imperatores instituerint Ecclesiam Romanam esse caput aliarum.

§. 17. Respondetur vltimis argumentis.

B

CVM in omnibus sacræ Theologiæ disputationibus, decet virum Theologum Romani Pontificis pedibus proprium caput submittere: tū præcipuè in præsenti controuersia, in qua de eiusdem supremi Pontificis potestate differendū est, necessum erit ipsius correctioni, atque iudicio dicēda subijcere. Subijcio ergo, vt quod incautè inter disputandum dixero, Romana Ecclesia corrigat & emendet.

Tria iaciuntur fundamenta.

Qua quidem subiectione præmissa, tria sunt præiacienda fundamenta, quibus vniuersa, quæ inferiùs tractabuntur, niti debent. Primum est, quòd Beatissimus Apostolus Petrus in sua propria persona potestatem vniuersalem supra totam Ecclesiam, supraque totum orbem in spiritualibus susceperit à Christo Domino. Alterum, quòd hæc tàm longè lateque patens potestas alicui alteri personæ, post Diui Petri mortem, commissa sit tàm vniuersalis & ampla, quàm fuit in Beato Petro. Tertium, quòd nominatim Romanis Episcopis, tanquàm veris Petri successoribus, hæc fuerit potestatis amplitudo relicta, inque ipsis semper resederit monarchica totius Ecclesiæ gubernatio. Hæc tria qui non putauerit esse perquàm necessaria ad eam, quam superstruere debemus disputationem, tantisper expectet: & videbit quàm probè super his fundamentis, nostræ quæstionis consurgat ædificium. Quia verò C

A verò fundamenti firmitas ad constructionem ædificij plu rimùm facit, firmabo tria hæc paucis quidem, sed firmis simis præsidijs.

I. Primũ fundamentum, quod D. Petrum Christus instituerit Pastorẽ totius Ecclesiæ.

INter alia innumera sacræ Scripturæ loca, quibus primũ debemus astruere fundamentum, primus est ille Ioannis. 21. Simon Ioãnis, diligis me plus his? pasce oues meas; &c. Vbi nõ expressit solùm Simonis proprium nomẽ, sed patris etiam nomenclaturam adiecit, ne vlla posset ambiguitate Petri potestas eludi, aut peruersè in alium detorqueri. *Pasce*, inquit, *oues meas*. Verbo pascendi non nudum ministerium (vt hæretico spiritu deceptus Lutherus existimat) sed authoritatem etiam significauit Chri-

B stus se Petro conferre. Vnde, adnotante Ioanne Roffensi, inclyto Martyre & Episcopo, art. 25. contra Lutherum, & Thoma Staplerono lucidè id deducente, in magno illo & præclaro opere Principiorum fidei doctrinalium, lib. 6. cap. 10. quanuis Latinè ter verbo pascendi fuerit vsus interpres: at sacer Euãgelista verbum Pascendi Græcè bis positum, tertiò commutauit in verbum Regendi. *Pasce, inquit, oues meas*: & *Rege etiam oues meas*. Præter quàm quòd per pascendi verbum cùm sacri, tùm profani authores regimen & imperium significabant: quod adnotauit Franciscus Turrianus, libro. 1. de Summi Pontif. authorit. pag. 29. & Didacus Stunica, libro. 1. de Vera religione,

C cap. 5. Nam Homerus, & Plato Reges appellant Pastores. Et psalm. 22. idem est, Dominus regit me, ac si cũ D. Hiero. vertas, Dominus pascit me: nam quod sequitur ad pastum pertinet, *In loco pascuæ ibi me collocauit*. Porrò quod dicit, *Oues meas*, D. Bernar. lib. 1. de Consideratione ad Eugen. c. 6. & Innocentius. 3. c. solitæ, de Maioritate & obedientia, & Bonifacius. 8. in Extrauag. Vnam sanctã. asserunt, significare omnes ouis Christi pastorem Petrũ habituras: non enim dixit, Pasce has illasve oues, sed absolutè & citra limitem, *Oues meas*, ita vt non plus iuris Christus sit ouium pastor, quàm sit Petrus.

Pascere, & regere, idẽ.

Psal. 22.

Secundum testimonium tantundem roboris habet, Matth. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo

Matth. 16.

Ecclesiam meam, &c. & tibi dabo claues, &c. Et antecesserat, Beatus es Simon Bar-Iona, &c. Vbi paterni etiã nominis meminit, ne ad Simonem Chananæum quisquam hæc verba deflecteret. Vtque obseruabat Luysius noster Legionensis, super Cantica.c.1. Non saxeum, aut de petra natum, sed Cephan, id est, saxum & petram ipsum appellauit, dicens: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo, &c. Fuere qui putarent illud relatiuum, Hanc, non referre Sanctum Petrum, sed eius fidem & confessionẽ, quam paulò ante fecerat, dicẽs: Tu es Christus Filius Dei viui. Super hanc ergo tuam fidem & confessionem fundabo Ecclesiam meam. Ita enim habet Cyril. Alex. lib. 4. de Trinit. Aut sic: Super hanc petram, id est, super me ipsum, qui sum Christus, ædificabo Ecclesiam meam. Ita D. August. Sermone. 13. de Verbis Domini, & Tract. 124. super Ioan. Cæterùm ipsemet, lib. 1. Retract. c. 21. docet, cõmodè etiam intelligi sic: Super hanc petram, id est, super te, Petre, qui petra es, &c. Citat pro hac sententia D. Ambrosium, vbi de gallo gallinaceo dicit in hymno:

Quod in illo loco, Super hanc petrã, petra sit Fides, & Petrus, & Christus.

Hoc, ipsa Petra Ecclesiæ,
Canente, culpam diluit.

Diuus etiam Hierony. lib. 3. super Matth. cap. 16. & lib. 1. contra Iouinianum, & magnus Basilius, super Isai. c. 2. & Chrysosto. homil. 55. in Matth. & ferè in vniuersum Patres eodem explicant modo: vt, scilicèt, Diuus Petrus sit petra illa, ac fundamentum cui tota Ecclesiæ machina nititur. Vnde nescio quid Erasmum mouerit, in Operibus Diui Hilarij apponere in margine scholium huiusmodi: Ecclesiæ fundamentum est fides. Quasi Diuus Hilarius ibi, & super Psalmum. 103. asseueranti simè non dixerit, ipsum etiam diuum Petrum esse rupem & fundamentum solidissimum Ecclesiastici ædificij. Idem Erasmus, in Indice Diui Chrysostomi, hanc etiam propositionem, quasi ex operibus Chrysostomi exceptam, apposuit: Ecclesia nõ super hominẽ, sed super fidem ædificata est. Verùm nũc temporis Sanctæ Inquisitionis Catalogus talem propositionem expunxit. Nec erat sanè Chrysostomi: nam

Cõtra Erasmũ, qui nõ vult Petrũ, sed eius fidem, esse petram.

A B C

A nam Diuus iste Homil.3. &.55. in Matth. aperte tradit, Petrum esse fundamentum Ecclesiæ. Sanè, vt accuratè animaduertit Ioannes Driedonius, lib.4. de dogmatibus varijs & lib. Apocri.cap.3.p.2. & noster Stunica, loco citato, consequutio ipsa verborum Christi magno nobis argumento esse debet, vt credamus, D. Petrum esse hanc petram. Nam quorsum meminisset nominis Petri: & quasi vocabulo ludens diceret, Tu es Petrus, id est, Tu habes nomen deductum à petra, nisi id quod statim subiecit, super hanc petram, ad ipsum etiam Petrum pertinere debuisset? Meritò Concilium Chalcedonen. vocat Petrum, petram & crepidinem catholicæ Ecclesiæ Et referente D. Diony.
B in Epist. ad Timoth. D. Paulus nominare solebat D. Petrum, Fundamentū ecclesiarum. Sed tamen non est quòd in re non dubia vtamur testibus non necessarijs. Porro qui plura desiderat, legat Thomam Vvalden. lib.2. Doctrinalis fidei antiquæ, ar.1.c.6. Alb. Pyghium, in Eccl. Hierarchia, Gaspare Casalium, Axiomatū Christianorum lib.2. art.3.c.11. Petrum Soto in Defensione Catholicæ Confessionis. p.4.cap.80. Iacobum Latomū de Primatu Romani Pontif. Naclantum, tractione.7. Theologica, Cardinalem Iacobatium in prægrandi illo ac copioso Tractatu de Concilijs, lib.10.art.7. Syxtum Senen. lib.6. Biblioth. annot.68. Caiet. Osium, Victoriam, Canum, Sotum, Cordu-
C benſem, Roffen. Echium, vbi infrà referentur.

Contra Lutherum.

Ex his confutatur Lutherus, qui perfrictissima fronte sic loquitur apud Roffen. artic. 25. Impiam & intolerabilem blasphemiam esse dico, per petrā, qua solus Christus, id est, Verbum & Fides eius insuperabilis significatur, intelligere potestatem illam monarchicā, Sathanæ seruam, & officinam. Nos tamen, Patres & doctrina, & grauitate, & vetustate præstantissimos sequuti, catholicè confitemur, Christum quidem esse fundamentum, & Petrum etiam: non quòd duo sint fundamenta, nam Petrus nō nisi vicē accepit Christi, vt Bonifacius optimè tradit in Extrauaganti, Vnam sanctam, &.ca.1. de homicidio in.6. & ad idem facit.c.in nouo.21.distinctione. Sed verba D. Leonis

Non sunt duo fundamenta.

menta. Petrus, & Christus sed vnum, &c.

præclarissima sunt, & ideò meritò ea cõmendat Bredẽbachius, super Matt. 16. D. ergo Leo sic ait: Quia tu es Petr⁹, id est, Cùm ego sim inuiolabiliter petra, ego lapis angularis, qui facio vtraq; vnum, ego fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere: tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, vt quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia. A

Marc. 16. Petrus columen & vertex Apostolorum.

Tandem ex illo Marci. 16. Ite, dicite discipulis eius, & Petro, colligi potest D. Petrum, columen & verticem, caputque cæterorum Apostolorum fuisse. Nam emphasim habet quod postquàm nominauit discipulos, a qua nominatione Petrus etiam comprehensus videbatur, peculiarem Petri mentionem fecerit dicens, Et Petro. Quale certè est illud, B

Troas reliquias Danaum, atq; immitis Achilli.

Nam & Achilles vnus erat Danaorum. Et in Titulo Psalmi 3. Psalmus Dauid, in die qua liberauit eum Dominus de manu inimicorum suorum, & de manu Saul. Nam & Saul vnus erat inimicorum: sed ceu omnium supremus & antesignanus, seorsum à cæteris enumeratur. Sic & D. Petrus. Multis hanc veritatem catholicam arietibus argumentorum concut. re & impetere satagunt hæretici. Sed eos redarguendi & retundendi labore me doctores allegati iam pridem leuarunt. Vnde si D. Hiero. visus est in principio Comment. ad Galat. D. Paulum æquare Petro, congruam habet explicationem, in Sixto Senen. lib. 6. annot. 269. Demũ Roffens. ar. 25. producit. 20. scripturæ loca ad huius probationem: quæ & enumerat Petrus Soto, supra. p. 1. c. 80. Cordubensis, lib. 4. Quæstionarij. q. 1. proposit. 8. producit. 10. Multa etiam Caiet. in Opusc. de Primatu Papæ, Castro, de Hæresibus, Victoria, in Relectione, &c. C

§. II. Secundum fundamentum quòd Petri dignitas alicui relicta sit in Ecclesia.

SEcundum fundamentum erat, quòd hæc Petri dignitas & principatus fuerit, post eius mortem, in Ecclesia alicui peculiari prælato traditus atque commissus. Non enim acephalum, id est, sine capite relinqui debuit corpus Ecclesiæ. Atque adeò multùm desipiunt, qui Christum existimant, ouili perpetuo Pastorem temporarium

suffe-

A suffeciſſe. Quinimò vt Caiet. ſuprà. c. 12. adnotauit, officiũ paſtoris, quod ipſe Chriſtus contulit Ptero, coæuũ ouili eſſe debuit. Ridiculum nanq; eſſet, quòd triginta aut quadraginta annis tantùm durãte paſtore, dũrent oues trecentis & termillibus annis. De quo D. Tho. 4. contra. c. 76. & facit exemplum apum, in quibus vnus eſt dux. Et adducitur ex D. Hiero. ca. in apibus. 7. quæſt. 1. Iſque erat. 27. error Vvicleph, apud Vvalden. lib. 2. doctr. artic. 3. c. 41. imò & octauus, &. 13. &. 15. ſcilicèt: Non eſt ſcintilla apparentiæ, q; oporteat eſſe vnũ caput in ſpiritualibus, regens Eccleſiã, quod ſemper cũ ipſa cõuerſetur & cõſeruetur. Sed & doctè Stapletonus ille animaduertit, ideò verbo paſcendi, &

B nomine Paſtoris, collatam fuiſſe D. Petro hanc poteſtatem, eò quòd Paſtor ſignificat ordinarium rectorem ouium, & ſine quo ouile non eſt: nam alia officiorum nomina, vt Apoſtolorum, Prophetarum, Euangeliſtarum, extraordinariam quandam authoritatem notant certis temporibus neceſſariam: non ſemper. At nomen officiumque Paſtoris ordinarium & perpetuum eſt.

Paſtor dure re debet quãdiù oues durãt, non ſic prophetæ Euangeliſtæ, &c.

Sed opponunt nobis Hæretici: Chriſtum eſſe verum caput verumque Paſtorem: & quanuis in cœlis agat, & circa cardines cœli perambulet, vt illi dicebant, non ideò noſtra non conſiderare, imò eſſe rebus Eccleſiæ præſentiſsimum. Et ſic minimè oportet, ſucceſſorem Petri, aut Chriſti eſſe in Eccleſia. Verùm his facilè occurrimus, dicentes cum Diuo. Thom. 4. contra Gentes ſuprà: Chriſtum eſſe qui baptizat, qui conſecrat, qui peccata remittit: & tamẽn quia corporaliter non erat cum fidelibus permanſurus, elegit ac deſtinauit miniſtros, qui poteſtate tradita, prædicta munia exercerent. Addit Iacobatius, libr. 10. artic. 7. circa finem, decuiſſe, vt Eccleſia vnum haberet caput immediatũ, homogeneum, id eſt, nõ ſolùm eiuſdem naturæ, ſed eiuſdem etiam ſtatus & conditionis, ſociabile, acceſsibile, tractabile, &c. Nec ex hoc ſequitur, quòd ſit duplex eccleſiæ caput: nam Papa non eſt niſi Chriſti vicarium caput.

Obiectio hæreticorum.

Iob. 22.

Neq; verò vtcunq; habet perpetuum paſtorem Eccleſia, ſed

Papa tãta nunc pollet potestate, quãta pollebat D. Petrus.

sia, sed habet pastorem qui tanta polleat potestate, quan A
ta pollebat D. Petrus, vt præter allatos doctores, tractat
Iacobus Septimancen. in Catholicis instit. titul. 45. num.
6. Quanuis enim Papa non sit *Petri* successor quo ad Apo-
stolatus dignitatem, at succedit in præcipuo Apostolatus
officio, quod est totius ecclesiæ gubernatio. Quam ob cau
sam eius sedes dicitur Apostolica, & ipse Apostolicus.
Quod tractabat Michael de Medin. reconditæ eruditio-

Papa nõ est vicarius. sed successor D. Petri

nis vir, lib. 7. de recta in Deum fide. c. 24. Quòd si *Papa* nõ
tanta fungeretur potestate, quanta functus est *Petrus*, non
dicetur eius successor, sed vicarius: at summus pontifex
non est *Petri* vicarius, sed successor: Christi verò non suc
cessor, sed vicarius. Ita definit Con. Florent. quod Græci B
vocant. 8. Synodum Generalem. & .c. pro humani. de
homic. in. 6. Quocirca non immeritò in Directorio In-
quisit. p. 2. tract. de. 58. quæstionibus. q. 9. inter errores Ray
mundi refertur iste, quòd *Papa* sit vicarius Diui *Petri*.
Quem etiam confutat Driedo. lib. 4. suprà. c. 3. p. 1. Quòd
si interdum Vicarius *Petri* appellatur Papa, vt in. c. Ego
Ludouicus, sanè loquutio est impropria, vt præ alijs tra-
dit Turrecremata, in illo. c. Ego Ludouicus. 63. d. & lib.
2. summæ, c. 4. ad secundum.

III. Tertiũ Fundamentum quòd Romanis Episcopis sit relicta potestas Petri.

TErtium fundamentum. quod veluti proximum dicen-
dorum antecursorem oportet præmittere, quo cæte-
ris pandatur via, illud est, Quòd hæc vniuersalis Petri po-
testas, verè fuerit relicta Romano Pontifici. Id negant Lu C
therus, & Bucerus, excucullati monachi, & priores il-
lis Vviclephus, & Ioannes Hus. Verùm non est quòd
in hos hæreticos iam prostratos calamum ego acuere de
beam: cum vnanimis sit fueritque ab initio nascentis Ec-
clesiæ omnium fidelium sensus, Romano Episcopo, præ
cæteris, Petri principatum fuisse relictum. Quod nec
Arriani negare ausi sunt, vt tradit Sozomenus libr. 4. Hi-
storiæ Tripartitæ, capit. 15. & .16. quod tamen recentissimi
hæretici nunc temporis negant impudentissimè. Sed
decretum Anacleti aduersus eos præ alijs militat. 22.
distin. cap. sacrosancta. quod ego metu prolixitatis inter-

ceptus

A ceptus, taceo. Fuit verò Anacletus tertius aut quartus à Beato Petro Romanus Episcopus, vt videas quã sit antiquũ & vetustum in Ecclesia, quòd Romanus episcopus Petri referat dignitatem. Et hoc Euaristus, Alexander primus, Sixtus primus, Eleuterus, Pius primus, Victor, Zepherinus, Marcellus, &c. diffinierunt. Quorum & aliorum decreta pontificum Gratianus diligenter collegit ac fideliter retulit per multa decretorum capita. Et in decretalibus passim id ipsum habetur. Sed & sacra Concilia, tàm Orientalia quàm Occidentalia, quorum in ijsdem decretis meminit Gratianus, eandem catholicam veritatem amplexata sunt.

Vsus Ecclesiæ à suis primordijs recognoscẽdi Romanũ Episcopum.

B Si verò perpetuus vsus ecclesiæ optimus esse solet legum interpres: sanè vsu firmatam hanc videmus veritatem. Nam in fidei quæstionibus & rebus serijs, ad Romanum episcopum, à primordijs ecclesiæ, cuncti fideles omni semper ætate recurrerunt: & omnes totius ecclesiæ episcopi authoritatem Romani præsulis expectabant: vt in suis sedibus firmarentur. Neque hoc vi Romanus sibi Episcopus arrogabat, vt obganniunt Magdeburgenses, apud Turrianum, libr. 2. Pro Episto. Pontif. c. 4. sed & ad ipsum appellabant, ceu ad superiorem. D. Chrysostomus ad Innocentium Papam: D. Athanasius Alexandrinus, Paulus Constantinopolitanus, Lucianus Adrianopolis, Asclepas Gacæ, Marcellus Ancyræ & alij

Episcopi totius orbis applelabãt ad Romanũ Episc.

C totius Orientis Episcopi ab Arrianis pulsi, ad Romanã Ecclesiam appellabant, vt in historia Tripar. lib. 4. c. 15. & expressissimè in Socrate, lib. 2. Hist. Eccles. c. 15. & Sozomeno, lib. 3. c. 8. Hist. Eccl. Theodoretus etiã Cyrensis Episcopus longè doctissimus, sede sua depositus, ad Leonem Romanum Episcopum causam detulit, vt patet ex eius Epist. præfixa Comment. in Paulum. Imo & Hæretici ab Aphrica reiecti, si Cypriano credimus, appellabant ad successorem Petri, Romanum pontificem. Nec est extra propositum, quòd solus semper fuit Romanus Episcopus, qui & Reges & Imperatores aut cõfirmauit aut deposuit: & omnibus in vniuersum leges tulit, excommunicauit, absoluit, ordinauit,

ordinauit, affecit præmijs, pœnis, &c. vt omnes tradunt hi- A
storiæ. Et habetur ad manus in Syxto Sen. lib. 6. annot. 73.
Lætmatio supra c. 3. p. 5. in 8. arg. Stapletono, lib. 6. cap. 17.
& vlti. & lib. 4. c. 19. Simancain Instit. Catol. ti. 45. n. 24. Quæ
omnia magnum, & ineluctabile conficiunt argumentum
ad probandum, Romanum Pontificem esse successorem
Petri, ac vniuersalem pastorem Ecclesiæ. De quo etiam
Obijcitur. Gaspar Casalius lib. 3. de Cœna & calice Dodomini. c. 18.
Quod D. Gregorius noluit appellari Pastor Vniuersalis. Verumtamen offensionis & scandali materiam videtur
fidelibus obiecisse Diuus Gregorius Magnus, qui cũ esset
Romanus Episcopus, titulum Vniuersalis Pastoris, à Syno
do Chalcedon. oblatum, recusauit, vt ipse scribit lib. 4.
Epist. Indict. 13. Epist. 80. 62. 76. & 32. Idem ad Eulogium B
scribens, lib. 7. Indict. 1. Epis. 30. vetat se vniuersalem Pa-
pam dici. Et habetur. 99. d. c. ecce. Rursus in Conc. Afric.
& habetur. c. primæ sedis. 99. d. sic dicitur: Primæ sedis
Episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel sum-
mus sacerdos, vel aliquid eiusmodi: sed tantùm primæ se-
dis Episcopus: Vniuersalis autem, nec etiam Romanus
Pontifex apelletur. Et in. c. nullus. ead. d. idem habet Pe-
lagius Papa. Non ergo est Romanus Episcopus, cui vniuer
salis Petri potestas relicta est.

Explicatur quo pacto Papa nõ sit Vniuersalis Pastor. Negare tamen vir Catholicus non potest, Romanum
Episcopũ esse Vniuersalẽ illum Pastorem ac caput, quod
Petro succedit. Tractat S. Thom. in Opusc. contra errores C
Græcorũ c. 66. vbi ex can. 17. Concilij Chalced. refert, Leo
ni Papæ in illo Concilio acclamatum fuisse, Viuat Leo
sanctissimus œcumenicus, id est, Vniuersalis. Ipsum etiã
refert D. Ant. 3. par. tit. 22. c. 4. §. 1. Turr. c. nullus. 99. dist.
Iacobat. lib. 10. art. 7. circa finem, Turrian. lib. 3. pro. Epist.
Pont. c. 1. Catolog. gloriæ mun. p. 4. consid. 7. Mich. de Me
dina, lib. 7. de Recta in Deum fide. c. 24.

Resp. ad obiectionem. Obiectionibus occurro dicendo, D. Gregorium humi-
litatis ergò, abnuisse ac recusasse titulum Vniuersalis Pasto
ris, & ne posteris de tàm superbo titulo gloriandi ansam
præbuisse videretur. Vt etiam vel sic Ioanes ille superbis-
simus Constantinopolitanus Episcopus, tali se titulo co-

gno-

A gnominare desineret? Patet ex ipso Gregor. suprà, lib. 4. Indict. 13. Et eundem sensum habent citati canones.

Tamen ille canon. 99. d. c. primæ sedis. multum nos pungit: nam eo difinitur sic: Vniuersalis autem nec etiam Romanus Pontitifex apelletur. Francisc. Turr. suprà, dicit, illa verba, Vniuersalis autem, &c. quæ sunt vltima illius capitis, non esse ex ipso canone concilij Afric. sed ex rubrica Gratiani in caput proximè sequens. Aliorum intelligentia est, vt in Iacobat. quod ille §. Vniuersalis autem, &c. non referatur ad Papam, sed ad Patriarcham, de quo ibi loquitur, & quem ibi appellat Primæ sedis episcopum: ita vt sit sensus: Patriarcha non appelletur princeps sacerdotum,

B nec summus sacerdos, nec Vniuersalis, nec Romanus Pōti fex. Alij melius sic explicant, quòd nec ipse Papa appelletur Vniuersalis pastor, ne si ipse dicatur Vniuersalis, videatur detrahi alijs Episcopis & Pontificibus sua potestas & iurisdictio. Itaq;, vt verbis vtar S. Thom. in Opusc. contra impugnantes religionem. c. 4. quando dicitur, Papam non esse vniuersalem episcopum, significatur, quòd non præficitur cuilibet particulari ecclesiæ, vt proprius & specialis illius ecclesiæ rector, quia sic cessaret aliorum Pontificum potestates. Ita etiam Turr. c. nullus. 99. d. & lib. 2. Sum. c. 17. ad. 5. & colligitur ex ipsis cap. Ecce. & Nullus. & Ant. Cordub. lib. 4. q. 4. ad fin. in solut. ad. 11. argum.

Papa nō est Vniuersalis pastor, id est, nō est specialis omniū Ecclesiarū Episcopus.

C Hæc, quæ iecimus fundamenta, alijs viam muniunt atque pandunt. Nam iam hinc subintrare incipit quæstio agitanda: vtrùm illa vniuersalis potestas primùm Petro collata, & in suos successores transmissa, & quæ de facto residet semperque resedit penes Romanum Pontificem, resideat apud ipsum ex iure diuino, an verò ex beneplacito Diui Petri & ipsius ecclesiæ: atque adeò, an ex voluntate Papæ & ecclesiæ detrahi possit papatus à Romanis Episcopis, & ad Salmanticenses vel Toletanos trahi, ipsisq; perpetuò annecti.

IIII. Argumēta difficillima quòd Papa non possit esse nisi Romanus Episcopus.

ARguitur ergo more scholastico, & probatur quòd Papa non possit nec tota ecclesia Pontificatū summum transferre ad alium Episcopum & ad aliam vrbem. Quia verò

verò res leuis non est, ideò non ego leues rationes, sed ferreas & adamantinas, vt in Gorgia dicebat Plato, profero. Primum ergo argumentum desumitur ex ipsis summorum Pontificum diffinitionibus, quibus, satis insinuatur de iure diuino esse, vt suprema sedes sit Romæ. Anacletus Papa in illo. c. Sacrosancta. 22. d. sic ait: Sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino saluatore primatum obtinuit, &c. Et mox: Prima ergo sedes cælesti beneficio, Romana Ecclesia est. Ponderandum est quod dicit, Non ab Apostolis, sed ab ipso Christo, & cælesti beneficio, hoc est, non humano iure, sed diuino. Et Nicolaus. I. Mediolanensibus scribens. c. omnes, eadem. d. sic ait: Omnes siue Patriarchæ cuiuslibet apicem siue Metropoleon primatus, aut *Episcoporum* cathedras vel Ecclesiarum, siue cuiuscunq; ordinis dignitatem instituit Romana Ecclesia: illam verò solus Christus fundauit, &c. *Et* statim: Non ergo quælibet terrena sentẽtia, sed illud verbum, quo constructum est cœlum & terra, per quod deniq; omnia condita sunt elementa, Romanam fundauit ecclesiam. *Et* adhuc: Qui autem Romanæ *Ecclesiæ* priuilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in hæresim labitur: fidem quippe violat qui aduersus illam agit, quæ est mater fidei: & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis ecclesijs prætulisse cognoscitur. Hęc ibi. *Est* autem approbatum decretum hoc à Patribus. 8. Synodi generalis sub Adriano. 2. Papa etiam Vigilius in epist. ad *Eu*therum. c. 7. sic ait: Quamobrem sancta Romana ecclesia eius merito, Domini voce consecrata, & sanctorum patrum authoritate roborata, primatum tenet omnium ecclesiarum. Et Pelagius huius nominis primus, qui successit Vigi. I. in. c. Quamuis. 21. d. sic ait ad vniuersos episcopos Orthodoxos: Romana *Ecclesia* Catholica & Apostolica nullis synodicis constitutis, cæteris ecclesijs prælata est: sed *Euãgelica* voce Domini & Saluatoris nostri primatũ obtinuit. Pius prim⁹ in *Epistola* ad omnes *Edclesias*: Hãc sanctã sedẽ Apostolicã, omniũ ecclesiarum caput Dominus esse præcepit. Adde

Authoritates pontificũ pro hac parte.

A B C

A Adde & expressiores textus: Iulius primus in Epistola ad Episcopos Antiochiæ cõgregatos, sic ait: Sanctam Romanam *Ecclesiam* & Apostolicam ipse Dominus decenter alloquutus est: inquiens: Tu es Petrus. Habet enim potestatem singulari priuilegio sibi concessam, & Domini voce sacrata atque desuper exaltata est: & sicut B. Petrus, primus fuit Apostolorum omniũ, ita & hæc ecclesia suo nomine consecrata, Domino instituente, prima & caput est cæterarum. Hæc Iulius. Quorum verborum irrefragabilem authoritatem tractat Vvalden. lib. 2. Doctinal. ar. 3. c. 33. & Hosius in Cõfutatione Brentij, lib. 2. de Legit. iudicib. rerum eccles. & Canus lib. 6. c. 4. vbi & docet, eun-
B dem canonẽ nomine Nicæni Conci. prolatum fuisse in. 6. Synodo Carthagin. à Faustino, *Philippo*, & Asellio Apostolicæ sedis legatis, ex literis Zozimi *Romani Pontificis*. Et vide. c. dudum. 3. q. 6. Et Damasus *Papa* ad trium Conciliorum Africanorum Episcopos, ait: Summas causarũ definiri absq; sedis Romanæ authoritate nõ licet. Et mox: Est enim firmamentum à Deo fixum & immobile omnium *Episcoporum*, Apostolica Sedes & vertex ecclesiarum, supra quam Christus vniuersalem cõstruxit ecclesiã, &c. Et Marcellus iam olim ante mille quadringentos annos, *Episcopis* vniuersis per Antiochiam constitutis, sic ait: Beatus *Petrus* caput est totius ecclesiæ, cuius Sedes primitus apud vos fuit (scilicet apud Antiochenos) quæ po-
C stea, iubẽte Domino, Romam translata est. Hæc ibi, & habetur. 24. quæst. 1. c. Rogamus. Et Ignatius Constantinopolitanus *Patriarcha*, in *Epistola* ad Adrianum *Papã*, quæ recepta est in. 8. Synodo Generali, ait, Verba Christi, Tibi dabo claues, &c. de omnibus diuinissimis sacrisq; Pontificibus senioris Romæ esse ex Domini ore intelligenda, vt Turre. lib. 2, Sum. c. 36. Et Innocentius. 4. in Conci. Lugdunen. & habetur. c. pro humani. de homicid. lib. 6. dicit, Disponente Domino, Romanũ *Episcopũ* Petri Apostoli successorem esse. Et in. c. damnamus. ab Innocen. 3. & à Patribus Concilij Lateranen. eiusdẽ Papæ tempore celebrati, Romana ecclesia dicitur disponente Domino cun-

Expressa Pontificũ, & Conciliorum decreta, quòd diuino iure, Papatus sit in Romana ecclesia.

S ctorum

ctorum esse fidelium mater atque magistra. Et clarissimè A
in cap. fundamenta. de electio. in.6. vbi dicit Nicolaus.3.
Sacerdotij principatum,& Christianæ religionis caput in
vrbe Romana Imperator cœlestis instituit. Et mox, Vt nul
li subesset homini,quæ ore diuino cunctis dignoscitur es-
se prælata. Et Innocent.3.in.c.per venerabilem. Qui filij
sint legitimi. Quem locum in sequenti argumento relatũ
videbis. Et tandem Patres Concilij Florentini, Diffini-
mus,inquiũt,sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum
Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum,& ipsi
Romano Episcopo in Beato Petro pascendi & gubernan
di vniuersalem ecclesiam,à Domino nostro Iesu Christo
plenam potestatem traditam esse: sicut in gestis Oecume B
nicorum Conciliorum continetur. In Concilio etiam La
ter. sub Iulio.2. diuina institutione obtinere primatũ Ro-
manam ecclesiam dicitur,vt latè in Simanca,in Instit. Ca
thol. tit.24.num.20. Hæc habui,quæ ex antiquis Pontifi-
cum,& Conciliorum Decretis resumerem: quibus quidẽ
apertissimè astruitur, de iure diuino esse, quòd Romanus
episcopus sit totius pastor ecclesiæ. Omnia siquidem illa
testimonia id vel maximè præseferũt, quòd volũtate Dei,
quòd diuino ore, quòd disponente Domino, quòd insti-
tutione Christi Romana ecclesia cæteris sit præfecta: atq;
adeò nulla humana potestate poterit ab vrbe Romana in
aliam quoquo modo transferri. Possunt fateor ex Conci- C
liorum & Decretorum Thesauris alia produci loca, verũ
ne lectorem auditoremve oneraremus testimoniorũ far-
cinis,ea seleginus,quæ licèt numero plura non sint,vi ta-
men sunt maxima.

Arguitur 2.ex historijs Eccle-siast. quòd Christꝰ in-stituerit Papatum esse Romæ.

SEcundò arguitur ad idem ex historijs. B. Petrus non suo arbitrio ex vrbe Antiochia suam pastoralem supremã sedem trastulit Romam, sed cœlestibus edoctus oraculis, non ergo est inuentum hominum, sed Dei, Romæ vt sit prima sedes. Antecedens est Beati Marcelli Papæ, in dicto cap. Rogamus. 24. quæst. 1. sic loquitur: Beati Petri sedes primitùs apud Antiochenos fuit, quæ postea iubente Domino Romam translata est. Idem habet Nicolaus

Papa

A Papa. 3. & habetur.c.fundamenta. de Election. in.6. Sed adhuc expressiorem historiam & commodiorem textum nobis offert Innocentius.3.cuidam viro nobili scribens in cap.per venerabilem. Titulo, Qui filij sint legitimi: vbi sic definit. Locus quem elegit Dominus, Apostolica Sedes esse dignoscitur. Cùm enim Petrus vrbem exiuisset fugiens, volens eum Dominus ad locum, quem elegerat, reuocare, interrogatus à Petro, Domine quo vadis? respondit, Venio Romam iterum crucifigi. Quod intelliges pro se dictum, ad locum ipsum protinus est reuersus. Hæc ibi. Porrò hæc historia authentica est: cùm quia à doctissimo illo viro sanctissimoque Pontifice Innocentio, nisi multæ
B esset authoritatis, non adduceretur: tùm quia antiquissimi Ecclesiæ Patres eius meminerunt, Abdias Apostolis synchronos & eorum discipulus, Babyloniæ Episcopus, libro.1.Historiæ Apostolicę, in vita Beati Petri, propè finẽ: quem librum Iulius Africanus, cuius meminit Diuus Hieronymus, ex Græco Latinum fecit. Eandem Christi apparitionem refert antiquissimus Ægesippus, lib.3. de Excidio Hierosolymitano, cap.2. Diuus Ambrosius in oratione contra Auxentium, de Basilicis consecrandis, libro.5. Epist. post Epist.32. Sed ex recentioribus sunt innumeri
C qui illam referant historiam. D. Anto.1. part. histor.tit.6. cap.4.§.2.in fine. Vvaldens.lib.2.Doct.artic.1.cap.7. Turrecremata, cap. Rogamus.24.quæstione.1.& lib.2.Summæ.cap.36. Naclantus super ad Rom.cap.1.in Digressione quadam, Nicolaus Sanderus libr.7. de visibili Monarchia, Ioachimus Perionius in Vita Beati Petri ad finem, & Mathias Felisius in Elucidatione Decalogi, super primum præceptum.§. Deus licèt sit inuisibilis. Caieta. Iacobatius, Cordoua, Soto, locis citatis, & c. Fit autem id verosimilius ex eo quòd, vt refert Eusebius, libro.3. Historiæ Ecclesiast. capit.5.& Epiphanius, libro.3.contra hæreses, vt transferretur ecclesia Hierosolymitana in ciuitatem Pellam, voce Domini admoniti sunt Apostoli: & Moysi reuelatus est locus à quo Iudæi diuina erant oracula petituri. Multò ergo magis Deum reuelasse locum, vbi ecclesia

Historia de D. Petro Roma fugiente: & Christo ei apparente, & fugã obstante. Authores grauissimi illius historiæ.

Vniuersalis supremam sedem collocaret, credendum est. A
Et sic humana potestate inuerti non poterit.

Arguitur 3. ex præmissis, ex quibus infertur Papatum esse Romæ.

TErtium argumentum: Quando alicuius syllogismi altera præmissa est de fide aut de iure diuino, & altera naturaliter aut moraliter euidens, conclusio inde deducta ad fidem debet pertinere, vel ad ius diuinum. Vt latè explicat Cordubensis, libro. 1. quæst. 19. Andreas Vega, lib. 9. super Concil. cap. 39. & Cano vbi suprà, verbi gratia, quòd Christus Dominus duas habeat voluntates, ad fidem pertinet: eò quòd deducitur ex vna de fide, quæ est, Christum esse Deum & hominem: & ex altera euidenter cognita, videlicèt, Deum habere voluntatem, & similiter hominem. Rursus quòd Concil. Nicænum non errauerit B
in diffinitionibus fidei & morum, est de fide: quia sequitur ex vna de fide, scilicèt, Omne concilium legitimè congregatum non potest errare: & ex altera moraliter euidenti, quæ est: Concil. Nicænum fuit legitimè congregatum. Similiter ergo quòd Romanus Episcopus sit pastor supremus, sequitur ex vna quæ est de fide, & de diuino iure: & ex altera euidenti, sic: De iure diuino est, quòd Petrus habeat successorem tanta potestate præditum quantam ipse habuit: sed sic est quòd Romanus episcopus est Petri successor, Ergo de iure diuino erit quòd Romanus episcopus papalem Petri possideat potestatem. Et quidem quòd prima illa propositio sit de iure diuino & de fide, pa C
tet ex fundamentis initio positis. Quòd verò secunda propositio sit moraliter euidens, nempè, Romanus episcopus Petro succedit, negari non potest, propter concordem Historiographorum fidem id affirmantium. Quis enim neget Beatum Petrum Romæ sedisse? Nisi Velenus, & Sebastianus Francus, & Caluinus, & Molinçus, & quidam alij hæretici, quos referunt Vvald. suprà. cap. 7. & Sãderus lib. 7. de Visib. Monar. circa annum Domini. 1568. num. 2026. Lutherus verò dubium esse dicit, an Petrus Romæ sederit. Verùm certa res est, quòd postquã D. Petrus sedit Antiochiæ. 7. annis, deinde. 4. anno Claudij Imperatoris, Romam venit, ibiq; Pontificalẽ Vniuersalis ecclesiæ catho-

Euidẽs esse quòd D. Petrus Romæ vixerit, & obierit, probatur ex hi storijs.

A cathedrā rexit per. 25. annos: donec. 37. post Christi Ascē-
sionem anno, etiam vltimo Neronis, vitam cū morte Ro-
mæ glorioſè commutauit. Referamus pro hāc indubitata
veritate viros omni exceptione maiores. Ij sunt Abdias
Babylonicus, in vita sancti Petri, Dorothæus Episcopus
Tyri, in Synopsi, in initio, Ægesippus, lib. 3. de exci. Hie-
ſol. Tertul. de Præscrip. hære. Euseb. in Chronic. & lib. 2.
Histor. Eccles. c. 15. Nicephorus, lib. 2. cap. 36. & 37. Hiero
ny. Beda & Oecumen. explicantes illud. 1. Petri. 5. Salu- 1. Petr. 5.
tat vos Ecclesia, quæ est in Babylone, id est, in vrbe Romę,
quam appellat Babylonem, ex qua illam scribebat Epiſto-
lam. Paulus Orosius, lib. 7. c. 4. D. Isidorus, lib. de Ortu &
B obitu Sanctorum. His adijce ex Ecclesiæ poetis antiquis
nonnullos, qui huius meminere. Hi sunt Prosper in Car-
minibus, de ingratis,

Sedes Roma Petri.

Arator etiam sub Iustiniano Imperatore, in lib. de Hist.
Apost. ad Vigilium Papam, sic dicit:

Venit ad excelsæ sublimia culmina Romæ
Petrus in Ecclesiæ sacrato corpore princeps.

Et Prudentius in hymno sancti Laurentij:

Romæ iam regnant duo Apostolorum principes:
Alter vocator Gentium, Alter cathedram possidens.

Et suauissima illa & eruditissima Elpis, vxor Boethij, in
hymno,

C *O fœlix Roma, quæ tantorum Principum*
Es purparata precioso sanguine.

Arbitror otiosum omninò negotium esse his plures accu
mulare. Euidens itaque est, Diuum Petrum Romæ sedis-
se ac obijsse. Euidens quòd Romanus illi succedat Episco-
pus: quod probare nitebamur. *Arguitur*

QVartò ex sacris arguo Traditionibus, cap. Ecclesiasti- 4. *ex perpe*
carum. 11. dist. & cap. cum Mart. de Celeb. Missa. sa- *tua tradi-*
cra enim Fides nostra non scripturis solū constat, sed per- *tione Eccle*
petuis Traditionibus. Quidquid contrà Lutherus, Buce- *siæ, quæ sē-*
rus, Philippus, Anabaptistæ blaterent. Quorum in scriptis *per fuit Ro*
hæc tertio quoq; verbo vox reperitur: Solis Dei verbis & *mæ.*

scripturis standum est. Et, Neque Papa, neque episcopus, neque vllus hominum habet ius vnius syllabæ constituendæ super Christianum hominem. Sed nos pro constitutissima veritate Catholica habemus, Fidem & Ecclesiam constare etiam traditionibus. De quo alias. Licet ergo Romanum episcopum Petro succedere in sacris Biblijs non contineatur, nec ex illis colligi valeat: ab Apostolis quasi de ore in os, deque pectore in pectus transfusum est, q; successor Petri sit Romanus Pontifex. Imò insignis est cõiectura quòd ad ius diuinum hoc pertineat, quodque ex interno diuino dictamine suprema sedes sit Romæ, cum per tot annorum curricula ab Vrbe dimoueri non potuerit. Enumerabat D. Irenæus, lib. 3. contra hære. Val. cap. 3. duodecim Petri successores, qui ad sua vsq; tempora Romæ decurrerant, ab illis verbis, Fundantes igitur, &c. vsq; ad illa, Nunc duodecimo loco ab Apostolis Episcopatum habet Eleutherius. Optatus Mileuitanus, lib. 2. cõtra Parmenianum hæreticum Donatistam, plures alios recensebat, cuius testimonium fusissimè transcriptum, iacet in libro. 7. de recta in Deum fide. c. 26. Michaelis de Medina, vbi hoc tractat argumentum. D. Aug. plus ducentis annis posterior Irenæo, longam Romanorum Pontificum seriẽ, nunquam à B. Petro interciſam recensebat: nempè præter illos duodecim, quos retulit Irenæus, alios. 26. ad sua vsq; tempora, scribens Generoso, Epistola. 165. Post quę intulit lib. 4. contra Epistolam Fundamenti. c. 4. Tenet me in Ecclesia Catholica, ab ipsa sede Apostoli Petri, cui pascendas oues suas post resurrectionem Dominus commisit, vsq; ad præsentem Episcopũ, successio Sacerdotum. Quid porrò diceret D. iste noster Pater, si hanc mille quingentorũ & quinquaginta annorũ successionẽ Pontificũ, qui Romæ pontificiam sedẽ defixã perpetuò conseruarũt, vidisset? Discurre per cæterorum Apostolorũ sedes: & iam aut omnes vacuas, aut non legitimum habentes successorem inuenies. Soli Petro sua sedes permansit incolumis. Non igitur humanum inuentum, sed diuinum potiùs ius & institutum est, quòd Petri cathedra Romæ subsistat.

A

B

C

Quòd sit de iure diuino Papatũ esse Romæ probat successio Romanorum Pont. à D. Petro vsq; nũc nũquã interciſa.

Aliæ sedes Apostolorũ ferè perierunt.

Addo

A Adde multis diaboli machinis, & mille nocendi artibus, ab crepundijs fuisse impugnatam hanc Romanorum cathedram. Imò & Græci cum pro se haberent Imperatores, arma, summum rerum ius: & vehementer desiderarent Papatum in nouam illam Romam, Constantinopolim, transferre, tãtum abest vt id efficerent, quòd pro hæreticis, & schismaticis semper sunt habiti, qui Pontificiã hanc dignitatẽ in alium Episcopũ transferre moliti sunt. Vtque habet præclarũ illud Nicolai Decretum. c. omnes. 22. dist. Qui Romanæ Ecclesiæ priuilegium, ab ipso summo Ecclesiarum capite Christo traditum, auferre conatur, fidem violat, quia aduersus illam agit, quæ est mater B fidei. De quo plura statim in. 6. & .7. argu. Quid ergo reliquum est, nisi vt, nomine reclamãte, clamemus omnes cũ Pelagio Papa. c. quanuis. 21. dist. Non Principum statutis, non synodicis ordinationibus: sed Domini Saluatoris voce Romanam Ecclesiam obtinere primatum. Et cum Nicolao, in dicto. c. omnes. Non quælibet terrena sententia, sed illud Verbũ, quo fabricatũ est cœlũ & terra, Romanã fundauit Ecclesiam. Nã licèt multis humanis, imò diabolicis telis, arietibus, machinisque sit impugnata, expugnari tamen minimè vnquã potuit. Vnde de illa intelligi debet illud, Sæpè expugnauerũt (pro impugnauerunt) me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi.

Romana ecclesia plures passa vexationes nũquã succubuit.

Psal. 128.

C QVintò arguitur, quia profectò asserere, esse de iure humano, & inuentum hominum quòd Papatus sit Romæ, & id non esse de iure diuino, est plurimùm suffragari hæreticis nostri temporis. Nam Lutheranorum vox illa est, qua inter cæteros articulos Vuormantiæ defendendos positos, hunc etiam posuere: Vt abrogaretur Romani Pontificis potestas, quam sibi sumit suprà cæteros Episcopos. Mich. de Medina, lib. 7. de Recta in Deum fide. c. 24. hæreticorum vocẽm hanc esse dicit: Non recedimus ab Ecclesia vniuersali, sed à Romana. Rursus Hosius in Confutatione Brentij, lib. 2. dicit, quòd Brentius, Romanensium adulatorum cantilenam dicebat esse, quòd Romana Ecclesia sit mater omniũ. Idem refert Petrus Soto

5. Argu. ex eò quod hæretici id cõtẽdũt quòd humano iure Papatus sit Romæ. Referuntur verba hæreticorum cõtra Rom. Pont.

in Defens. Cathol. Confes. part. 1. cap. 99. Præterea quòd Romanus Episcopus sit Ecclesiæ primas, dicunt Hæretici, solùm probari frigidis Pontificũ Decretis, vt refert Driedo. lib. 4. de Dogma. & lib. apocryph. capit. 3. p. 2. in fine. Deinde Vviclephus sic loquitur, Quòd Roma sit locus, vt Papa ibi resideat, non est color, nisi quia Papa ibi infideliter perdit vitas animarum, sicuti prius ibi Cæsar infideliter perdidit vitas corporum Christi Martyrum. Refert Vvalden. in Doctrinal. lib. 2. artic. 3. cap. 41. Et Lutherus primùm omnium id efficere conatus est, scilicèt, Romanum Pontificem in ordinem cogere, vt ipse dicebat, referente Iacobo Simanca, in Cath. Institut. titulo. 45. num. 1. & Illustrissimo Cardin. Stanislao Hosio, in confutatione Brentij, libro. 1. de Hæresibus nostri temporis. Sed & apud Roffensem, artic. 30. Lutheri verba sunt ista: Ego verò etiã si Sanctus Petrus hodie præsideret Romæ, negabo Romanum Episcopum esse Papam: Papa enim res ficta est in mũdo, neque fuit, neque est. Et apud eundem Roff. artic. 25. Romanam sedem appellat Lutherus Sathanæ seruam & officinam. Et apud Iacobum Latomum, Tractatu de primatu Rom. Pontif. c. 1. Papam appellat Raptorem & Flagellum Dei. Et, teste Medin. lib. 7. c. 26. ad fin. Romanã tyrannidem occupantem Ecclesiam, papatũ vocãt. Magdeburgenses etiam apud Turrianum, lib. 2. pro Epist. Pontif. c. 4. & 5. idem dicunt.

Quod non ante Cõstãtinum, & Photem cœperit Romanæ Ecclesiæ primatus, dicunt Hæretici.

Vviclephistæ, referente Thoma Vvaldensi libr. 2. Doctri. ar. 3. cap. 33. contendebant, Romanam sedem à temporibus Constantini Imperatoris, trecẽtis annis post Christum, deriuatam, non antè. Nam in cap. Constantinus. 2. 96. dist. dicitur: Constantinus Imperator quarta die sui baptismatis, priuilegium Romanæ Ecclesiæ Pontifici contulit, vt in toto orbe Romanum, Pontifices vel Sacerdotes habeant caput, sicut Iudices Regem. Et infrà: Sancimus, vt principatum teneat, tàm super quatuor sedes, Alexandrinam, Antiochenã, Hierosolymitanã, & Constantinopolitanã, quàm etiam suprà omnes in vniuerso orbe terrarũ. Hæc ibi. * Consultò prętereo id, quod vtinam Laurentius Valla

A Valla prę terijsset, in Declamatione illa, ne dicam Inuectiua, quam aduersum hoc Constãtini edictum euulgauit: in qua tàm ardenter, tàm audacter & iniuriosè in Romanos debachatur Pontifices, vt nedum in Grammatico modestiam, sed & in homine Christiano pietatem iure desideremus. Hunc sequutus proximè est impius ille Car. Molinæus. At eis respondendi labore iam me dudum leuauit doctissimus Aug. Eugubinus, libro hac de re edito, alijq;, de quibus lege, si placet, Couar. 4. Var. c. 16. num. 8.] Sed ad rem: Prędictam excellentiam & primatum Phoca quoq; Imperator Romanis Episcopis contulisse videtur, vt refert Beda lib. de temporibus. cap. de Phoca, & Vvalden. c. 33.

B & Cano lib. 6. c. 8. ad. 10.

Quin & ijsdem Hęreticis videtur conniuere, quod quidam eorum creditur somniasse, & nõ nihil videtur habere apparẽtiæ. Brentius, inquam, qui apud Petrum de Soto, in Defensione Catholicæ Confessionis. c. 100. callidè affirmabat, Hierosolymitanam Ecclesiam Matrem esse omnium ecclesiarum, non Romanam. Verba Brentij sunt: Dauid magnus auus Christi proponit nobis pro ecclesiarum matre, Sionem, Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: & Isaias atque Micheas, De Sion exibit lex. Et ipse Christus, inquit, Prædicandam in nomine eius remissionem peccatorũ, initio facto ab Hierosolymis. Hanc igitur nobis dant Prophetæ, & Christus pro Matre: cur ad

C Romam confugiemus? sed ad montem illum domus Domini, & ad illam doctrinam, &c. Hæc Brentius. Et Vvalden. in Doctrinal. c. 41. refert, Vviclephum etiam potiùs velle Hierusalem esse Matrem Ecclesiæ, quia ibi passus est Christus: vel Bethlehem, quia natus: non Romam. Et vide etiam Lætmatium, Tractatu illo de Prima. Rom. Ponti. c. 3. p. 5. in. 11. argumento. Qui eo sanè consilio videntur nobis auferre Matrem Romanam, quæ extat, & afferre Hierosolymitanam, quæ nullo modo extat, vt vel sic absque matre orphani derelicti, in luporum fauces incidamus.

Hierosolymis, & non Romæ, dicunt Hæretici, esse Ecclesiæ primatum.

Psal. 109. Isai. Mich.

Cur Hæretici volunt Hierusalẽ esse caput Ecclesiæ, nõ Romã.

Sed neq; fuit primus Vviclephus, aut Brentius eorum, qui Hierusalem conati sunt facere matrem fidei: nam ali

Confirm.

quod videtur habuisse fundamentum in eo quod Beatus Clemens libro.1. Recognit. propè finem, Iacobum *Episcopum* Hierosolymitanum appellat Principem *Episcoporum*. *Et* apud Nicepho. in Hist. *Eccles*iast. libro.12. capit.16. in fine, in Concilio Constantinop. tempore Theodosij Imperatoris celebrato, in *Epistola* ad *Eccles*iam Romanam, dicitur Hierusalem mater omnium Eccles*i*arum. Quibus nixi Hęretici stirpitùs contendunt arcem Romanam solo æquare & pessundare. Ac imitantur insaniam Iudęorum, qui magno odio Eccles*i*am Romanam prosequentes, expectant finalem illius interitum: & velut institutum humanum irrident, quòd *Romani* Pontifices sibi vniuersale Eccles*i*æ regimen arrogauerint: nonenim id, inquiunt, est de iure diuino. *Ergo* quò cum hæreticis nec latum vnguem conueniamus, satiùs erit asserere, esse de iure diuino, & non solùm de iure humano, ꝙ suprema sedes sit *Romæ*. Nã si solùm de iure humano esse dixerim⁹, quantũcunq; Canonico, *Põtificio*, Cæsareoq;, certè parũ à modo loquendi Hæreticorũ distamus: qui hoc vel maximè in votis habẽt suadere, quòd *Romani* Pontifices humano iure pastoralem Eccles*i*æ curam sibi vsurpauerint.

*Arg. 6. ex eo quòd multæ Eccles*iæ *Papatum sibi procurarũt. nũquã tamen è Roma abdu-ctos est.*

SExtò ad idem: Neminem latet multas & Asiæ & Aphricæ Eccles*i*as, id est, Orientales & Meridionales iam olim supremam Eccles*i*æ dignitatem magnoperè desiderasse, & ambijsse. Nam Episcopi Constantinopolitani *Romanum* superiorem nolebant agnoscere: imò pastores vniuersales se ipsos iactabant, vt patet ex D. Gregor. lib.4. Indict.13. Epist.32. & lib.7. Indict.1. *Epist*.3. Constantius, Valens, Valentinianus, Anastasius *Imperatores* Græci vehementer in Græciam primam sedem transferre molitisunt. Quod eò vel maximè moliebantur, quòd à *Romanis* Pontificibus se priuari videbant, in suarum hæresum supplicium, dominatu Italiæ & Imperij. Sed & Aphricani Hæretici, videlicèt, Donatistæ, Eccles*i*am Christi in solis Aphricæ partibus esse contendebant: eò quòd *Cant.1.* 1. percontanti Sponsæ dilectum suum, Indica mihi, vbi pascas? Vbi cubes? (hîc enim dispungebant per interrogationem)

A gationem) respondebat sponsus, In meridie. Hoc est, ad partem Australem, seu Aphricanam plagam Meridionalem. Et illud Abac. 3. ad idem adducebant, Deus ab Austro, vel ab Aphrico, veniet. Sic enim legunt cum Augustin. 18. de Ciuitate. capitulo. 32. qua siper Meridiem, & Aphricum, eorum regio designaretur, in qua sola Christus coleretur. *Aba. 3.*

Veruntamen Græci, & Orientales erant qui magnum Romanis Episcopis negotium facessebant, contendentes primam sedem in Græciam ex Italia demutare. Et quidem si id aliqua potentia humana, siue Papæ, siue ecclesiæ fieri posset, vero simile est quòd per tot annorum cen- *Orientales ab Occidentalibus Papatũ vsurpantes.*

B turias aliquando factum esset, vt scilicet, componendarum harum litium gratia, & conciliandi illas tam ex diametro pugnantes ecclesias, Occidentalem & Orietalem, Græcam, scilicet, & Latinam, aliquando inquam factum fuisset vt summus *Pontifex* Roma demigraret in Græciam cum sede suprema: Præsertim cum ad sedandas multas de fide & religione obortas quæstiones & ad quàm plurimis inde enascentibus malis obuiandũm, & ad multa & quàm maxima comparanda bona, & demum (vt dicebam) ad conciliandam Græciam cum fide Romana, illud solùm & vnicum medium perquàm necessarium esse

C videbatur. Intellexerunt ergo Romani *Pontifices*, intellexit & *Ecclesia* hanc transmigrationem sedis summæ nequaquam posse fieri, imò diuinum esse institutum & ius vt Romæ semper maneret.

SEptimò (quod in quarto argumento perstrinxi,) vix vnquam hactenus à Tyrãnorum, hostiumque persecutionibus libera fuit Romana ecclesia. *Primis* enim trecentis annis ab Imperatoribus adhuc infidelibus sæuitum est vehementissimè in Christianos. Deinde à Constantino, Iuliano, &c. Pòst tàm à Theodorico, & alijs Italiæ Regibus, quàm à Constantinopolitanis Imperatoribus. Interim non cessauit Hæreticorum, contra eandem Romanam ecclesiam, furor & rabies. Quòd si paulò post, non solùm Gentilium, sed & Hæreticorum, videlicèt, *7. Argu. ex vehementissimis persecutionibus quibus afflicta est, sed nõ victa Ecclesia Rom.*

videlicèt, Manichæorum, Pelagianorum, Marcionitarum, Sabellianorum, Arrianorum, Monothelitarum, Iconomachorum, & similium, sectæ quieuisse videntur, surrexit filius ille perditionis Mahometus, ad vexandam ecclesiam natus, vt verè posset Diuus Bernardus ecclesiæ illud appropriare, *Ecce* in pace amaritudo mea amarissima. Domesticis etiam schismatum & schismaticorum cuneis plurimum est lacessita Ecclesia. At inter tot pressuras & calamitates Cathedra Petri non solùm non cõculcata est, & abolita, verum stat, viget & regnat. A

Isai.38.

Verè omnes aliæ Ecclesiæ lapsæ sunt in hæresim: sola Romana in fide semper perstitit.

Quæ verò sunt cæterarũ Ecclesiarũ sedes, quæ nõ hæreticos modò, verum Archihæreticos admiserint Episcopos? Nã Paulus Samosatenus in Antiochena sedit ecclesia, Ioãnes Origenista in Hierosolymitana, Dioscorus in Alexãdriana, Nestorius, & Macedonius in Constatinopolitana, &c. At verò quanuis per plura hæreseon monstra, velut agmine facto, ecclesiam Romanam aggressa sint, possetque ipsa maximè impunè prę cæteris delinquere & aberrare, eò quòd suprema sedes à nemine iudicatur. c. si Papa. 40. d. & c. aliorum, &. c. nemo. 9. q. 3. nunquàm tamen per mille quingentos & his plures annos, vlla dies nec hora signari potest, in qua ostendatur à fide ecclesia Romana desciuisse. Licèt enim Petri nauicula fluctuare possit, perire tamen non potest. 24. q. 1. c. Non turbatur. Quinimò ad ipsam Rom. Ecclesiã, ceu ad lapidem Lidium (vt verbis vtar nostri Fra. Laurentij Villauicẽtij, Regij Concionatoris, ac de Rom. Ecclesia apud Germanos, & Flandros optimè meriti, in. lib. 1. de Ratione studij Theologici, in *Præfat.*) omnes aliæ Ecclesiæ, & scripturæ depurandæ afferri debent. Nomine autem Romanæ ecclesiæ non solùm intelligo *Papam*, sed congregationem illam populi fidelis Romani cum suo pastore, & hanc immaculatam semper seruasse, ac seruaturam fidem, contendo. Ita id intelligit Turrecremata, libr. 2. Summæ. capit. 112. ad. 5. & Castro, de Hæresibus. libr. 1. capit. 8. B C

8. Arg. ex Patribus

OCtauo loco nonnulla *Patrum* testimonia depromamus, in præcedentis argumenti confirmationem. D. *Hiero.*

A Hieronym. lib. 3. contra Ruffinum, sic ait: Scito Romanam fidem Apostolica voce laudatam, huiusmodi præstigias non recipere, & etiam si Angelus aliter annunciet quàm semel prædicatum est, Apostoli authoritate muniram, non posse mutari. Et idem Hieronym. & habetur. 24. quæst. 1. cap. hæc est fides. sic dicit: In sancta Romana Ecclesia semper extra maculam est catholica seruata religio, &c. Et infra: Quæ per Dei gratiam, à tramite traditionis nunquam erraſſe probatur, neque hæreticis prauitatibus deprauata succubuit, &c. Diuus Cyrillus lib. 2. Thesauri, quem refert, Vvaldésis, cap. 48. sic ait: Ecclesia Petri ab omni hæretica circunuentione immaculata manet: &
B cùm aliæ ecclesię quorundam sint errore circundatę, stabilita inquassabiliter ipsa sola regnat, silentium imponens, & omnium obturans ora hereticorum. D. Bernardus ad Innocentium Romanum Episcopum, quem etiam refert Driedo, lib. 4. suprà. c. 3. p. 3. & Simancas in Cath. Instit. tit. 45. num. 21. sic ait, Epist. 190. Oportet ad vestrum Apostolatum referri pericula quęque, & scandala: ea præsertim quę de fide contingunt. Dignum namque arbitror ibi potissimùm resarciri damna fidei, vbi non possit fides sentire defectum. D. Cyprianus lib. 1. Epistol. ad Cornelium Papam, sic dicit: Petri cathedra est vnde vnitas est sacerdotalis exorta, illaq; est Romanorũ Ecclesia, quorum fides est Apostolico ore laudata, ad quos perfidia habere non
C possit accessum. Et in Expos. symboli, ait: In ecclesia vrbis Romę, nec hęresis vlla illic sumpsit exordium, & mos ibi seruatur antiquus. Innocẽtius etiã, in Sermone de Octau. Apost. qui incipit, Duc in altũ recte. sic ait: Dignum Deus prouidit, vt ille qui erat princeps Ecclesiæ, sedem constitueret apud vrbem, quę tenebat principatum. Et ideò Dominus ait ad Petrum, Duc in altum, id est, Vade Romam, & laxa ibi retia in capturam. Et statim: Ne tanti honoris dignitas ad aliam ciuitatem quacunq; ratione transiret: sed in hac vrbe, iuxta dispositionem diuinam, perpetua lege maneret. Et de patribus hactenus. Hęc autẽ ex eorum Thesauris non citra delectum excerpsimus, quòd peculiariter de ipsa

qui Ecclesiæ Rom. dicũt solam esse quæ errare, & labi nõ potest.

de ipsa Vrbe loquentes ipsam in fide faciunt impeccabilem: ipsam singulari Dei indulgentia custoditam: atque adeò ipsam diuino instituto cæteris antecellere. Multa congerit præcitatus Iacobus Simancas tit.24.qui est de Ecclesia. num.17.vsque ad.24. Deuoueamus proinde perfidum Caluinum, qui, referente Hosio, in Confutatione Brētij lib.2. catenùs dicebat Romanam fidem nunquam defeciſſe, quia solum, seu locus Romanus, propter aspectus syderum, minus est turbulentus alijs, & magis sedatus. Nam Occidentales, inquit, sunt minùs acuto & celeri ingenio quā Orientales, qui ob proprium Orientis & Asiæ clima, leuiores & inconstantiores sunt Latinis: nam Græci de leuitate & incōstantia semper sunt notati à Tullio, D. Hieron. &c. Verum antè diem clauso componet vesper Olympo, vt Poeta ait, quàm argumentorum, quæ hac in parte succurrunt memoriæ, materies absumatur. Hæc proinde sufficiant, vt tempus alijs impertiamur.

Caluinus dicit, ideo Romam nō mutasse fidē, ac sectā, quia clima Romanorū nō est turbulentum, & varium.

V. *Referuntur authores pro hac sententia, quod iure diuino Papatus sit Romæ.*

HAEC, quam tot productis argumentis sententiam stabiliuimus, non potest non esse probabilissima. Cui & alterum restat adhibere prēsidium, scilicèt, Iuristarū, ac Theologorum recentiorum authoritatem, qui scholasticè disputantes eam asserunt: quidam quidem expressè & in proprijs terminis: quidam tacitè & latenter.

Ioannes Driedo. libro. 4. suprà. cap. 3. part. 3. post multa hunc in modum diffinit: Non temerè, sed pia fide cum Patribus nostris prædecessoribus credimus, quòd fides, & primatus Ecclesiæ, cathedra Petri, claues regni cœlorum, potestas ligandi, & soluendi sunt à diœcesi Romana inseparabiles. *Et* statim in solutione ad. 2. Credimus Romanum Pontificem semper esse Vniuersalis Ecclesiæ pontificem, & eundem non posse suam sedem in aliam diœcesim, nisi Deus reuelauerit, transferre. Ioannes Cardinalis de Turrecremata in Glossa super. c. Rogamus. 24. q. 1. post multa sic dicit: Dicunt quidam, quòd Papa potest sedem in alium locum transferre, rationabili causa: sed nobis, iuxta Petrum de Palude, videtur contrariū. Et idem lib.2. Summæ. c.40. ad finem, sic ait: Ad tertiam

A tertiam videtur respondendum, quòd Dominus Papa non potest transferre sedem suam de Roma, sine speciali reuelatione Christi. Cardinalis alter Iacobatius, libr. 8. de Concilijs, ar. 6. id ipsum tenet, & allegat Archidiaconum, Ocham, Albericũ, & alios pro eadem parte. Ipse autẽ sic loquitur: Sine assensu Generalis Concilij super hoc specialiter conuocati, & Dei reuelatione super hoc inuocata, nõ esset translatio hæc facienda, quia non nisi contraria Dei iussione mutandũ est, quod semel iussit. D. Anton. 3. p. Scho. Titulo. 22. c. 4. §. 1. paulò ante finem, hæc eadem habet verba, sub proprijs terminis: ex quo ea desumpsit Iacobat. & in suum transtulit librum. Et Lyndanus, vt infrà
B referetur, expressè id ait. Aluarus Pelagius, Scoti in Theologia, & Archidiaconi in sacra Canonum peritia discipulus, lib. 1. de planctu Ecclesiæ, art. 32. initio, sic ait: Fateor quòd non posset mutari Sedes Apostolica & papalis ab vrbe Romana in aliam ciuitatem, propter verbum istud, cap. Rogamus. 21. q. 1. Iubente Domino, &c.

His adde alios, qui licèt non tam apertè, in hanc declinant sententiam. Roffen. in libro illo Confutationis Assertionis Lutheranæ: quem sua glorioſa deinde morte firmauit, cuique proprio subscripsit sanguine, ar. 25. Iacobũ Simancã, in suis Instit. Cat. tit. 24. qui est de Eccle. nu. 23. Melchiorem Canum huius scholæ Professorem primariũ lib. 6. de locis. c. 4. & 8. in solut. ad. 10. Cardin. Caietan. de
C Primat. Rom. Eccl. c. 13. quanquam ob ingenitã styli obscuritatem, vix satis se explicat; Couar. lib. 4. Variar. Resolu. c. 14. nu. 11. Lætmatium. Tract. de primat. Rom. Pont. cap. 3. p. 1. & 5. in solut. ad. 12. & 15. contra Lutherum.

Alij authores qui idẽ tenẽt, licèt non tã clarè.

IN ampliorem huius sententiæ gratiam, patimini me, Viri clarissimi, non quidem diuertere, sed tantisper immorari in ostendendo quàm congruè suprema Ecclesiæ potestas Romanæ vrbi addicta fuerit. Sunt enim in Veteri Testamen. loca, vnde id deduci valet. Benedictus Arias Montanus, super Micheam. c. 2. in illis verbis, Congregatione congregabo Iacob. Vsq; ad, Ponam illum quasi gregem in ouili. Sic dicit: Hebraicè, quasi oues Bosra. Bosra constan-

VI. In Vet. Testam. facta memoria Romanæ vrbis, & sedis. Mich. 2.

constantiam seu valentiam significare dicebamus. Valentiam verò, *Romam*, Vrbem totius orbis quondam principem, dictam priùs fuisse, antiqui authores memoriæ prodiderunt. Idem nanq́, *Rhomi*, Græcè, quod Latinè Valentia est. Atq; hac quidem in parte Antiquiorum Hebræorum traditionem recepimus, qui Bosram eandem esse *Romam* dixerunt. Hæc ille. Vnde colligit, nihil esse aliud id quod Deus ibi pollicetur, Congregaturum se in Bosra siue in Valentiam, hoc est, in *Romam*, gregem suum, nisi in *Romanã* Ecclesiam, veluti in caulam & ouile, cooptaturum se esse omnes fideles. A

Roma, fortitudinem, & cõstãtiã Græcè significat.

Sed arcanam hanc propalemus intelligentiam. Primùm omnium, quòd vox *Rhoma* constantiam valentiamque siue fortitudinem & etiam sublimitatem significet, insicias ire nemo potest. Nam D. *Hieronym.* omnium linguarum peritissimus, lib. 2. aduersus Iouinianum, in fine, magnificè pariter & benignè Romam alloquens, dicit: Loquar ad te, quæ scriptam in fronte blasphemiam Christi confessione delesti: Vrbs potens, Vrbs orbis domina: vrbs Apostoli voce laudata, interpretare vocabulum tuum: Roma aut fortitudinis nomen est apud Græcos, aut sublimitatis iuxta Hebræos, &c. Hæc Hieron. *Et* lib. de Interpretatione nominum Hebr. ex Actis Apostolorum dicit: *Romam*, sublimem siue tonitruum significare, *Francis.* etiam Forerius sup. Isai. c. 15. versu. 2. in illis verbis, Vrbem fortem in ruinam, domum alienorum, &c. obseruauit ibi haberi vocem Hebræam, *Roma*, quæ significat celsitudinem. Videatur ibi Vatab. in scholijs huius loci. Sed & Isai. c. 26. in illis verbis, Incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimem humiliabit, &c. habetur etiam vox, *Roma*, quæ excelsum & sublime significat. Estq; insigne vaticinium de destructione idolatriæ & aliorum vitiorum, quæ Romæ residebant. Hùc pertinet quod habetur in Isai. c. 6. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum. Quasi diceret, Super solium Romanum: nam ibi pro, *excelso*, habetur Hebraicè vox deducta à radice Romæ. Vide Pagnin. ibi. Ad idem sunt multa, quæ traduntur à Galatino, lib. 4. de Arc. B C

Isai. 15. Roma. Hebraicè est sublimitas, vel tonitruus.

Isai. 26.

Isai. 6.

A Arc. Cath. Verit. c. 26. Vrbem sublimem humliabit, idest, Romam & Italiam. Nam cum sublimitas Romani imperij cœlum penè tangeret, iugo Christianæ fidei humiliter collum subiecit, vsq; ad pauperum & humilium vices Christi gerentium, pedum oscula. Nam locus Isai. sic habet. Ciuitatem sublimem humiliabit: humiliabit eam pes pauperis, gressus egenorum. Nempe Petri pauperis piscatoris pes exosculandus à Romanis Imperatoribus.

*Subijciamus quod D. Hieronymus, totius eruditionis diligentissimus obseruator, refert, traditionem esse Hebræorum, quoties in scriptura de Idumæis agitur, de Romanis esse sermonem. Primùm Isai. vbi legimus, Onus Duma seu

B Edom, vt habent. 70. dicit Hiero. lib. 5. in Isai. Propter similitudinem literæ, ex eo quòd ר Res, & ד Daleth non multum inter se discrepent, quidam Hebræorum רוֹמָה Roma pro דוּמָה Duma legunt. Idem ex Hebræis refert super Isai. 34. & super Ioel. 3. & Malach. 1. & in Abdiam. Nã & Æneã & Cæsarem Idumæos origine fuisse, tradunt quoque quidam perdocti recentiores. Huc proximè spectat quod Agathius Guidacerius Calaber, in Explanatiõe Cantici canticorum, paulò post libri initium, fol. 3. sic ait: Prospiciens Dauid per Spiritum sanctum, regnum & gloriam ac sanctitatem ab Hebræis transferenda ad Gentes, & primatum à metropoli Hierusalem ad vrbem Romam: in. 59.

C & rursus in. 107. psalmo, eadem verba replicans, ait: In Idumæam extendam calciamentum meum, mihi alienigenæ subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam? id est, in patriã Gentium; quæ sic dicta est ab Edom, quod cognomen fuit ipsi Esau. Quis deducet me in ciuitatẽ munitã, hoc est, in vrbem Romam, munitam & potentissimam. Allusitque perquàm eleganter ad eius etymologiam, ῥώμη enim Græcè, Latinè fortitudo. Et Psalm. 30. Mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita. Et Psalm. 34. Confitebor tibi in Ecclesia magna, in populo graui laudabo te: in Hebræo autem sic, בְּעַם עָצוּם id est, in populo forti, hoc

* Idumæi. Romani.

Isai. 21.

Iulius Cæsar, Idumæus. Vide Luy. Leg. in Abdi.

Psal. 59. & 107.

Psalm. 30. & 34.

est in populo Romano Græcè, id est, forti Latinè, olim om A
nium gentium principe, & nunc ob cathedram & ossa Pe-
tri, omnium ecclesiarum prima, Romana ecclesia. Hæc ille.
Neq; verò nobis debet officere quod Diuus Hieron. quę
sequuntur Leo Castren. lib. 2. Apologet. c. 3. & Francis.
Ribera, super Abdiam, negat penitùs Duma esse Romam:
nam esto non sit, indemnis manet tota ferè nostra doctri
na, quæ & ipsius Hieronymi esse, ostensa est suprà.]

Roma & Valentia idem sunt.

Sed expendamus ampliùs quod Montanus Hisp. dice-
bat. s. Romam & Valentiam siue Constantiam idem signi
ficare, & eandē esse vrbē: nam inde certiùs augurabimur,
Romā esse constātem illam & valentē vrbē, à qua potestas
* pontificia dimoueri non possit.* Legendus verò imprimis B
Plut. in Romulo, Plinius, libro. 4. capitulo. 6. Macrob.
libro. 3. sat. capitulo. 9. & Ioann. Pineda, cui, nostro sęculo,
aliæ licèt desint Historiographi partes, at veritas & dili-
gentia summa non desunt, libro. 2. capitulo. 17. §. 2.]
Ioann. Annius Viterb. in Comm. sup. Supplementū Ma-
nethonis, ad antiquitates Berosi Chaldæi (nisi fortasis ipse
Supplementū illud confinxit, cū cęteris Berosi, Fabij Picto
ris, Metasthenis & aliorum monumentis, vt sentiunt Vi-
ues lib. 18. de Ciuit. cap. 1. Faber in Arist. lib. 1. Polit. Bea-
tus Rhenanus lib. 1. Rerum Germanicarum: Stephanus
etiam Salaz. in Genealog. & passim Ios. Scalig. in libris de
Emēdationibus temporū, lib. 1. initio. de quo Vergara To
let. Canonicus, & Couar. lib. 4. Vari. c. 14. num. 5. Syxtus, C

Ab vrbe Valentia Hispaniæ denomina-ta Roma Italiæ.

lib. 8. Biblioth. hæresi. 11.) Itaq; Annius ille dicit: Romum
Celtiberorum Regem non procul Sagunto Romam ædifi
casse, per interpetrationem, Valentiam nuncupatam: nam
Romus dicitur Valens, & Roma Valentia. Idem habet So-
* linus in Polisthor. c. 1. *Rideamus interim quòd Glossa, in
c. fundamenta. de elect. in. 6. Romam à rodendis manibus,
lepida sanè ac ridicula interpretatione deriuat.] Porrò qui
alia de secretissima & arcana huius vocis, Roma, significa-
tione videre voluerit, legat Plinij (sed vereor ne intelli-
gat) libro. 28. capitulo. 1. & libro. 3. capitulo. 6. nec in hac
parte negligendus est Annius super Berosum, in 16. Rege
Assyrio-

A Assyriorum, & lib. de primis temporibus, c. 23. & in Comment. Sempronij ad finem libri. Sed silere non debeo, quod Abulen. in Leu. 24. q. 10. ex Solino refert: nomen Romæ tam sanctũ olim fuisse, vt Dij Gentiles vetuerint illud publicare: & quia Valerius Soranus illud publicauit, morti traditus est.* Idẽ Pier. Val. lib. 36. pag. 342. Idẽ Plut. in quæstionib. Rom. q. 61. & Sempron. de Diuisione Italiæ. Sic nomen Mercurij Trismegisti ineffabile erat, ait Marsil. Ficin. in argu. ad opera ipsius Mercurij.] Sic inter Hebræos nomen Tetragrammaton non licebat effari. Vides quàm fuerit rationi cõsentaneũ, vt Roma in spiritualibus sicut in tẽporalibus apicem omnium vrbium obtinuerit. Et adhuc

Romæ nomen sacrũ & ineffabile.

*

Perpetuitas Romanæ vrbis.

B auscultа. Perpetuitatem Romæ ac Romani imperij, pueris etiam notum erat inter Gentiles, Iouem promisisse Romanis, apud Virgil. 1. AEneid.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono,
Imperium sine fine dedi.

Et omnem prosperitatem Romæ precabantur & efflagitabant à superis. Horat. in Epod. Ode. 18.

Romulæ genti date remq; prolemq;
Et decus omne.

Hinc Hieronym. q. 11. ad Algasiam, sic ait: Romanum imperium ipsi qui imperant, æternum putant. Vnde secun-

C dum Apoc. in fronte Meretricis purpuratæ, scriptum est nomen Blasphemiæ, id est, Romæ æternæ. Ita ille. Certum enim est per Meretricem illam, id est, Babylonem, de qua ibi loquitur Ioannes, intelligi Romam, quatenùs peccantiũ ac peccatorũ confusione erat plena. Nam dicit ibi Ioan. Apoc. 17. & 18. Meretricem illam sedere super septem montes: & esse Reginam, & luctum non visuram, id est, perpetuò regnaturam. Quòd verò Babylon illa, Roma sit, patet: nam proinde Roma sicut illa Babylon super septem montes ædificata est. Quò respiciunt Poëtæ: Virgil. 6. AEneid.

Apoc. 17.

Apoc. 18.

Roma super septem montes.

Septemq; vna sibi muro circundedit arces.

Et Ouid. 1.Trist. A

Sed quæ de septem, totum circũspicit orbem,
Montibus, Imperij Roma, Deumq; locus.

Et Horat.loco citato.

Dij, quibus septem placuere colles,
Dicere carmen.

D. Aug.18.de Ciuit.c.12.dicit.Romã esse illã Babylonem. Idem habet Tertul. lib.aduer. Iudæos. §.Probatio natiuit. Christi,& lib.3.contra Martionem,sed vice omnium lege Hiero.super Isai.24.in illis verbis: Attrita est ciuitas vanitatis.Quinimò D.Petrus in.1.Epist.c.5.nomine Babylonis intelligit Romam.Ita dicit Papias Apostolorũ auditor, apud Euseb. lib.2.hist.Eccl.c.24. & Nicephor.lib.2.c.15.Perpetuitas itaq;, sublimitas & constantia huius vrbis omnibus modis significata est. B

Isai.24.
2.Petr.5.

Arbitror instituti mei, tam longa parẽthesi, vos oblitos imò, vt veriùs dicã, vobis ego videbor oblitus. Sed nihil minùs . Nam ideò hæc à me dicta sunt, vt non solùm rem ipsam,quæ est Roma,ostenderem Ecclesiæ clauum gubernaturam: verùm & vocem ipsam Roma,non tantùm apud Hebræos, quorum omnia vocabula sancta sunt & multis mysteriorum inuolucris circumuoluta; sed & apud Græcos & Aramæos ostenderem, significare firmitatem illam & celsitudinem, quam habet sedes Beati Petri Romæ: vt vel ex hoc coniectari liceat, Diuinum esse placitum & institutum, vt Romæ prima suæ Ecclesiæ, sponsæ amantissimæ, sedes ac thalamus semper constet. Et hactenus de hac parte. C

Assertio & explanatio alterius opinionis oppositæ.

VII *Non est de iure diuino quòd Papa*

His nihilo seciùs omnibus argumentis non obstantibus sit prima conclusio: Non videtur esse de iure diuino quòd Papa sit Romanus Episcopus, Itaque licèt sit de iure diuino quòd in Ecclesia

A clesia sit vnus Monarcha in spiritualibus, Christi vicarius, & Petri successor: qui quidem, hactenùs semper fuit eritq; deinceps Romanus Episcopus: cæterùm quòd iste supremus Pontifex sit potiùs Romanus Episcopus quàm Salmanticensis aut Toletanus, non videtur ad ius diuinum pertinere sed ad humanum. Quod sub Romani correctione *Pontificis* dictum à me esse volo. *Probatur* primò, quia vt habet S. Thom. quodlibet. 4. articulo. 13. lex noua nulla alia habet diuini juris præcepta, nisi moralia naturalia, & articulos fidei, & sacramenta: sed sic est quòd Papam sedere Romæ, ad aliquod illorum non pertinet: ergo nec pertinet ad ius diuinum. Quòd si dixeris, id quod

B ex diuina habetur traditione, & est ab Apostolis diuinitus promulgatum, etiam constituere ius diuinum, vt bene vidit S. Thom. in illo art. in. 1. arg. Respondeo, Tametsi perpetua sit traditio quòd Papa *Romæ* sedeat, at non est diuina traditio, nec ab Apostolis diuinitus promulgata: sed est Apostolica traditio, de genere illarum, quas Apostoli propria authoritate instituerunt: quæ non sufficiunt ad condendum diuinum ius, de quo multa infrà dicturus sum. §. 15. in solut. ad. 4. & quarum meminit Sanctus Thom. illo loco in solu. ad. 1.

Ius sit Romæ.

Probationes huius sen.

Secundò: Nihil ad ius diuinum pertinet, quod non con

C tineatur in sacra Scriptura, aut sit diuina traditio aut ex altero horum deducatur per rectam ac legitimam consequentiam: sed *Papam Romæ* sedere, nec expressè nec latenter & tacitè habetur in Scriptura: nec ex his, quæ in ea continentur, deduci potest, etiam per multas, & quales consequentias, nec est diuina traditio, vt diximus obiter modò, & ex professo ostendemus inferiùs. §. 15. ergo non est de iure diuino. Confir. ex verbis, quibus Petro promissa est, & collata potestas, Matth. 16. &. 18. &. *Ioan.* 21. in quibus nulla Romæ aut alterius loci particularis mentio facta est, in quo pontificatus figeretur: sed id D. Petri, ac Successorum iudicio relictũ est. Et, vt bene tradit Caie. c. 13. supra, Institutio *Euangelica* de his mutationibus non se impedit: sed hanc loci & vrbis designationem factis sub

Quæ sint quæ pertinent ad ius diuinum.

Matth. 16. *Ioan.* 21.

Nota. sequentibus disponẽdam relinquit. Confirmatur hæc ratio efficacissimè: nam tam longè abfuit Christus, cum Petrum instituit Ecclesiæ Principem, vt præciperet ei quidquam de *Roma*, quòd per quinque annos priores, imò & per duodecim, Petrus non fixit *Romæ* sedẽ suam: sed post illos annos: nempe postquam quinque nullibi, septem verò Antiochiæ sederat, vt omnes Ecclesiasticæ tradunt historiæ. At si de iure diuino esset vt *Romæ* sederet, ibi à principio sedisset. vide infrà. §. 10. A

Apparitio Christi facta B. Petro cuius sit authoritatis & põderis ad propositum. Quòd si quisquam dixerit, Idcircò id esse de iure diuino, quia diuinam habuit Petrus reuelationem, vt *Romæ* moreretur. Hinc enim inferri videtur, diuinum esse institutum quòd sedes Pontificia perpetuò esset annexa *Romanis* Episcopis. *Respondeo* & obijcio aduersarijs, quod, vt bene tradit Soto. in. 4. d. 24. q. 2. art. 5. in fine, quanuis illius reuelationis historia ab Abdia, AEgesipo, Ambrosio, & alijs referatur: adhuc tamen non tãta pollet authoritate, vt rei tanti momẽti solidũ sit fundamentũ. Præterea, quia licèt illa historia irrefragabilis esset veritatis, adhuc collectio nõ esset satis firma. Nam Christus Petro apparẽs non iussit, vt *Romæ* sedẽ figeret, sed vt *Romæ* subiret martyriũ. Et quidem euenire posset, vt ille, qui totius erat orbis Episcopus, pateretur in vrbe aliqua particulari, iubẽte Deo, sicut Moysem, qui totius populi Hebræi caput erat & princeps, iussit *Deut. 34.* Dñs in certo loco animã agere. Quod si dicas id qđ rectè vidit Cordubẽ. lib. 4. Quæstionarij. q. 1. propos. 8. dub. 2. ex eo ꝙ Christus præcipiebat ac volebat Petrũ *Romæ* mori, meritò præsumi poterat Deum velle ac precipere, vt Papatus esset *Romę*, quodq; ille, qui Romę succederet in Episcopatu Petri, successurus etiã esset in papatu: nam in locũ eius qui moritur, sufficitur ille qui succedit. Huic obiectioni dixerim, respõsurum me esse infra. §. 10. Nunc id solũ dicã, nẽpe adhuc non esse satis firmã collectionem, & qualis esse debebat ad firmandũ ac constituendũ ius diuinũ. Nã in multos sensus detorqueri historia illa adhuc potest. Præterea licèt constaret Dei esse voluntatem vt papatus annecteretur *Romæ*, non continuò ad ius diuinum pertineret. B C

Aliud

A Aliud est enim iussus & voluntas, aliud statutum & lex siue ius. Nam ordinationes Principum, vt maneant post mortem ipsorum, non sat est vt habeant vim cuiusdam simplicis voluntatis, sed vim statuti & legis oportet habeãt. Non ergo fit quod sit de iure diuino, Papatum esse Romæ, ex ijs coniecturis, quas nobis suppetit illa hĩstoria.

Tandem, quia si hæc hĩstoria tanta pollet veritate & authoritate, iam sanè ex ea conspicuum habemus, quòd triginta septem annis post mortem Christi, non erat de iure diuino, vt sedes Pontificia esset Romæ. Nam, vt illa habet hĩstoria. 37. anno à morte Christi, D. Petrus, rogatu fratrum, Romam deserere, & in aliam ciuitatem transmigra-
B re volebat. Quod & faceret, nisi diuino oraculo reuocaretur Romam. Signum ego est sufficientissimum, ex eo vt coniiciamus, Christum dum viueret, nihil vnquam viua voce, nec implicitè & latenter insinuasse Diuo Petro, vt Romę figeret pedem ac sedem. Vnde per quinq; primùm annos nullibi sedit, & per septem sequentes, Antiochiæ: deinde per. 25. Romæ: Et inde iam aliò parabat se conferre. Non itaque erat diuinum ius vt Romæ esset prima sedes. Dicere autem quòd tot annis post mortem Christi, aliquid cæperit in ius diuinum positiuum cooptari, admitti ac recipi, quod à Christo dũ apud viuos ageret, expressè aut implicitè non fuisset traditum, inauditum est: ac proinde id ego non admittam.

Quòd per 37. annos à morte Christi non erat diuinum ius, vt Papa esset Romæ.

C SEcunda conclusio: Quanuis de iure diuino esset, quòd summus pontificatus esset Romæ, adhuc tamen ex magna & vrgentissima causa, dispensari per Ecclesiam, aut per solum Papam posset, vt aliò transferretur & alteri annecteretur Ecclesiæ. Nam rogo, Vndenam habet summus Pontifex tantum authoritatis, vt ex causa dispenset in votis & iuramentis: quorum obligatio est de iure diuino naturali, & non tantùm diuino positiuo, de quo solùm est nobis sermo? Quòd si hoc exemplum nõ arriserit, vt non arrisurum suspicor: nam id fortè non est dispensare in iure diuino: at certè quando interuenit rationabilis causa, inferiores in superiorum legibus & statutis dispen-

VIII.

Licèt esset de iure diuino Papatũ esse Romæ, posset ex causa mutari à Pontifice.

Papa dispẽsat in iure diuino.

sant aut declarant, quia per epicheiam censent, talem dispensationem non pugnare cum legislatoris intentione. Hac de causa quanuis diuino iure naturali prohibitæ sint nuptiæ inter fratres, vt dicunt Sot. Can. Anton. Couar. Cather. Maioris, & alij: (licèt negent alij) quorum loca referre nec volo nec possum, nullus ire potest inficias, quin *P*rotoparentum nostrorum filij cum sororibus suis contraxerint. Vis ne certius exemplum? Ius diuinum vetat, parentes misceri cum filijs: at si pereuntibus cæteris, soli supersessent Pater & Filia, possent contrahere, vt habent Soto, Magister à Veracruce, Iosephus Angles, &c. Quanuis quædam alia sunt de iure diuino penitùs indispensabilia propter innatam & intrinsecam quam habent malitiam, vt mendacium, fornicatio, furtum, quæ ex nulla causa valent licitè fieri. At huius generis non est quòd pontificatus sit extra *R*omam. Adde & aliud exemplum: quòd sacrum Eucharistiæ sacramentum celebretur integrum atque perfectum in pane & vino, de iure diuino Euangelico est, vt satis patet: nihilominus tamen ex magna & vrgentissima causa, vt putà in regione aliqua Septentrionali, vbi vinum nullo modo esse aut asportari posset, *P*apa dispẽsare posset vt in solo pane fieret consecratio, vt ego credo, licèt id non credant quidam alij. Similiter ergo si casus eueniret, quem Deus auertat, quòd Roma Romaniq; omnes funditùs absumerentur, aut tota Italia à Turcis inuaderetur & caperetur, ita vt nullus religioni locus ibi esset: non dubito quin Papa Salmanticam migrare, & ibi sedem posset figere: donec, dante Deo, Roma suæ libertati ac religioni restitueretur. Quanuis visum fuerit Iacobatio, lib. 8. ar. 6. & alijs, quòd tunc temporis vbicunq; Pontifex resideret, diceretur esse Romana Ecclesia. A B C

XI. *Quòd per se loquẽdo, possit Papa abd trãsferre Papatũ.*

TErtia conclusio: Salua sanctæ Romanæ *Ecclesiæ* censura, videtur dicendũ, quòd si Sanctissimus D. N. Syxtus Pont. Max. totam vellet suæ plenitudinem potestatis exerere, posset Apostolicam sedẽ ab Ecclesia *Romana* remouere, eam vt alteri admoueret *Ecclesiæ*. *P*ræsens conclusio

A cluſio per ſe loquendo vera eſt. Nempè habita ratione plenissimæ poteſtatis, qua Papa fungitur: & rei ipſius, quę ſecundum ſe iure tantum conſtat humano, non diuino, vt probatum eſt. Nam ex accidẽti exiſtimo id fortè facere nõ posse Pontificem. Quod ſequenti debeo concluſione dirimere. Neque verò diſputo, vtrùm licitè id poſsit facere: ſiquidem certo certius eſt, quòd ſi citra magnam cauſam & grauiſsimã, ac maturũ conſiliũ id tentaret efficere, grauiſsimum ipſe ſcelus & flagitium perpetraret. Non enim omni lege exẽptus eſt Pontifex, & eius facta iudiciũ Dei ſubterfugiũt. c. aliorũ. 9. q. 3. Nec ad libitũ Eccleſiam perdere ac dilapidare poteſt, & quæ ad perpetuam ordinata
B ſunt vtilitatem, variare: ſed eius potiùs debet ſaluti proſpicere. c. quæ ad perpetuam. 25. q. 1. Diſputo itaque de eo, quod ſecundum abſolutam Papæ potentiam fieri poſſet.

Primũ omnium, vt appareat quàm ſit hæc mea ſententia ſanæ ac veræ Theologiæ & ſacris canonibus conſentanea, in medium adduco S. Tho. ſuprà quodlib. 4. artic. 13. vbi ſic dicit: Papa habet plenitudinem poteſtatis in eccleſia, ita vt quæcunq; ſunt inſtituta per eccleſiam vel eccleſiæ prælatos, ſint diſpenſabilia à Papa: non verò ea quæ ſunt iuris diuini aut naturalis, quia iſta habent efficaciã ex inſtitutione diuina. Quæ autẽ ſunt iuris diuini & naturalis ad tria ſtatim mẽbra reducit: ſcilicèt, ad prẽcepta mora-
C lia legis naturæ, ad articulos fidei, & ad ſacramenta gratię. Et in ſolut. ad argum. adiungit ijs diuinas traditiones ab Apoſtolis diuinitùs promulgatas: Horũ autem nullũ eſt, q̃ primaria Eccleſiæ cathedra ſita ſit Romæ: Ergo ſuper hoc cadere poteſt diſpenſatio *Papæ*. Quòd vero non ſit diuina traditio (nam reliqua nõ egent probatione) explicatum curſim à me eſt. §. 7. in prima & vltima ratione. 1. conclu. & explicandum fuſius infrà. §. 15. & penitus enucleandum. §. 10. & 13. quæ loca priuſquam lector videat, nolo vt de mea hac opinatione iudicium proferat.

Probatur hæc ſent. 1. ex eo quod id nõ eſt de iure diuino.

Papa ſuperiorẽ, ac iudicẽ interris non habet.

Secundò, quid de ampliſsima poteſtate *Papæ* ſentiant Doctores Scholaſtici, paucis accipe. Duo ſunt rerum ac perſonarum genera, quibuſcum Romanum poſſumus

comparare Pontificem. Quædam nanque supernè, quædã A
infernè Pontificem spectant. Et quidem si de superioribus
agimus, solus est Deus, quem iudicem timere potest Papa.
Vnde in cap. si Papa. 40. d. dicitur, A nemine iudicari pos-
se Papam, nisi à fide deuiet. Et quia exceptio facta firmat
regulam in contrarium, vt habent iura, hinc est ꝙ quan-
Papa quãtumuis sit scãdalosus, & incorrigibilis, modo nõ sit hæreticus, est obediẽdus, & tolerandus. tumuis esset Papa simoniacus, scandalosus ac incorrigibi-
lis, modo non sit hæreticus, non est depellendus & iudi-
candus, sed obseruandus potius & obediendus. Ita etiam
in c. fin. 79. d. & c. nemo. 9. q. 3. & c. facta. & sequẽtibus.
Præsertim cap. aliorum. sic dicitur: Sedis istius Præsulem
suo, sine quæstione, Deus reseruauit arbitrio. Voluit Bea-
ti Petri Apostoli successores cœlo tantùm debere inno- B
centiam, &c. solus itaque Deus est maior Papa, nã autho-
ritate & potestate cæteris etiam Sanctis existẽtibus in cœ-
Papa maior Angelis & sanctis, quãtum ad potestatem, &c. lo. c. de libellis. 20. dist. etiam ipsis Angelis maior est, vt ex
Hostien. & Augustino de Ancona Ordinis nostri erudi-
tissimo Doctore, tradit D. Ant. 3. p. titul. 22. c. 5. §. 1, 2. 3. &
4. & Cata. glor. mund. p. 4. Consid. 7. Quod itaque Papa
quantumuis scandalo sit toti Ecclesiæ, & pessimus, ac im-
manibus se deuoluat peccatis, tolerandus sit & obedien-
dus (vt concludam) ex Hug. Alb. Alex. S. Tho. Bona. Ric.
Pal. Heru. & Petro de Tarant. grauissmis Theologis: &
ex Inno. Host, Archid. Ioan. Andr. Iuristarum principibus
ostendit Turr. lib. 2. Sum. c. 93. & 98. Aug. de Ancon. de C
potest. Pap. q. 5. art. 4. D. Ant. 3. p. titu. 22. c. 4. §. 3. & Mag.
Vict. Relect. de Pot. Pap. nu. 17. Sylu. &c.

Si verò conferamus Papam cum inferioribus, id est, cũ
Papa supra Concilium, & omnia Ecclesiæ Cõcilia, quantam ad authoritatem iurisdictionis. omnibus fidelibus, cumque omnium Pontificum ac Con-
ciliorum decretis & statutis: sic quidem dicam quæ apud
probatos authores reperio. Alu. Pelag. libro. 1. de Planctu
Eccles. artic. 6. si tota, inquit, simul Ecclesia senriret in ali-
quo negotio contra Papam, sententiæ Papæ standũ esset
nisi in causa fidei. Et artic. 7. & 17. In omnibus, inquit, quæ
non fuerint expressè contra Deum, obediendum est Pa-
pæ. Syluest. verb. Papa. §. 3. & ver. Concilium. §. 3. hanc
eandem expressam sententiam amplectitur, & dicit esse

omnium

A omnium Theologorum, quibus omninò standum est potiùs quàm Iuristis, quoniam materia est Theologica, cum Papæ potestas ad ius diuinum pertineat. Et §. 15. allegat S. Thom. dicentem, Posse Papam statuta etiam Concilij generalis tollere. Ad idem est Iacobat. libr. 6. de Concil. artic. 2. vbi ait: Si esset dubium, an id quod Papa præciperet, esset peccatum, standum esset sententiæ Papæ, etiam contra Concilium: quia lex Papæ quantumcunque sit dura seruanda est, cap. in memoriam. 19. Et addit, si Papa ederet legem, non quidem impossibilem, sed aliàs duram, & vellet tollere antiquam à Concilio editam, & nouam edere sibi fauorabilem, & de nuda voluntate & potestatis ple-
B nitudine, illam statueret, seruãda esset sententia Papæ. Et ita vult Gloss. quam Doctores sequuntur, in cap. vbi periculum. de elect. & cap. nemo. 9. q. 3. & cap. sicut. 15. dist. Ad idem est. c. mutationes. 7. q. 1.

Papa potest Cõcilij etiam Generalis statuta abrogare, & ipse solus alias condere.

Quòd si opponas illud. c. sicut. 15. d. cui fauet. c. quæ ad perpetuam. 25. q. 1. ex quo habetur, quòd Papa non dispensat contra quatuor principaliora Concilia. Respondeo, ibi reddi rationem, Quia illa Concilia continent fidem. Ex quo fit in his quæ fidem non concernunt, posse Conciliorum statura derogare Pontificem. Vnde ad bonum sensum existimo concedi posse cum Canonistis vulgò, Papã posse omnia, ac immerito Turrianũ, lib. 3. de Sum. Pont. auth. id vulgare proloquium reprehendere, vt ex transcur-
C su modo vidimus, visuri oculatiùs infra. §. 15. vbi multa. c. explico, quæ habentur. 25. q. 1. & contra nos esse videntur. Ex his itaque omnibus liquidò colligitur tanta Pontificem pollere potentia, vt rescindere valeat hanc legem, qua vrbi Romanæ addicta est summa potestas ecclesiæ.

Obiectio. Solutio.

Papa potest omnia.

Tertiò Exaggeremus ampliùs Romani facultatem Pontificis (si tamen exaggeratio est tantum deferre papatui.) Iacobus Almain. libro de Potest. Ecclesiæ, cap. 14. disserit, an etiam contra Apostolorum statuta, imò & contra ipsas D. Petri constitutiones dispensare possit Papa. Et non solùm affirmat ipse, verùm dicit, hãc esse communem vocem Iuristarum & Theologorum; horum in. 4. dist. 27. il-

Quòd Apostolorũ etiã D. Petri cõstitutiones potest Papa abolere.

lorum

lorum in.c.authoritatem.5.q.6.Quibus annumerare pos- A
sumus Cordub.lib.1.Quæst.q.16.Opini.2.Gasparem Ca-
sal.lib.2.Axiomatū,art.3.c.10. Sylu.ver. *Papa*.§.14. &.15
& ver.Conciliū.§.3.Iacob.lib.5.art.15.& lib.10.ar.15. De
quo rursus suscipiendus nobis sermo est infra.§.15.Atque
adeò quamlibet firmum Diuus Petrus,& omnes in vnum
coacti Apostoli, statutum aliquod,quod *P*apalis authori-
tas semper esset Romæ, astruxissent, destruere id posset
quilibet successorum. Sanè, vt perspicuè vidimus.§.7. in
prima & vltima ratione primæ conclusionis, Diuus Pe-
trus nō diuino iure Romæ sedit. Vnde Antherus Papa ad
Bæthicos & Toletanos Episcopos scribens, cap.mutatio-
nes. 7.q.1.sic ait:Petrus sanctus Magister noster, de Antio B
chena ciuitate vtilitatis causa est translatus Romam, &c.
Planè non iure diuino, sed sponte potius sua, vt ex textu
colligitur. At ipse Diuus Petrus non potuit legem ferre,
quatenus Pontifex & caput erat Ecclesiæ,qua successores
obligaret: quia par in parem nō habet imperium. cap. In-
notuit. de elect. Eo autem ipso quòd sunt Petri succesſo-
res,non Vicarij,vt vidimus.§.2.palam liquet,omnem quā
ille habuit potestatem,& ipsos habere.Quod etiam affir-
māt Vict. Relect. de potest.Eccles.quæst.1.num.14.&.17.
Almain. lib. de potest. Eccles. cap.5. Similēas in Cathol.
Instrut. titul.45.num.6.cuius ratio ea est, quia claues ac
potestas Ecclesiæ non sunt traditæ Petro personaliter,sed
pro eo,& successoribus.cap.solitæ.de maiorit.& obed.& C
cap.per venerabilem.Qui filij sint legit. & cap. ad aposto
licę.de reiud.de quo latè Iacob.lib.10.ar.7.pag.677.Scio
ex tam multis priuilegijs ac potestatibus,quibus Christus
Diuum *P*etrum cumulare dignatus est, quædam ipsi soli,
& nō in suos successores transferēda,collata fuisse. Quod
tradunt Theologi,Dried.lib.4.supra.c.3.p.3.ad.2.& Vict.
Relect. de potest. Eccl.nu.17.Cano de Locis,lib.6.cap.8.
Caiet.de primat.Rom.*E*ccl.c.12.initio, quale est illud pri
uilegiū, Beatus es Simon Bar-Iona,quia caro, & sanguis,
&c. quale est etiam munus Apostolatus, &c. At verò
quæ collata sunt ei vt pastori totius Ecclesiæ, vt Principi,

Tantū potest quilibet Papa quātum D. Petrus in quēlibet Papa.

An omnis dignitas quæ fuit in B. Petro, sit nunc in Syxto V.

vt

A vt Papæ, omninò cunctis eius successoribus eadem amplitudine collocata fuisse, credendum est, cum D. August. in cap. quodcunque. 24. quæst. 1. Ac proinde nihil statuerunt Apostoli, nihil D. Petrus vt caput erat & Papa, quod abolere ac annullare non possint modò Rom. Pontifices. De quo adhuc infra. §. 15. latè.

Quartò: A simili, qui non est modus arguendi prorsus inualidus, argumentemur. Docent Theologi, nominatim sapientissimus Vict. in illa quæst. 2. Relectionis, num. 23. propositio. 10. & ex Iuristis Sim. in Inst. Cat. tit. 45. nu. 18. Diuum Petrum potuisse eligere ac designare successorẽ, qui se vita functo, absque alia electione Summus Pontifex esset: & addit, tantundem posse quemlibet successorũ. Quod & fecisse videtur Diuus Petrus nominando & designando Diuum Clementem, vt dicũt intemeratæ fidei scriptores, Ruffinus in Præfatione Recognitionum Clement. Damasus in vita Clementis. Hier. lib. de Vir. Illust. Ægesip. Nicepho. & alij ex antiquis. & Vval. lib. 2. Doctr. cap. 30. & 31. & Ant. 1. par. hist. titul. 6. cap. 4. §. 3. & titu. 7. cap. 2. initiò. & habetur cap. si Petrus. 8. quæst. 1. Quanuis id negent Iacoba. lib. 5. art. 21. & lib. 10. art. 7. in solut. ad. 11. & Almai. lib. de Authori. Eccl. cap. 9. ex Armachano, lib. 7. de Quæstio. Armenorum, cap. 19. De quo multa Turrecrem. lib. 2. Sum. c. 51. & Caiet. & alij. Si itaque tanta eminet Pontifex potestate, vt nominare valeat successorem, C cur nõ nominare locum poterit & designare? An ne melioris conditionis est locus quàm persona, vt dicamus nominari posse personam, non locum?

Papa potest nominare successorẽ, cui omnes teneantur obedire.

Confirmatur, quia, nisi ego cæcutio, hoc non est quidquã authoritatis detrahere Romanis Episcopis: imò multũ eis potestatis attrahimus, si dicamus, non esse adeò constrictum & alligatum Romæ Papam, vt si aliò commigret non sit Papa. In Apostolica enim sede totius Ecclesiæ Christus posuit principatum, cap. basilicas. de Consecr. dist. 1. in fin. & in cap. nolite. 11. dist. non verò Romæ, aut Toleti. Vtque habent elegantissima illa Diui Hieronymi verba, Epist. 44. quæ magnoperè commendat Vvalden. suprà cap. 41.

Quod nostra sent. potiùs auget quã minuit potestatẽ Papæ.

cap.41.Non altera Romanæ vrbis Ecclesia, altera totius or A
bis æstimanda est.Et Gallia & Britannia & Africa & Persis & Oriens & India, & omnes Barbaræ nationes vnum Christum adorant,vnam obseruant regulam veritatis. Si authoritas quęritur,Orbis maior est Vrbe. Vbicunque fuerit Episcopus siue Romæ siue Eugubij siue Constantinopoli siue Regij siue Alexandriæ siue Caphnis,eiusdem est meriti,eiusdem & sacerdotij. Hæc ibi. Coniungamus his verba Vvaldensis,cap.41.in fin. Vbicunque Papa sedeat, siue Romæ,siue Eugubij,ibi noster fulget Antistes. Non habet necesse noster Præsul, vt in Romana Sede mendicet authoritatem,sed vendicet.Hæc ille. Porrò qui asseue B
rant Papam, nisi Romæ sedeat, non esse Papam, planè affirmant, Papam ab vrbe Romana mendicare potestatem: quod dictu indecorum videtur.Non enim locus hominē, sed homo locum sanctificat. c. multi.c.nos qui.c.non loca.40.dist. Et ratione huius Romana Ecclesia fundata est in Petro, non Petrus in illa.c.ita dominus. 19.dist. & cap. fundamēta.de elect.in.6. Et amplius *Ecclesia* ipsa est, vbi est Papa, & ibi sunt limina Apostolorum, cap. ego.de iureiur.quod adducit Iacob.

Quintò tādem ab aduersarijs inquiramus, quis nam fuit primus ecclesiæ Pontifex? Quis primus Papa?(loquimur de statu *Euangelicæ* legis, ac gratiæ.) Nonne Christus? C
Is autem nunquid alicui in speciali præfuit ecclesiæ? Fuit ne magis Romanæ Antistes quàm Toletanæ, aut Hierosolymitanæ? Minimè sanè. At summi ecclesiæ *Pontifices* Christo succedunt:ipsius sunt vniuersales Vicarij. *Ergo* ne ex eo quòd aliquis successorum, Romæ specialiter Christi cathedram fixit,non erunt Vicarij Christi qui Romæ sedere noluerint? Vnde illis compedes iniecti sunt? Quis potestatis *Pontificiæ* amplitudinem & maiestatem tam angustis constrinxit limitibus,vt Romę episcopatum non possint deserere(per se loquendo)ac per totam Christianitatem liberè vagari, nulli addicti *Ecclesiæ*, sed omnium æqualē curam gerentes: vt explicaturus sum.§.13.in solutione ad primum, nisi ex accidenti id facere prohibeantur,

A beantur, vt sequenti conclusione tractabo.

Resolutorie ergo dico cũ Sot.4.dist.21.q.2.artic.2.post med.§. Attamẽ DD.& lib.1.de Iust.& iur.q.7.ar.3.& lib. 2.q.3.ar.8. ex Innoc.c.cũ ad monasteriũ.de statu monach. & ex Panor. c. nõ est voti.de voto & voti redempt. In his quidẽ quæ sunt de iure diuino, si Papa absq; causã dispenset, factũ non tenere: nec talẽ dispensatũ esse tutũ in conscientia, vt quantũ ad hoc verè dixit Cordub.lib.1.q.19. Iacob.lib.4.ar.4.pag.228. & Ricard.in.4.d.38.q.8.ar.1.at in his quæ iure tantũ constant humano, peccat quidẽ si sine causa irritet, ac dispenset, at factum tenet, vt etiam dicit Vict.de Potest.Pap.nu.14.ex Gloss.& ex Sylvest.verb.Papa. §. 15. De quo rursus acturi sumus infrà.§.15. teneret itaque factum si sedem Apostolicam Papa traducere aut transuertere niteretur Salmanticam. Et exinde non Romanus, sed Salmanticensis Episcopus esset Papa: cui proinde omnes parere teneremur. Verùm si exactam huius resolutionem cupis, attende hæc argumenta.

In iure humano sine causa valet dispensare Papa, in diuino verò ex causa.

B

C

X.

Duo argu. difficilia, quibus exactissimè explicatur tota quæstio.

OBijci namque aduersus hanc sententiã, prẽter eaquę à principio obiecimus, quibusq; nondum respondimus, potest. Quia solus ille qui succedit Petro, fungitur potestate Papali, vt satis patet. Sed solus ille qui est Romanus Episcopus, succedit Petro, Ergo solus ille est Papa. Hoc argumentum inde suas accipit vires, quòd eo ipso ꝙ quispiam Episcoporum desinit esse Romanus episcopus, desinit esse successor Petri. Nam successor esse non potest Episcopi Salmanticensis, nisi Episcopus Salmanticensis, vt certo certius liquet. Ergo similiter Diui Petri, qui fuit Romanus episcopus, successor esse nõ potest, nisi Romanus episcopus.

Secundò potest obijci: De iure diuino solùm tenemur recognoscere Romanos episcopos, ceu vera Ecclesiæ capita, ac principes: alios autem non vt capita Ecclesiæ, sed vt prælatos subordinatos illis, ergo eo ipso quòd quis desinit esse Romanus episcopus, cessat in omnibus obligatio colendi & obediendi ei tanquam summo ac primo capiti.

Ad

Ad.1.Notãda distinctio duplicis potestatis, quæ fuit in D. Petro, vel vt Romanus Episcopus, vel vt Papa.

Ad primum horum existimo responderi quàm optimè posse, distinguendo duplicem in Diuo Petro, qui fuit Romanus Episcopus, potestatem. Primam quidem, qua solũ erat Episcopus Romæ, sicut singuli Apostoli singularum erant ecclesiarum Episcopi. Alteram, qua totius erat caput ac Princeps Ecclesiæ. Et quidem quantùm ad primam attinet potestatem, qui non esset Romanus Episcopus, illius successor dici non posset. Quantùm verò ad alteram pertinet potestatem, existimo nõ oportere, vt quis sit Romanus Episcopus, ad hoc vt illi dicatur succedere: statuente, ac declarante ipsomet Romano Episcopo, non vt Romanus est, sed vt Vniuersalis est Ecclesiæ Princeps, quòd quamuis quis non sit Romanus Episcopus, sit Vniuersalis pastor Ecclesiæ. His addiderim, quod si Syxtus V. Pont. Max. de facto cum sede ac curia deueniret Salmanticam, & seipsum ecclesiæ Salmanticensi præficeret in pastorẽ: & priuatum alium Romæ, qui vrbis esset *Episcopus*, derelinqueret: iam ille, qui ex Syxti decreto, & Cardinaliũ electione, ac ecclesiæ volũtate succederet in ecclesia Salmanticensi (intendentibus Syxto, Cardinalibus, & Ecclesia, quòd ille etiam Vniuersalis esset præfectus Ecclesiæ, & nõ priuatus ille alter, qui Romæ remaneret: nec alius, qui illi succederet) iam, inquàm, deinceps Salmanticensis, & non Romanus esset summus Pontifex. Donec voluntate Ecclesiæ, ac nouorum Pontificum, alicui alteri ecclesiæ, aut verò pristinæ Romanæ Papatus restitueretur. Quæ adhuc. §. 13, explicanda sunt.

De iure diuino est, q omnes subij ciamur Romano Episcopo, nõ vt Romanus est, sed vt Papa est.

Ad aliud respõdeo, de iure diuino esse quòd Papæ, quicunque ille sit, quique à principio, & nunc, & semper fuit Romanus Episcopus, subijciantur omnes fideles, ceu mẽbra capiti: non tamen inde fit quòd sit de iure diuino, vt ille *Papa* sit Romanus Episcopus. Sanè ex alijs pleriſque materijs exempla licet petere. Sunt nanque multæ leges, ac iura, quæ humana sunt potestate sancita: ac proinde humanitùs etiam aboleri possunt. Nihilominùs quandiù stant, ad ius diuinum pertinet, eis vt pareamus: & contra diuinũ ius delinquimus, ea si violemus. Vt, humanitùs taxatur pretium

A pretium tritici: at eo semel taxato, iure diuino tenemur illud non transilire. Item, iure humano, seu iure gentium facta est rerum diuisio & appropriatio: at semel ea facta, in ius diuinum peccat, qui propriam rem alteri surripit, &c. Sic humanitùs appropriatus est Papatus Romæ, eo tamen semel appropriato, diuinitùs Romanum Episcopum tanquam verum Papam tenemur recognoscere. Per hoc tamen non tollitur quin humana possint hæc omnia authoritate mutari & innouari: quibus iam innouatis, nõ tenebimur iure diuino illis morem gerere, sed alijs, nempe illis, quæ loco illorum succederent. *Nota maximè hæc exempla.*

B SEd, vt non solùm rationes rationibus, & scripturis scripturas trudamus: sed etiam Doctores Doctoribus opponamus: ne aliqua ex parte præcedens sententia præsentem vincat, proferamus nõnullos huius nostræ patronos sententiæ. Magister Soto, Dominicanus, scholæ huius Professor Primarius, in 4. d. 24. q. 2. art. 5. in fine, eam, vt à nobis est asserta, & explicata, tenet expressissimè. Antonius Cordubensis, Franciscanus, libro 4. Quæstionarij. q. 1. proposit. 8. dub. 2. eandem amplexus est post multa, sic dicens: Igitur institutio diuina est quòd sit Papa, & Papatus supra totam Ecclesiam: humana autem, quòd huic vel illi personæ vel Ecclesiæ applicetur: vel quòd sit in Ecclesia Romana, vel in alia particulari. Gaspar Casalius, Augustinianus, Regius apud Lusitanos Cõcionator, Conimbricensis Episcopus, lib. 2. Axiomatum Christianorum, ar. 3. cap. 8. subscripsit huic assertioni dicens: Est quidem nunc, fuitque semper à Petro vsque ad nos Apostolica sedes in Romana Ecclesia. Verùm non sic, quin posset Papa inde ad aliam Ecclesiam Sedem transferre. Tum exẽplo Petri, qui primùm Antiochiæ eã habuit: tùm quia primates huiusmodi nulli particulari Ecclesiæ, aliquo diuino iure adscribitur. Quo fit, vt diuina sit eius institutio, humana autem eius isti, vel illi Ecclesiæ applicatio. Quæ autem humana sunt, Papa mutare potest. Hæc ille. Caietanus, libro de Prim. Rom. Ecclesiæ, capit. 13. postquàm varius in processu quæstionis, in vtrumque se latus verterat, tandem *XI. Referũtur authores pro hac nostra sententia.*

C

in solutione ad septimum, à nobis esse videtur: nam dicit, A
Romanum Pontificem non esse ex institutione Christi, prælatum cæteris Ecclesijs & fidelibus: sed solùm præsup posita appropriatione Romanæ Ecclesiæ ad Petrum. Et statim: Sufficiebat, inquit, quòd tota Ecclesia recognosceret Petrum, vt totius Ecclesiæ Pastorem: post appropriatam autem Romanam Ecclesiam, oportet recognoscere Romanum Pontificem successorem Petri pastorem totius Ecclesiæ. Et addit: Non quatenùs est Romanus Pontifex, sed quatenùs est successor Petri, per se & formaliter loquendo. Quæ planè mea est expressa sententia. Vvaldensis Carmelitanus, libro. 2. Doctrinalis. c. 41. huic parti vehementer annuit: nam sit dicit: Vbicunque Papa sedeat, B
siue Romæ, siue Eugubij, ibi noster fulget Antistes. Non habet necesse noster Præsul, vt in Romana sede mendicet authoritatem, sed vendicet, &c. Et verba Antheri Pontificis, quæ illic refert, ad idem faciunt. Petrus de Palude, Tractatu de causa immediata Ecclesiast. pot. art. 4. concl. 3. in idem declinat: nam distinguit, & dicit in hunc modum: Romanam Ecclesiam esse fundamentum aliarum, exponitur, id est, Ecclesia vel sedes Petri, non Ecclesia Romana, &c. Innuit quòd licèt non sit Romana, potest esse sedes Petri.

XII. Si absque causa, & Ecclesiæ cõsilio Papa vellet sedẽ mutare, nõ esset ei hac in parte à fidelibus obediendum, sed resistendũ potius.

His nihilominùs quartam atteximus cõclusionem, sub præfata Pontificis Romani censura. Si Paparum quispiam eò deueniret audaciæ, vt, absque rationabili causa, & C
Ecclesiæ cõsilio, sed suopte marte & ingenio, sedem Apostolicam, Roma abiunctam, adiungere vellet Salmanticensi Ecclesiæ, minimè hac in parte esset ei à fidelibus obediendum, sed resistendum potiùs. Et hac quidem in materia eius iussus & censuræ timendæ non essent. Bene memini, concordem Doctorum hanc esse sentẽtiam, vt partim à nobis suprà. §. 9. tactum est, quantumuis Papa sit incorrigibilis & scandalosus, iudicem in terris non habere, præterquàm in casu hæresis, eò quòd electio Papæ & dãnatio iudicio Dei reseruatur, cap. electionem. 79. & cap. nemo. & c. facta. 9. quæst. 3. & c. licet, de electione quo

A De quo multa ibi. &. c. canones. &. c. cuncta, &c. Et
præcipuè. c. si Papa. 40. d. super quo cap. insigniter decepta est Glossa, dicens: Non tantùm pro hæresi, sed pro quocunque crimine notorio scandaloso Simoniæ vel adulterij, vel simili, si incorrigibilis est, Papã posse deponi. Oppositum itaque omninò teneri debet: vt Aug. de Ancona, Syluest. Palud. &c. Nihilominus tamen quamuis sola sit hæresis, obquam deponi potest, sunt tamen perplures alterius generis casus in quibus minimè obediendum ei est. Præclarè D. Ant. 3. p. tit. 22. c. 4. §. 3. & Turrecre. lib. 2. summ. c. 106. sic dicunt: Si Papa, pro vt exemplificat D. Petr. de Pal. thesaurum Ecclesiæ vellet dare parentibus suis, aut
B Ecclesiam S. Petri destruere, & ædificare ex ea palatia parentibus suis, aut dare patrimonium S. Petri, nõ esset ei permittendum, sed resistendum & non obediendũ: sine tamẽ eius depositione. Similiter, si vellet contra statum Vniuersalis Ecclesiæ generaliter aliquid attentare, sicut si vellet omnes episcopos deponere. c. per principalem. 9. q. 3. aut similia, ex quibus vniuersalis turbaretur Ecclesia. Et hoc modo dicunt Hostiensis, & Inno. & Archid. quòd non esset Papa sustinendus, ideſt, permittendus: Sed ei, tamen cum humilitate, & reuerentia resistendum foret. Hæc
a Tur. Et addit D. Ant. ex Palud. Quando Papa est ita malus, & moribus suis destruit Ecclesiã Dei, tunc exemplo Pauli, qui Petro in faciem restitit, quia inducebat gentes
C ad iudaizandum. 2. q. 7. c. Paulus. sic Papæ in malis non esset obediendum, sed resistendum per honestam reprehẽsionem. Eadẽ est cõmunis doctorũ mẽs. Syluest. verbo Cõcil. §. 3. In concernẽtibus, inquit, vniuersalẽ statũ Ecclesiæ, non põt papa disponere cõtra statutũ Cõcilij Generalis, neq; decolorare vniuersalem Ecclesiæ statũ. 1. q. 7. c. Et si illa. Idem Inno. c. Quanto. de consuet. Vnde dicit Petrus de Ancarrano quòd posset Papa tollere hoc vel illud statutum iuris positiui, sed non omnia simul: quia hoc esset destruere vniuersalem Ecclesiam. His adijce Iacobatium, vbi suprà, in solutione ad. 16. vbi idem dicit ex. c. Cum quidam. 25. q. 1. & ex Innocent. c. Inquisitioni. de sentent. ex-

In solo casu hæresis deponẽdus est Papa, sed in multis alijs resistendus, & obuiandus.

Galat. 2.

com. Et paulò antè sic dicit: Mihi placet quòd Papæ scandalizanti Ecclesiam vniuersalem, & incorrigibili potest resisti, sed non deponi, nec iudicari. Vide ipsum libr.4.de Concil.art.4.latissimè, & lib.6.ar.1.§.Quid dicendum: & addit rationem, Quia ipse Papa curare debet, vt salus vniuersalis Ecclesiæ salua sit.c. Quæ ad perpetuam.25.quæst. 1.Victor.Relect.de Post.Pap.nu.23. A

Non potest Papa annullare totum ius canonicũ, & aliud condere, licet humanitùs sit statutum.

Diffinio itaque, quòd quanuis omnes leges humanæ, humana sint voluntate sancitæ, non inde fit posse ad libitum, & citra omnem causam, & rationem, eas destruere & abolere Pontificem. Alioqui nouam ipse ferè Ecclesiã posset condere, si omne decretũ, omnes decretales, Pontificum & Conciliorum authoritate ordinata, eo quòd positiuæ & humanæ leges sunt, posset destruere, & alias ipse leges ac iura construere. Certo certius Theologis est, vt tractat Victoria in Relect. nu.18. ex Diuo Thom. in.1.2. leges, ac præcepta, vt subditos obligent, iusta ac rationabilia esse debere. Et quanuis examinare, an superiorum iussa sint rationabilia, subditi non debeant, tamen quando tam manifestam præseferunt insolentiam, & tam apertè à regula rationis præcepta maiorum deuiant, quantùm voluntas Romani Pontificis deuiaret, si absque vlla causa sedem Apostolicam aliò transuertere conaretur: sanè nullatenùs esset ei obediendum, sed resistendum potiùs, propter certissima schismatis & aliorũ nocumentorum pericula, & vniuersalis Ecclesiæ perturbationem, quæ ex tali mutatione meritò timeri possent. Non itaque esset ei obediendum, quantumlibet solùm sit de iure humano, quòd sedes Apostolica, Ecclesiæ sit annexa Romanæ. Quam certò autem schismata & scandala in Ecclesia sequerentur, ex eo quòd, incõsulta Ecclesia, Papa aliò cum Sede commigraret, testis est illa trãslatio qua non sedes, sed curia solùm Romana in Auinionem translata est, tempore Alberti Germani Cæsaris, & Philippi Gallorum Regis, à Clemente. V. anno 1305. sanè sedes, ac Papatus non fuit Romæ tunc ablatus, nam illi Papæ etiam apud Gallos diuersantes, Romani erant Episcopi. Sola itaque curia B

Quòd plurima damna sequerẽtur, & scandala in Ecclesia, si Papatus alio trãsferretur. C

A curia translata est. Et tamen damna Ecclesiæ inde sequuta, in hunc vsque diem experimur. Quæ verò, quantæque schismatum & hæreseon procellæ coorirentur, si non solùm curiam, sed & sedem ac papatum transferre in Galliam aut Hispaniam Papatum nunc quispiam adniteretur, vel cæci vident.

His itaque duobus mea sententia cardinibus voluitur. Quos sic constituo. Primus est, quòd ex eo quòd humanum est institutum & ius, vt Papatus sit Romæ, minimè sequitur quòd absoluta & sola voluntate, Papa id possit immutare, propter grauissima damna inde enascitura: sequitur tamen quòd vbi verisimiliter hæc damna cessarēt: *Duo puncta, in quibus stat authoritas sententia.*

B vt si Ecclesia in talem consentiret mutationem, id posset fieri, & factum omnino teneret. Secundus est, quòd si maiora damna ac scandala timerentur ex resistentia ac contradictione, quæ Papæ fieret, attentis circunstantijs, iuxta virorum prudentium sententiam, tunc Papæ omnino esset obediendum, volenti cum sede Apostolica aliò commigrare & priuatum Episcopum Romæ derelinquere, qui solius Romæ diœcesis esset Antistes. Et eatenùs conciliari hæc conclusio cum præcedenti debet, dicendo, scilicet, quantum est ex natura rei & per se loquendo semper Papæ standum esse, obediendum esse, plusquam Concilio ac toti simul Ecclesiæ oppositum determinanti,

C ac præcipienti: præterquam in his, quæ pertinent ad fidem & ius diuinum. Et hoc probant illa tàm multa & tàm efficacia argumenta & testimonia præcedentis conclusionis. At verò quando ex accidenti & habita ratione circunstātiarum, ex eo quòd Papæ obediatur, imminent grauissima damna, quæ euitari debent si ei resistatur, vt videtur in nostro proposito contingere, tūc diffinio in hac quarta conclusione, cum reuerentia ac timore esse Papæ obuiandū, potiùs quàm cum temeritate obediendum. Hæc omnia, vt fatear, curiosiora quàm necessaria sunt. Nam certissimum cùm mihi, tùm cæteris fidelibus esse debet, Deum paterna cura ac speciali studio, & prouidentia, consulere ac consulturum fore semper Ecclesiæ Romanæ & Ro- *Quòd Deus specialē curā gerit Romanæ vrbis, ac Pontificis.*

manis Pontificibus. Ac proinde nec Romam desolandam A
aut inuadendam aut in hæresim vnquam pertrahēdam aut
ab ea primam sedem remouendam esse, certum & indu-
bitatum Catholicis esse debet. Verùm Theologis post-
quàm indubitatas omnes etiam fidei quæstiones in dubium
vocare datum est, hanc prætermittere minimè debue-
XIII. runt.

Argumentis initio factis difficillimis respōdetur.

AD primum ergo argumentum in oppositum factum respondetur, omnia illa testimonia, quibus Christo iubente aut Deo instituente & prouidente, sedes Romana dicitur esse supra cæteras omnes Ecclesias, non loquuntur de sede Romana, quatenùs Romana est, sed quatenus Apostolica & vniuersalis est. Rursus, non loquuntur de *Ro-* B
mano pontifice, vt Romanus est, sed vt succedaneus est Petri & Ecclesiæ caput, & orbis Episcopus. Vnde si hæc duo separarentur per Ecclesiæ decretum, aut per voluntatem Papę, Episcopus totius Ecclesiæ, & Episcopus Romanus, iam omnia illa tam illustria priuilegia & prærogatiuas, Episcopus totius Ecclesię sibi vendicaret, tanquàm de se dicta & sibi concessa: manente *Romano* Episcopo sine illis, vt enu-

Aptissimū exemplum de Generalibus Ordinum Monachalium & mendicantium.

cleatissimè. §. 10. explanatum à me est. Quod autem illa duo dirimi possint, satis superque ostendimus. §. 7. 9. &. 10. quandoquidem non diuino iure sed humano coniuncta sunt, scilicèt, Episcoparus orbis & vrbis. Quod hoc ego exemplo illustrare soleo. Ordines, atque instituta Fra- C
trum Religiosorum in duplici sunt differentia, quo ad prę sens attinet. Nam quędam sunt, quę Generales habent toti ordini præfectos, qui nulli particulari conuentui prępositi sunt: sed ęquè omnium conuentuum curam habent & regimem: vt sunt Generales quatuor Ordinum Mendicantium: alij sunt Ordines, qui Generales habent vni peculiari prefectos conuentui, licèt vniuersales sint totius Religionis pastores, vt in ordine D. Benedicti, in hac obseruantium monachorum Hispanienſi congregatione: in qua Generalis, unius peculiaris conuentus est Abbas atque prelatus, videlicèt, Vallisoletani: cui tamen cura etiam totius congregationis incumbit. Et similiter in Ordine Diui

Hiero-

A Hieronymi Prior Sancti Bartholomæi de Lupiana, eo ipso quòd illi præficitur conuentui, totius est Ordinis Præsul. Porrò, quis vetuerit, quin si Patres harum religionum vellent oppositum statuere, vt, scilicèt, dignitas generalatus ab illis conuentibus abiuncta, applicaretur Prælatis aliorum conuentuum, vel nulli in speciali, sed per totum Ordinem liberè vagarentur Generales, æquam omnium Cœnobiorum curam gerentes: quis inquàm prohibet, quin hoc possint facere in suis capitulis, & comitijs? Nisi fortè superior aliquis, videlicèt, Papa earum mutationum faciendarum potestatem, ob iustam causam, ipsis ademerit aut limitauerit. Ad hunc ergo *Applicatur exemplum.*
B modum cum nullum ius superiùs, videlicèt, diuinum, Pontifici ipsi summo aut Ecclesiæ in hac parte, arctauerint potestatem, quare non poterit tota Ecclesia, atque adeò Papa ipse pro suo arbitratu, hanc pontificiam dignitatem, quæ Romanæ nunc Ecclesiæ annexa est, aliò transferre aut nullibi collocare: sed relinquere penes aliquem vniuersalem Pastorem, qui, licet nulli esset Ecclesiæ specialiter deputatus, omnium esset Pastor & Præsul? vide. §. nono, in tertia & quinta ratione.

Ad secundum argumentum, quod Historiarum au- *Historia apparitionis Christi iam ostensum est §. 7. quod non constituat ius diuinũ, &c.*
thoritati innitebatur, existimo me. §. 7. congruè respondisse. Ad illum Lector recurrat locum: nam ego earun-
C dem rerum, atque verborum iterata scriptione, nolo ad iustę magnitudinis volumen, meum crescere librum. Solutionem etiam præcedentis argumenti consulat pro explicatione illius capitis Fundamenta, de electione, in. 6. nam quod in eo videtur astrui, scilicèt, in vrbe Romana Christum instituisse caput Christianæ religionis, soluitur, aut dicendo ex præcedenti solutione, quòd aliud est Christum instituisse Romanũ Pontificem: aliud instituisse quòd Pontificatus perpetuò esset Romæ. Horum duorum primum, verissimum est, ad bonum sensum, quòd scilicèt, illum Christus instituit, qua ratione summus est Pontifex, non quatenùs est Romanus: Secundum

verò, vt falsum refellimus. Aut dicendo ex secunda probatione, 1. concl. illam priuatam Christi voluntatem, quæ soli Petro manifestata est, quòd Papatus esset Romæ, vim non habere ad statuēdum diuinum ius, vt inibi visum est. Vide etiam. §. 10. A

XIIII. *Ex vna de iure diuino, & altera euidēti, quid sequatur.*

AD tertium argumentum vt respondeamus, concedimus Maiorē illius syllogismi, scilicet, De iure diuino est, quòd Petrus habeat successorem, quodq; ille qui succedit illi, sit Papa totius Ecclesiæ. Rursus, concedimus Romanum Pontificem esse, qui de facto illi succedit. Et cùm infertur, *Ergo* de iure diuino est, ℣ Romanus Episcop⁹ sit pastor Ecclesiæ, negatur consequentia, propter variationem appellationis. Namquod ad minorem attinet, sanè non succedit Petro Romanus Episcopus, quatenus Romanus est, sed quatenus Papa est & caput Ecclesiæ, sicut nec Petrus vicaria Christi potestate functus fuit, aut habuit totius Ecclesiæ principatum, quatenùs futurus erat Romanus Episcopus, sed quatenus Princeps & caput fidelium, ab ipso instituebatur. Cuius rei insignis est coniectura; quòd per quinque annos priores à suo pontificatu: imò per. 12. non fuit Romanus Episcopus, vt iam ter quaterque dictum à nobis est. Sed exactam huius resolutionem iam à me audijt Theologus, nisi præterijt solutionē cuiusdam argumenti, suprà. §. 10. vbi ego accuratè & perfectè, vt existimo, hunc nodum dissolui. B

Papa non Papa eò ℣ succedit Romano Episcopo, sed eò quòd succedit Papæ.

Not. de fide est quod Romanus Episcopus est Papa, nō tamē est de iure diuino. Nō est idē, propositionem pertinere ad fidem, & ad ius diuinū.

Ad id verò quod opponitur, scilicèt, ex vno principio de fide, & alio naturaliter cognito, sequi cōclusionem de fide. Respondetur, id ad nostrum institutū non pertinere. Non enim negamus nos, esse nunc de fide, ℣ Romanus Episcopus sit Papa: sed quod negamus est, ℣ id pertineat ad ius diuinum. Quis ignorat multa esse de fide Catholica tenenda, quæ ad ius diuinum minimè pertinent. Nā quæcunque propositio à Papa vel à Concilio diffiniatur, continuò pertinet ad fidem Catholicam: non sic ad diuinum ius. Vt, de Fide Catholica teneri debet, Matrimonia clādestina nunc temporis irrita esse: at minimè hoc pertinet ad diuinum ius, sed ad humanum; quandoquidem ab hinc C

A ab hinc trigintà annis, nõ erãt irrita: & rata fieri rursus per Ecclesiam possent modò. Sed & hæc multas etiam implicant difficultates, quæ expendendæ à nobis in præsentiarũ non sunt, Naclãtus, Tractatione. 12. Theologica, & Cano, lib. 6. c. 8. ad. 10. & Corduba. q. 19. in lib. 1. & Ioan. Medina, Cod. de Pœnit. in. q. de confessionis necessitate. §. Esset tamen dubium: videntur cõfundere propositiones, quæ sunt de fide cum his, quæ sunt de iure diuino.

Quod si pergas obijcere, Ex vno principio pertinente ad ius diuinum, & alio moraliter aut naturaliter cognito, quid sequitur? Respondetur, parùm referre quòd illud alterum sit euidenter cognitum, si aliunde non habet perti- *Solutio.*
B nere ad ius diuinum sed ad humanũ. Nã si ad humanũ pertinet, cõclusio inde elicita ad humanum pertinet ius: quod contingit in proposito syllogismo. Id ego productis exemplis elucidaui. §. 10. ad fi. Neq; verò est satis certũ, Conclusionẽ ex vna præmissa de fide, & altera euidenti collectam quidquid dicat Cano, esse de fide: imò existimo non esse de fide. Vt, verbi gratia, in hoc syllogismo: Omnis homo est risibilis, Christus est homo, ergo Christus est risibilis. Hæc conclusio in rigore non est de fide, quidquid etiã dicat Vega, lib. 9. super Cõcil. c. 39. Verum quidẽ est, in duobus illis syllogismis, in illo tertio argumento adductis, cõclusiones illas ad fidem pertinere: non tamẽ propterea quòd sequantur ex vno principio de fide, & alio euidenter cognito, vt
C perperã existimauit Cano suprà ad. 10. Et quantum ad hoc optimè dicit Vega, circa mediũ illius cap. nã cum conclusio sequi debeat debiliorẽ partẽ, non poterit conclusio habere certitudinem fidei, ex vi præmissarum, quarum altera solam habet certitudinem luminis naturalis. Habent itaque conclusiones illæ adductæ in arg. certitudinem fidei, non ex vi præmissarum aut syllogismi per quem inferuntur: sed aliunde & ab extrinseco. Nempe, quia altera illarum conclusionum, videlicet, Christus habet duas voluntates & duas operationes, immediatè diffinita est in Concilio Chalcedonen. tempore B. Gregorij Papæ, contra Monothelitas: altera verò, scilicet, Concilium Nicænum non

Obiectio.

Conclusio deducta ex vna de fide & altera euidenti, nõ pertinet propriè ad fidem.

errauit in diffinitione fidei & morum, etiã est de fide, quia tota Ecclesia, ab hinc plus mille ducẽtis annis, illi concilio assensum fidei præbuit. Est autẽ de fide, quòd per multum tẽpus ecclesia non potest in magno errore versari. Verùm extra chorum saltare, veteri parœmia prohibemur. A

XV. Tria traditionũ genera tractantur, & expẽduntur.

ADquartum argumentum, quod sacris traditionibus nitebatur, respondendum est, si præfari quędam per tempus nobis licuerit. Enimuerò non omnium traditionum par est vis & authoritas. Sunt nanq; quædam traditiones diuinæ, quæ, scilicèt, à Christo domino emanarunt, vel immediatè ab ipso vel mediante Apostolorum prædicatione. Aliæ sunt traditiones, quæ dicuntur nõ diuinæ sed Apostolicę, quia ab ipsis Christi Apostolis primò traditę sunt & institutæ. Aliæ tandẽ dicuntur Ecclesiasticæ, quæ, scilicèt, *Romanorum* pontificũ & vniuersalis Ecclesiæ vsu & approbatione ad nostra vsq; tempora peruenerunt. Scio, Martinum Chemnicium Germanũ hæreticum, Traditionum octo genera posuisse, eas vt pessundaret & irrideret. Verùm, quoniam negotium esset fastidiosissimum eas recẽsere, remitto vos ad Diegum Paiuam, Defensionis *Fidei* lib. 2. virum de Tridẽtina fide optimè meritum, cuius sua ui lectione, prolixi Hæretici fastidia compẽsabitis. Nos ad tria omnes membra reducimus. Et quidem traditiones primi generis, quę, scilicèt, diuinę sunt, tanta eminent authoritate, vt perinde ac ius ipsum diuinum, quod in sacra scriptura continetur, sint nobis amplectendę & venerandæ. Huiusmodi sunt, quòd sacrum Eucharistiæ sacrificium in Ecclesia quotidie celebretur: quòd præmittatur confessio sacramentalis: quòdque confessio ipsa sit auricularis: quòd per subdiaconatus & diaconatus ordines ad presbyteratum fiat promotio: quòd in consecratione sanguinis dicatur, æterni testamenti, mysterium fidei: quòd sacramentum baptismatis & cõfirmationis non iterentur: quòd sanctorum memoria in templis & orationibus publicis fiat, &c. Istæ, & aliæ huius generis, sunt traditiones, quas Apostolos ab ore Christi pendentes, & eius doctrinam iugiter auscultantes, inde hausisse semper existima- B C

Traditiones diuinæ faciunt ius diuinum.

Exempla diuinarũ traditionum.

A existimauit Ecclesia. Pertinent igitur ad ius diuinum, licèt neque in scriptura contineantur, nec inde per multas consequentias deduci valeant.

Secundi generis traditiones, quas Apostolicas appellabamus, quoniam ab Apostolis tanquàm ab Ecclesiæ rectoribus, & fundatoribus humano instituto acceptæ sunt, non faciunt diuinum ius sed humanum. Tales sunt Dominicam diem festiuam esse, Quadragesimale tempus: Minorum ordinum institutionem & susceptionem: Religionum monasticarum vsum, &c. Igitur huiusmodi traditionum vis non exuperat authoritatem ecclesiæ, quæ penes Romanum Pontificem residet: ac proinde au-

2. generis traditiones sunt Apostolicæ, quæ non faciunt ius diuinū.

Exempla traditionū harum.

B thoritate Pontificia & ecclesiastica poterunt aboleri & transmutari, vt latissimè vidimus supra. §. 9. & ferè dicitur in. c. significasti. de electi. &. c. bene quidem. 96. dist. Quod si obijcias. c. requiritis. 1. quæst. 7. &. c. confidimus & decreta per quam multa quæ habentur. 25. quæst. capite. 1. c. omne. &. c. sunt quædam. sed præsertim. capitulo. contra statuta. & est decretum Zozimi Papæ: contra statuta patrum addere aliquid vel mutare, nec huius sedis potest authoritas. Dicendum, illud verbum, potest, non significare absolutam potestatem, secundùm quam Papa abrogare posset cuncta statuta Patrum & Pontificum & Apostolorum, imò & ipsa Diui Petri, quæ quatenus rectores erant & episcopi Ecclesiarum instituerunt. Nam

Obiectio.

Solutio. Quòd Papa non potest, nempe, licitè dispẽsare in apostolicis traditionibus, potest tamẽ absolute. sup. §. 9.

C & quòd ipsam diẽ Dominicã & paschalia festa infirmare posset, & prorsus dehonorare & profesta facere, dicunt Syluester, verbo, Dominica. Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 122. arti. 4. ad. 4. Turr. de consecratione, d. 3. c. pronuntiandum Abb. c. licèt. de Feriis, &c. Igitur illud verbum, potest, significat, non posse Papam hęc instituta abrogare potestate rationabili secundùm quam dicit regula iuris: Id possumus quod iure possumus. Secùs tamen de plenitudine potestatis suæ. Et eãdem habet explicationem. c. istud requiritis. 1. quæst. 7. Alias duas explicationes horum canonum adducit Aug. de Acona doctissimus, in lib. de potestate Papæ. q. 60. ar. 8. vbi tractat etiã, quomodò contra statuta omnium

nium Conciliorum, (exceptis quæ ad articulos fidei pertinent) posit Papa dispensare. De quo suprà. 7. &. 9. §. A

Tertiũ genus traditionum, nẽpe Ecclesiasticarum, quas Papa potest annullare. Exẽpla harum traditionum.

Tandem in tertio traditionum ordine constituimus eas, quas Ecclesiasticas appellant Theologi, quæ, scilicèt, à Romanis Pontificibus atq; ab vniuersali ecclesia, paulò post Apostolorũ tẽpora statim cẽptę seruari, nulla vnquã desuetudine ad hæc vsq; tempora defecerunt: cuius generis multæ referuntur. c. Ecclesiasticarum. 12. d. vt, signare nos signo crucis, vngere oleo quos baptizamus, has illasque cæremonias in sacro altaris & aliorum sacramentorum ministerio exercere, &c. Is autem canon. 11. d. sub Augustini nomine refertur, cum tamen Augustini non sit, sed D. Basilij, lib. de Spiritu sancto, cap. 27. quamuis mendosus & vitiatus, de quo aliàs. Igitur quò ex tam multis vnum promamus, quod nostra interest, dicimus: Papatum esse Romæ, esse quidem perpetuam Apostolorum & Ecclesiæ traditionem, at non esse diuinam: quia, vt bene tradit Caiet. in illo. c. 13. Institutio Euangelica in his mutationibus non se impedit. De Traditionibus multa in Lindano videri possunt lib. 4. suæ Ponopliæ Euangelicæ, vbi eruditissimè & diligentissimè loquitur. cap. 100. & libro. 5. per totum, aduersus perfidum Brentium, qui Traditionarios & Traditores ore blasphemo appellat Catholicos: quòd sacris traditionibus fidem & Ecclesiam constare etiam dicant. Scio Lindanum lib. 4. c. 86. vehementer declinare in oppositam sententiam, qua dicitur de iure diuino esse quòd papatus sit Romæ: verùm postquam allatæ authoritates ac rationes, in eam non potuerunt nos abducere, Lindanus timendus nobis non est. Cætera verò, quæ in eodem. 4. argumento obiecta sunt, facilè diluuntur, si falsi fuerimus, verum esse quòd Christus Dominus specialissimam gerat Romanæ ecclesiæ curam, non solùm quà Vniuersalis est, sed quà Romana est. Idque tùm ob alias causas, tùm meritis B. Petri, qui eam vrbem à se præ alijs electam illustrauit, aluit, fouit & cœlesti doctrina seminauit & suo demùm irrigauit sanguine. Atque adeò minimè formidandum est, permissurum Deum, vt tantis Beatissimi Petri meritis & precibus spretis

Papatũ esse Romæ traditio est, sed non diuina, & ideò est à Papa delebilis & dispensabilis.

B

C

A spretis, suprema sedes è Romano solio, in alium locum transportetur.

XVI. *Quòd nostra sententia penitus differt ab hæreticis cõtendẽtibus Papatum vsurpari à Rom. Episcopis.*

AD quintum argumentum respondetur nostram hactenùs traditam doctrinam toto cœlo ab hæreticorum tramite aberrare, vel, vt verius dicamus, ipsorum sententiam à nobis errare. Quanuis enim demus, non esse de diuino iure, quòd papatus sit Romæ, non continuò sequitur, quod hæretici sequi percupiunt, videlicèt, Romanos Episcopos sibi vniuersalem Ecclesiæ potestatem vsurpare: nam non à seipsis aut à paucis prædecessoribus, sed ab omnibus, sed à Petro traditum est, & à cæteris acceptum, quòd cum primùm quis Romanæ sedi præficitur, toti ecclesiæ
B præfectus intelligatur. Vnde præclarè Thomas Vvaldensis, in Doctinal. fid. ant. lib. 2. ar. 3. cap. 41. contra Vviclephum, qui fideles dementare conatus Romæ insidiabatur & detrahebat: Si tibi, inquit, Vvicleph, ripa Tibris non videtur honesta, noli Romam obiurgare, non Constantinum vel Caium, sed Romulum. Non iste Papa hodiernus, non prædecessor eius ante mille annos nouissimos, Romã elegit in sedem, sed ante eum Fabianus, ante eum Syxtus, ab Euaristo: ante eũ Anacletus, & ante eũ Clemẽs, & à primo Petro, & quidẽ vt iam dicit Aug. non hoc Petrus à seipso, sed à Deo vocante delegit, &c. Hęc Vval. Qui tamen dicit, id Christũ instituisse, vt ab extremo hæreticorum errore discedat. Prętereà, dicimus, non esse scintillam apparentię,
C quòd Romana sedes à temporis Phocę, aut Constantini cœperit, vt superiùs à nobis in quęstionis huius initio ostẽsum est, & tractat Lindanus lib. 4. Panoplię. c. 85. vbi omnino videndus est, cũ Aluaro Pelag. lib. 1. de Planctu Ecclesię. ar. 37. Vvald. supra. c. 33. & Iacoba. lib. 10. ar. 7. ad. 33. argumentũ. Vnde non ideò Romanus Pont. prælatus est toti Ecclesię, quia Imperatores id instituerũt. Vide. d. 96. per multa capita. Quòd autem authoritates illę allatę in argumento sonare videntur, scilicèt, à Phoca aut Constantino cœpisse, congruam habent intelligentiam, videlicèt, quòd illi Imperatores declarauerint & defenderint Romanę Ecclesię excelentiam ab insurgentibus alijs siue Gręcorum siue

Quo pacto Imperatores instituerint Eccle. Rom. &c.

siue Latinorum Ecclesijs contra Romanam. A

Quod verò adducitur, potiùs Hierosolymitanam aut Bethleemiticam ecclesiam fore supremam, quàm Romanam, facilè confutatur dicendo, quòd licèt prior fuerit aliquando ecclesia vniuersalis Hierosolymis quàm Romæ, non sequitur quòd modò sit maior: nam similiter antiquitùs ecclesia Alexandrina erat prima post Romanam, posteà verò fuit ei præfecta Constantinopolitana. c. renouantes. 22. &. c. antiqua. de Priuileg. Certè Diuus Petrus & Paulus, spretis Iudæis & eorum regno, ex cusso à proprijs pedibus puluere, vt dicit scriptura, conuersi sunt ad Gentes, propter Iudæorum incredulitatem & duritiam. Petrus Soto in Defensione catholicæ confessionis, B 1. p. capitulo. 100. & Vvalden. capitulo. 41. Imò eandem ob causam, de toto Iudæorum regno prædictum fuerat, Et derelinquetur filia Syon, sicut vmbraculum in vinea, & qua si tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur. Quando itaque apud Nicephorum, libro. 12. hist. Eccl. capitulo. 16. in Concil. Constantinopol. tempore Theodosij Impera. in Epistola ad Ecclesiam Romanam, dicitur Hierusalem mater omnium Ecclesiarum, & Iacobus, qui erat Hierosolymitanus Antistes, dicitur Apostolorũ princeps, vt in argumento quinto relatum est: hoc eam ob causam factum fuit, qua tunc temporis patriarchatus omnium ecclesiarum Palestinæ & finitimarum regionum, erant Hie C rosolymis. Ac proinde dicitur Ecclesiarum mater vel matrix. Adde, dici matrem Ecclesiarum, quia vt habent testimonia psalm. 109. & Mich. & Isai. inde exordia Euangelij erant auspicanda & in totũ orbem protẽdenda. Vnde non est cur Brentius, nunc temporis, in Romanæ Ecclesiæ odium, conetur nobis erigere Hierosolymitanam ecclesiam, quam re ipsa constat iamdiu à synceritate fidei defecisse. Et, si qui relicti sunt in ea Christicolæ, adeò in multas sectas dissecti sunt, vt contendere, quòd illa Ecclesia sit omnium ecclesiarum mater, sit bicipitem, imò & multicipitem (vt sic dicã) facere Ecclesiam: quòd est contra aperta sacræ scripturæ testimonia, quę vnitatẽ fidei vel maximè predicant.

In quo sensu ecclesia Hierosolymitana sit, aut fuerit vnquam prior, & superior quã Romana.

Act. 13. Luc. 10. Isai. 1.

Psal. 109. Mich. 4. Isai. 2.

Christiani qui nunc sunt in Hierusalem, in varias sectas diuisi sunt.

A dicant. Vide Hosium, lib. illo. 2. contra Brentium, Vvald. & Petrum Soto, suprà. & Siman. tit. 24. num. 24. Alia, quæ ab hæreticis, in quinto illo argumẽto obijciũtur, solutione non indigent.

XVII. *Quòd nunquã potuit, nec debuit Papatus trãsferri in aliã ecclesiam, licèt de iure humano est Romæ.*

AD sextum argumentum concedi omnino debet multas Ecclesias Orientales & Meridionales, imò & Occidentales aduersus Romanam surrexisse: verùm omnes vi veritatis compressas tandem obmutuisse: & Ecclesiam Romanam & eius Episcopum coluisse, ceu inferior colore ac reuereri potest sũũ superiorem. Quod tractat Lyndanus libro. 4. Panopliæ capitulo. 92. Et quæ pertinaci contentione in schismate perdurauerunt, pro hæreticis &
B schismaticis habitæ sunt. Nam, vt habet Nicolaus Papa in dicto. c. omnes. dist. 22. fidem violat, qui aduersus illam agit, quæ est mater fidei. Quamuis autẽ possent pontifices summi supremam sedem in Asiam, siue in Africam trãsportare, minimè tamen id vnquam facere debuere. Tum quoniam an illa mutatione illis damnis cõsuleretur, incertum erat: tùm verò, quoniam certissimum reputabatur, infinita & numero & magnitudine nocumenta enascitura esse ex tali mutatione, si fieret.

Paterna cura, & prouidentia, semper Deus prosequutus est Rom. ecclesiam.

Ad septimum respondetur, negari non posse (vt superiùs non semel diximus) specialem paternam curam
C Deum Opti. Maxi. semper adhibuisse erga Romanæ Ecclesiæ fidem & diuturnitatem & conseruationem, vt probat argumentum. Non tamen inde illatum putes, de iure diuino esse, quòd Romæ sit suprema sedes. Sanè eò quòd coniuncta sunt duo ista, scilicèt, Episcopatus Orbis & Vrbis, non potest Deus curam Orbis gerere, nisi specialem Vrbis prouidentiam habeat. Habet ergo Romanę vrbis paternam solicitudinem, propterea quòd coniuncta est sedi summę: licèt coniunctio ista non sit per se & diuino iure facta, sed humano, vt in solutione primi argumenti explicabamus. §. 13.

Ad octauum respondetur, omnia illa testimonia explicanda esse, vt in solutione primi, vt dignitas Romanę Ecclesię non tribuatur sibi, quatenus est Romana, sed pro

pro vt est Vniuersalis & caput cæterarum. Aut secundò, vt fateamur quidem voluisse Deum, vt prima illa sedes figeretur Romæ, tamen non ob id ad ius diuinum hoc pertinet, vt satis superque in prima conclusione huius longissimæ Quęstionis explicabamus. Sed tantas in hac quęstione moras traximus, vt plures facere peccatum sit, præcipuè cum quęstio sine argumentis, nos ad sui tractionem vehementer alliciat, quoniam voluptatem habet paritet & vtilitatem.

QVAE-

A

QVAESTIO QVARTA EXPOSITIVA,

De illo, Deut. 7. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus, &c. & An Virginitas aliquando

B *sancta non fuerit.*

SVMMARIVM.

§. 1. QVòd Deus summè amat Virginitatem, probatur. Christus natus sub ascendente signi Virginis.

§. 2. In statu etiam naturæ Virginitas grata Deo.

§. 3. Initio mundi non generabant homines, nisi centenarij. Donec iam. 11. annorum, imò & 9. fuit qui gigneret.

§. 4. Tractatur latè quòd Gentiles Virginitatẽ colebant. Exempla antiquitatis ex historijs Gentiliũ. Miracula inter Gentiles in fauorem Virginum.

C §. 5. Castitas in vet. test. probata. Odium sanctorum in Eunuchos, & Arrianorum in Virgines.

§. 6. Tractantur loca vet. test. Non erit apud te sterilis, & itẽ steriles tunc quomodo essent maledicti.

§. 7. Tres claues sibi reseruauit Deus. Et quid sit ædificare domos, phrasi Hebraica.

§. 8. & 9. Cur Ezechias & alij in vet. test. dolebant si sine filijs decedebant. Iephthe an occiderit suam filiam.

§. 10. Asinus à Iudæis & deinde à Christianis adorari creditus, quia vel Zacharias orans non petebat filios.

§. 11. Quid sit, Crescite & multiplicamini, in Genesi.

§. 12. De numero filiorum Adam, & referuntur pleræque eius filiæ.



I in genere demonstratiuo constitutam orationem de virginitatis & pudicitiæ laudibus, potiùs quàm Quæstionem scholasticam, doctoris Theologi more, tractandam assumpsissem: sanè huiusce tractationis abruptum exordium, nullis alijs verbis auspicarer, quàm quibus Maximus Valerius librum sextum exorsus est. Vnde, inquit, te virorum pariter ac fœminarum præcipuum firmamentum, Pudicitia, innocem? Tu enim priscæ religione consecratos Vestæ focos incolis; tu capitolinæ Iunoni puluinaribus incubas; tuo præsidio pueril's ætatis insignia munita sunt: tui numinis respectu syncerus iuuentæ flos permanet: te custode matronalis stola censetur: Ades igitur, &c. Veruntamen, quoniam scholasticam disputationem, quamuis sine argumentis, vt aiunt, tractare est animus, circa explicationem illius loci Deute. 7. Non erit in te sterilis, &c. aliter mihi procedendum erit. Primum autem omnium, quędam præmittendæ sunt probationes, quibus demonstremus, mini mè illorum sacrorum verborũ sensum esse, quòd Deus Virginitatem vnquam vetuerit. A B

I. Prima probatio quod magno Deus amore Virginitatem prosequatur. Christus natus sub ascẽdẽte signo Virginis.

PRincipiò, nescio, an vel ipsa cœli & stellarum constitutione, quã habuit Christi natiuitas, fuerit adumbratus amor vehemens, quo virginitatem prosequitur. Albertus Mag. in lib. qui dicitur Speculũ, referens descriptionẽ Signi cęlestis, quod appellatur Virgo, ex Albumasar Astrologo, in suo maiori Introductorio Astronomiæ, tractatu. 6. dicit, sub ascẽdẽte Signi Virginis natũ fuisse Dominũ Iesum Christũ. Quibus, post multa tempora, hæc addidit Petrus Aliacẽ. Cardinalis, Fuit in natiuitate Christi horoscopus, pars Virginis octaua, quæ religionis mutationem portendit & in culmine cęli Saturnus, imum cęli tenente Sole, &c. Vt latiùs in Sixto Senen. libro. 6. annota. 10. de quo videatur Marsilius in. 1. quæstio. 2. artic. 3. in. 2. argumento principali. Non quia stellis subiaceat natorum defunctissimus, qui creauerat ipsas stellas: sed quia, cum [illegible] cęlum C

A cœlum ſicut pellem in initio mundi, formaretq; librũ vniuerſitatis, & ſtellis ceu literis inſtar ſcribẽtis diſtingueret, voluit vt noua hæc Verbi natiuitas ſub aſcendẽti ſigni Virginis contingeret: vt vel ipſum ſignum, quòd hac nomẽclatura ſit inſignitum, ſibi gratum eſſe demonſtraret. Nam & D. Hieronym. lib. 1. aduerſus Iouinianũ in virginitatis honorem putat cadere, quòd ſignorum cœleſtium vnũ ſit Virgo, vt. §. 4. videbis.

* Videbis quoq;. §. 5. ad finem, Arrianorũ in Virgines odiũ: videbis. §. 12. ad calcẽ, Lutheranorũ: & inde maiora elicies virginitatis encomia. Meritò ſupremi rerum fidei noſtri ſęculi cognitores, librum Laurentij Vallæ, de volupta- *
B te ac vero bono, vt ipſe eum prętitulauit, prohibuerunt. In quo tam impiè tàm impudenter loquentes inducebat quoſdam, vt lib. 1. cap. 38. dicerent, fornicationem & adulterium non eſſe improbanda, &. c. 39. &. 40. vagum, promiſcuum, & communem fęminarum omnium vſum more Platonico, approbarent. Et. c. 44. Melius, dicebant, de genere humano merentur ſcorta, & proſtibula, quàm ſanctimoniales & continentes, &. c. 45. de Virginum, & Monialium cœnobijs ſic: Credo, fuiſſe ſeniores quoſdam, quorum ſanguis erat hebes & effætæ vires, aut pauperes, & auaros, qui cum dotem ſoluere vel non poſſent, vel nollent, excogitauerunt hanc vanitatem finxeruntque quãdam Deam, quæ Virginibus pręſideret, Mineruã, Dianã, Veſtã. Quãtò *Laurentius Val. in virgines.*
C melius præſideret Venus aut Cupido? Hæc ibi, quæ vel barbaniſi ab impuriſsimo, & planè hæretico pectore erũpere nõ poterant. Redibit ſermo in fine quæſt.]

SEd nullo commodiori medio, Virginitatem plurimum placuiſſe Deo, valet oſtendi, quàm producendo veteris etiamnũ teſtamenti ſanctos homines, qui virginitatem coluerint. Primum D. Ignatius, in Epiſtola ad Philadelphos, multos illius teſtamenti enumerat virgines, ſanctos homines, Melchiſedechum, Ioſue, Heliam, Heliſeum, Hieremiam, Ioannem Baptiſtam, &c. His adijciunt Abelem Sãcti Patres, Irenæus, Hieron. & Aug. de quo Geneb. in Chronogr. Epiph. hæreſ. 78. ait, quod Moyſes ex quo

II. *In omni lege Deo grata fuit virginitas, etiã in ſtatu naturæ, &c.*

recæpit spiritũ prophetiæ ab vxore etiã propria per totam vitam abstinuit. Verum est quod Abel, vxorem, si vixisset diutiùs, duxisset, & ex ea suscepisset filios. Quod eleganter insinuat Paraphrastes Chaldaicus, Gen. 4. Nam vbi nos legimus, Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra, sic vertit: Vox sanguinis generationum, quæ à fratre tuo Abel erãt deriuãdæ, clamat ad me de terra. Quòd licèt, verum sit, adhuc alicui videri potest verosimile, quòd nisi virginitas Abeli placuisset, tandiù à ducenda vxore se ipsum minimè continuisset. Erat nanque centenarius cum à fratre occisus est, vt ex communi Hebræorum, & Christianorum traditione tradunt Genebr. suprà, & Abulens. Tracta. de optima politia, qui simul cum paradoxis circunfertur, vbi numero. 65. dicit, Abelem occisum esse à fratre suo, centesimo trigesimo anno à creatione Adæ: nam Adamus quintodecimo à sui creatione genuit Caimum & post alios quindecim, Abelem, deinde verò post centum, Caim occidit Abel. de quo nonnihil statim in rei huius gratiam producemus.

Genes. 4.

Anno. 130. mũdi, Caim occidit Abelem centenarium.

A

B

III. Accipe tertiã probationem, vt, quantũ Deo virginitas placuerit, animaduertas. Certè etiã in initio mũdi cùm tãtopere oportebat, vt rei vxoriæ omnes operã darẽt, vt homines multiplicarentur, quod pro tali tẽpore præceptũ eis fuerat, seruabãt sese homines in continentia & virginitate priùs per sexaginta, octoginta, & centũ annos. Nicolaus Lyranus super Genes. c. 11. dicit, tempore Abrahã, cum ætas hominum tam multũ decreuerat, vt vix triginta supra centum annos viuerent, homines generare incipiebant quando erant sexaginta annorum vel septuaginta. Quin mirabile est vt per totũ. c. 5. Geneseos, vbi hominũ generationes referũtur, nemo ponitur generasse minor sexaginta quinque annis: donec tandem tempore paulatim procedente, trigesimo &. 29. anno ætatis, referuntur nonnulli generasse. Quoad vsque in alium extremum, hominum declinauit cõditio, vt referat D. Hieronym. in Epist. ad Vitale, tom. 3. quæ incipit, Zenon nauclerus, ante puberem annum

In primordijs mundi per centum ferè annos continebãt sese homines in Virginitate.

Genes. 5.

C

annos,

A nos, Salomonem & Achazem genuisse filios, id est, cum haberent vndecim annos vel decem ætatis. Nam dicit Hieron. Daprecaris, vt exponam tibi causas, quare Salomon & Achaz vndecim annorum, filios genuisse dicantur, &c. Et mox annorum facta computatione dicit: Perspicuum est, vndecim annorum fuisse Salomonem siue decem, quia decem menses à conceptu vsq; ad partum sibi mater vendicat. Et mox: Ex quo intelligitur Achaz quoq;, vndecimo siue decimo anno, Ezechiam filium procreasse. Et inferiùs: Quis crederet mortalium, vt vndecim annorum puer generaret filium? Et adhuc: Nunquid quia nostra ætate, duplex Lydiæ natus est homo, duorum capitum, quatuor

Salomon, & Achaz decẽ annos habentes genuerunt filios.

B manuum, vno ventre & duobus pedibus, omnes homines, ita nasci necesse est. Audiui, Domino teste, non mentior, quædam mulierecula, cum expositum nuntriret infantem, & instillaret cibos ac nutricis officio fungeretur cubaretq; cum ea paruulus, qui vsq; ad decimum iam peruenerat annũ: accidit vt pluſquàm pudicitia patitur, se mero ingurgitaret, accensaq; libidine, obscænis motibus ad coitum duceret infantem. Prima ebrietas alterius noctis & cæterarum deinceps fecit consuetudinem: necdum duo menses fuerant euoluti, & ecce fœminæ vterus intumuit. Hæc Hierony. Quam historiam, quoniam ego cùm inhonestè, tùm incredibiliter dicerẽ verbis meis, Hieronymianis enarraui. Sed & D. Gregor. in dialogo, vt referunt Iuristæ, Ioan.

Tẽpore D. Hiero. puer decem annorũm genuit filium.

C Andr. in c. final. de eo qui cogn. con. vxor. su. & Hostien. in sum. titulo de pœnit. §. Cui confitendũ. Panor. c. 1. de delict. puer. & alij, asserit, Puerum nouem annorum suã nutricem grauidam reddidisse. Vide Tiraquellum doctissimũ, in sextam legem Connubialem, glossæ. 1. p. 6. n. 37.

Puer nouẽ annorũ genuit.

Sed ad rem iterum conuertamur. Homines illius primæ mundi ætatis non statim ac poterant, generabant, sed multam post ætatem: nam Caim, qui primogenitus Adami videtur fuisse: licèt (vt habet scholium marginale in Cai. super Gene. capitulo. 4. initio) nonnulli temerè dixerint oppositum, contra quos est August. lib. 15. de Ciuit. c. 17. & Chrysost. homil. 18. in Gene. Cain igitur

Adam per quindecim annos à sui creatione continuit se à mulierginitate.

anno. 15. à Creatione Adæ, genitus ab illo est: cum tamen statim ac creatus est, potuisset generare, vt obseruauit D. Aug. 15. de Ciuit. c. 12. quia vt dicit Mag. in. 2, d. 20. & priùs. d. 17. ex. Aug. lib. 6. de Genes. ad literã. c. 13. &. 14. & S. Methodius, vt in Histor. Scholastica, in florida & robusta pubertatis, seu mauis virilitatis ætate, creatus à Deo fuit, scilicèt, quasi triginta annorum: licèt Caiet. putauerit, quasi. 60. Abstinuit ergo per quindecim annos à corporis commixtione. Nam quòd post. 15. annos à creatione genuerit Caimum, habent scriptores non ignobiles, Petrus Comestor, author Historiæ Scholasticæ, super Gene. c. 25. cuius est quadringentorum annorum antiquitas; nam floruit tempore Federici Imperatoris, anno Domini. 1160. Idem habet D. Anto. 1. p. Histo. titulo. 1. c. 1. §. 4. & Vincentius Belluacen. in specul. Hist. lib. 2. & S. Methodius, quẽ adducit Hist. Scholasti. c. 25. suprà, & Abulen. Tractat. de optima politia. nu. 65. De quo multa differit D. Aug. lib. 15. de Ciuit. à. c. 12. vsq; ad. 20. vbi, præsertim. c. 15. duas adducens rationes, ob quas homines illius sæculi tàm serò tàmq; longè à prima ætate generare incipiebant, videlicèt, centenarij, sexagenarij, dicit, pubertatem tunc temporis seriorem fuisse, scilicèt, per proportionem ad ætatem sexcentorum vel septingentorum annorum, quos tunc viuebant. Atq; adeò nihil mirum quòd ante sexaginta annos generare non inciperent. A B

Quòd amore virginitatis se continebãt à nuptijs per tot annos.

Cæterùm cum non esset tunc temporis natura debilior, imò valentior & robustior esset, quàm modò sit, adhuc ratio desideratur, ob quam tam serò homines inciperent generare, nisi dicamus, per traditionem à primis illis sæculi hominibus acceptum, vt se in sancta virginitate homines continerent priùs per. 60. 70. aut centum annos, quàm liberis vacarent. Eo quòd & Deo id & rectæ rationi consentaneum iudicabant. Nam dicere, quòd tunc temporis aliter computabantur anni quàm modò, quodq; anni essent breuiores, videlicèt, trimestres vel sex mensium, vel quatuor, vt computabant AEgyptij, Arcades, Arcananæ, de quibus D. Aug. 15. de Ciuit. cap. 12. alienum est à sacris literis C

A literis, vt inibi ostendit Aug. Nunc autem finis gignendi fe rè est qui tunc erat initium, nam Arist. libro. 7. cap. 6. de hist. animal. & lib. 5. etiam hist. Ani. cap. 14. dicit, quem refert & sequitur Cœlius Rodig. lib. 15. Lectionum antiq. cap. 20. finem gignendi viris, vt plurimum, esse septuagesimũ annum: mulieribus quinquagesimum. Vsque ad annum. 80 extendi posse hanc vim in aliquibus viris, dicit Albertus Magnus, libro. 5. de Animal. Tracta. 2. capit. 1. de quo multa in Andrea Tiraquello in sextam legem Connub. 1. glos sæ. p. 6. num. 48. Nisi aliquis occurrat rex Numidarum Massiniſſa, quem refert Tullius & permulti alij, nonagenarium ferè genuisse filium. Nam Plinius lib. 7. c. 14. dicit 86. annos

Vis gignẽdi in viris, & fœminæ, quæ nunc termiñũ habeat.

B habuisse, cum genuit. Et de Catone Censorino, quòd octogenarius genuit. Sed iam tempus est vt his per occasionem dictis contenti, institutum persequamur.

QVartò his adijce, Ethnicos etiam virginitatis & castimoniæ excellentiam agnouisse. Apud illos laudabilissima erat virginitas & laudatissimæ virgines. Primùm omnium, sacerdotibus, siue maribus siuè fœminis, venerea prohibebantur ad sacra peragenda accessuris. Non enim sine causa Virgi. Aeneid. lib. 6. & Ouid. 2. Fast. sacerdotes cognominabant castos,

IIII. *Inter Gentiles res erat excellens, & sancta Virginitas.*

Quiq; sacerdotes casti dum vita manebat,

Et Ouid.

Casta sacerdotum tempora fronte gerit.

C Quin Plutarc. in problemat. capitulo. 111. idcircò dicit, Romanos sacerdotes à capra abstinere solitos, vt nõ modò attingere, verùm nominare, putarent peccatum, quòd id animal tanquam libidinis symbolum abhorreret. Hircus enim & capra immoderatissimæ libidinis sunt. Columella lib. 7. c. 6. de hirco dicit quòd dum matris ubere alitur, ad huc paruulus ipsam matrẽ plerunq; stupro superuenit. Verba sunt Columellæ. * Haud silebo quod Petrus habet Crinitus, lib. 9. de honest. disciplin. in hæc verba: Scriptum est ab Hieronymo, sacerdotes illos Athenienſiũ, qui Græcè Hierophantæ appellãtur, quò castiùs in sacris agerent, cõsueuisse sorbitione cicutæ seipsos castrare. Vbi verò ad Põtificis

Sacerdotes attingere, & nominare capra nõ licebat.

*

Hirc° symbolũ libidinis.

dignitatem fuerant electi, viri esse desinebãt, ne quid in eis foret, aut ad voluptatem, aut ad libidinẽ, &c.] Festus etiã Pompeius tradit, Diali, Romæ nefas fuisse hederam tangere, propterea quòd hedera antiquitùs lasciuiæ signum erat. Nam & Horati. libro. 1. Ode. 36. dixit. A

Lasciuis hederis ambitiosior.

Hedera libidinosa.

Et lib Epod. ode. 15. rationem reddidit:

Arctiùs at que hedera procera astringitur ilex,
Lentis adhærens brachijs.

Vestales Virgines.

Vestales quoque Virgines, quæ, more nostrarum Sanctimonialium, templis abditæ & intercluſæ seruabantur, quoniam sacris inseruiebant, tantoperè virginitatem excolebant, vt si quam reperissent pudicitiæ clausira temerasse, viuam sub terra defoderent. Quod minimè facerent, nisi tantũ crimen putaretur læsa Virginitas: vt verbis vtar D. Hieronym. lib. 1. aduersus Iouin. vbi de hoc loquitur. Quò respexit Ouid. B

Nullaque dicetur vittas temerare sacerdos,
Hoc duce, ne viua defodiatur humo.

Et Iuuenalis eiusdem etiam laudatissimæ cõsuetudinis recordatus, dixit, Satyr. 4. initio,

Incestus, cum quo nuper vittata iacebat,
Sanguine adhuc viuo terram subitura sacerdos.

Vitta, sacerdotũ, & Virginum insigne.

Appellat autem sacerdotem vittatam, aut propterea quòd vitta, capitis sacerdotalis ornamẽtũ erat: aut quia pudicarũ matronarum gestamen etiam fuit. C
Ouid.

Este procul vittæ tenues, insigne pudoris.

Vestalis, ipsa, viua defodiebatur.

Hunc autem morem in subterraneum specum defodiendi virgines constupratas, à Numa Pompilio cœpisse, author est Plutar. in eius vita, cuius etiam moris meminerũt Valer. Max. lib. 8. c. 1. Aug. 3. de Ciui. c. 5, Liuius, Decad. 1. lib. 8. & Dec. 3. lib. 9. Dion. Halic. lib. 3. Aul. Gel. libr. 1. De quo multa in Ioanne Rosino, lib. 3. Antiq. Roman. cap. 19. Prætereà, vt in eodem persistamus, Tertull. lib. de Monogamia, paulò ante finem dicit, Sacerdotes Iunonis, Dianæ, Apollinis, imò Veneris, impudẽtissimæ, denique

Deæ,

A Deæ, virginitatem colebant. Sed & eodem Tertull. ibidē referente, & Plinio lib. 11. cap. 49. & lib. 35. cap. 12. Sacerdotes matris Deorum, id est, Cybeles, sibi virilia amputabant, eò quòd maxima sacra obibant, vt in casta religione ac religiosa castitate permanerēt. Plut. etiam in Symposiacis, & lib. de Iside & Osiride, scribit, Ægyptios sacerdotes castitatem inoffensam seruasse, atque adeò illos à salis vsu abstinere solitos, vtpotè qui caloris vi libidinē concitet. De quo plurima F. Mich. de Medina, de Sacrorum homi. continentia, lib. 1. cap. 53. & lib. 3. cap. 8. & Iodocus Clictouæus in Propugnaculo Ecclesiæ aduersus Lutheranos, lib. 2. per totum: Martinus etiam ab Ayala, part. 3. in B Tradi. de sacro cœlibatu, ar. 1. Vvilhelmus Lyndanus libro 4. Panopliæ. c. 98. Multa etiam de fœminarum atque virorum castitate Gentilium, refert Cælius Rhodig. libro. 8. lectionum antiquarum, cap. 1. & Author Catalogi gloriæ mundi, p. 2. Consideratione. 11. & part. 3. Consideratione 39. & Tiraque. eruditissimus, locis citatis in lege. 15. Connub. à num. 115. vsque. 124. Præ cæteris verò nullus plura, nullus veriùs & elegantiùs adducit exempla, quàm Diuus Hiero. lib. 1. aduersus Iouinianum. Ex quo temperare me non potui quin pauca hæc exscriberem in superiorū confirmationem.

Exempla castitatis apud Ethnicos.

Salis vsus.

Quoniam, inquit, intellexi in Commentarijs aduersarij, prouocari nos etiam ad mundi sapientiam, quòd nun-
C quam hoc genus in sæculo sit probatum, & nouum dogma contra naturam, religio nostra prodiderit: percurram breuiter Græcas & Latinas Barbarasque historias, & docebo, Virginitatem semper tenuisse pudicitiæ principatum. Referunt fabulæ, Atlantam Calidoniam Virginem semper in venatibus, semper in syluis, non tumentes veteros fœminarum fastidiaque conceptuum, sed expeditam & castam amasse virtutem. Harpalicen quoque virginem Thraciam insignis Poeta laudare volens, non ampliùs habuit quid diceret, nisi virginem nominaret:

O decus Italiæ, Virgo.—— —

Chalciæcus quoque filia illa Leo, perpetua virgo, pesti-

Elegantissima verba D. Hieron. de laude virginitatis apud Gentiles.

lentiam patriæ,scribitur,spontanea morte soluisse;& Iphi A
geniæ Virginis sanguis aduersos placasse ventos. Quid re-
feram Sibyllas,quarum insigne, virginitas est: & virgini-
tatis præmium,diuinatio?Et inferiùs de Vestalibus multa.
Vnum ex signis cœlestibus,Virgo, nullum, Nuptiæ. Et post pauca:Nec mirum hoc de hominibus,cum Miner
uam quoque & Dianam,Virgines Deas finxerit error gē-
tilium.Et inter duodecim signa cœli,quibus mundum vo-
lui putant, Virginem collocarint. Magna iniuria nuptia-
rum : vt ne inter Scorpios quidem & Centauros & Can-
cros & Pisces & Ægocerotes,vxorem maritumque con-
truserint. Hæc ille. Quibus, ad virginitatis laudem perti-
nere dicit, quòd Virginis nomen sit ad cœlestia signa trās-
latum: & tamen nomen Nuptiarum ibi locum non inue- B
nerit, inter signa cœli, in quibus computantur Scorpius,
Cancer, Piscis & Centaurus,id est, Sagittarius:& Aego-
cerotes, id est, Capricornius. Et post multa tradit, quasdā
excellentes personas, salua & impolluta matrum suarum
Salua Matrum virginitate plures natos credidere Gentiles. integritate, genitas & natas,dicens: Apud Gymnosophi-
stas Indiæ, quasi per manus huius opinionis authoritas tra
ditur, quòd Buddam Principem dogmatis eorum,è latere
suo virgo generauit. Neque hoc mirum de Barbaris,cum
Mineruam quoque de capite Iouis, & Liberū patrem de
fœmore eius procreatos,doctissima finxerit Græcia.Speu
sippus quoque sororis Platonis filius, & Clearchus in lau-
de Platonis,& Anaxilides in.2.lib.Philosophiæ,Periction-
nem,matrem Platonis,phantasmate Apollinis oppressam C
ferunt:& Sapientiæ Principem, non aliter arbitrātur, nisi
de partu virginis editum.Sed & Timæus scribit. Pythago
ræ Virginem filiam choro virginum præfuisse, & castita-
tis eas instituisse doctrinis.Ac ne nobis,Dominum Salua-
torem de Virgine procreatum, Romana exprobraret po-
tentia, authores Vrbis & gentis suæ, Ilia virgine & Marte
genitos arbitrantur. Hæc de virginibus sæculi currens per
multiplices historias, & properans sermo perstrinxerit.
Hæc D.Hierony. Quibus si addideris,quæ D.August.de
Vestali virgine refert,lib.22.cap.11.& lib.10.c.16.de Ciui
ta.nihil est quod desiderari possit vlteriùs.

Inter

A Inter magna, inquit, miracula Deorum ſuorum, profectò magnum illud eſt, quòd Varro commemorat, Veſtalem virginem, cùm periclitaretur falſa ſuſpicione de ſtupro, cribrum impleſſe aqua de Tiberi, & ad ſuos iudices, nulla eius parte ſtillante, portaſſe. Hæc ille. Cui concinit alterum alterius miraculum virginis Veſtalis, quod refert Liuius, lib. 2. de bello Puni. Valer. Max. lib. 8. Ouid. in *Faſt.* & Auguſt. 10. de Ciuit. capit. 16. quod his verbis Hieronymus refert: Claudia Virgo Veſtalis, cùm in ſuſpicionem veniſſet ſtupri, & ſimulacrum matris Idæ in vado Tiberis hæreret, ad comprobandam pudicitiam ſuam, refert, cingulo duxiſſe nauim, quam multa millia hominum B trahere nequiuerant. Melius tamen, inquit Lucani Poetæ patruus, cum illa eſſet actum, ſi hoc quod euenit, ornamentum potiùs exploratæ fuiſſet pudicitiæ, quàm dubiæ patrocinium. Hæc Hieronym. Per illum patruum, intelligit Senecam, cuius hæc de Claudia ſententia eſt, quòd fuerit quoddam infœlicitatis genus, egere patrocinio Numinis ad purgandam infamiam pudicitiæ: nam Veſtalem ita caſtam oportet eſſe, vt nec falſus rumor vllus de illa poſsit oriri. Quod obſeruauit Eraſmus ibi in ſcholijs, numer. 40. & conſonat huic, quod Pericles apud C Thucididem, primam in muliere virtutem eſſe, ait, vt ne de virtute quidem illius ad homines fama emanet. Quod tamẽ ego mihi perſuadere nolo & nequeo, vt, ſcilicèt, nullus mulieribus campus relictus ſit, in quo earum virtus excurrere & cognoſci poſsit. Nã ſi tùm diuinas, tũ humanas percurrere vellemus hiſtorias, tãtus nobis occurreret caſtiſſimarum & excellentiſsimarum mulierum chorus, vt nedum eas laudandi, ſed neq; enumerandi finẽ facere poſſemus. Innumeras retulit & collegit Tiraquell. in. 11. leg. nu. 30. ex Plut. lib. de Claris mulie. Philippo Bergomẽ. Rauiſio Textore. Sed valeant hæc quæ à noſtro inſtituto paulatim nos euocant, & ad id quod cæpimus, reuocemur.

Inſigne miraculũ pro virginitate apud Gentiles.

Aliud inſigne miraculum.

Perfecta Virgo illa eſt, de qua nec falſus rumor moriatur

V. Vnic⁹ locus producitur ex vet. teſt. in laudẽ virginitatis.

QVinto loco, accedant veteris teſtamenti authoritates. Quarum, cum multæ ſint, quę ante veſtros oculos conſtitui hodie à me poſſent, illam ſeligo, breuitati conſu-

Isai.56. consulens,quę habetur apud Isai.cap.56. Hæc dicit Domi A
nus Eunuchis,&c.dabo eis in domo mea & in muris meis
locum,& nomen meliùs à filijs & filiabus. Hunc locũ de-
prauant nostri temporis Hæretici Lutherani, de quorum
fonte Petrus Vermelius, cognomento Martyr, Florenti-
nus, hanc hausit doctrinam. Præmium illud quo Deus pol
licetur daturum se Eunuchis nomẽ melius à filijs & filia-
bus, hoc est, melius nomen quàm sit illud quod habere po
terant à filijs & filiabus, id est, à generatione & posteritа-
te, non promitti virginibus aut alijs quibusque ſpontaneũ
Eunuchi, quos laudat Scriptura, sunt virgines, non verò castrati.
seruantibus cœlibatum, sed Eunuchis, qui à natura, vel ab
hominibus, ad Veneris vsum inepti sunt redditi. Quasi vo
luerit Deus eos consolari, quòd à delicijs essent carnis ex- B
ortes. Verùm impudenter hac in parte mentiuntur hære-
tici: nam sancti Patres Ecclesiæ, ante quos opilare & ob-
struere ora debet tota horum Nouatorum cohors, de Eu-
nuchis, qui propter regnum cœlorum se castrant, hoc est,
voluntariam seruant virginitatem, locum illum interpre-
tantur. Ita Diuus Augustinus lib.1. de sancta virginitate,
cap.23.&.24.libr.14. contra Faustum, in fine, Ambrosius
in Exhortatione ad Virgines, non longè à principio: & in
institutione Virginis, cap. 6. Diuus Gregorius.3.part.Pa-
sto.cap.29. Origenes, Hilarius, Hieronymus, Chrysosto.
Matth.19. Euthy. Theophyl. in illum locum Matthæi.19. Nam Eunu
chos, qui vel à natura vel ab arte facti sunt, non tanto san- C
cti Patres dignantur honore, imò diris & amarulẽtis ver-
bis solent prosequi. Et vice omnium sonent trium verba
præconum Christi, Basilij Magni, & eius familiarissimi
Gregorij Nazian. & huius discipuli Diui Hieronymi. Er-
Aduersus Eunuchos odiũ vehemẽs sanctorum Patrũ.
go Basilius Epist.87. ad Simpliciam: Ignominiosum illud
ac pernicioſum Eunuchorum genus: genus, inquam, nec
fœmineum, nec masculum: insaniens in mulieres, inui-
dioſum, vilis pretij, animo feroci effœminatum, vẽtri de-
ditum, fractum, illiberale, furioſum & zelotypũ, &c. Verũ
hæc omnia, alioqui acerba & rigida probra, vmbra sunt,
si conferantur cum tam multis illis quæ dicit idem Ma-
gnus Basil. libro de Vera virginita, vbi post multa & ante

plura,

A plura, quæ in Eunuchos iactat, refert de quodã Eunucho, qui cum virginem quandam vitioſo complecteretur affectu, totuſque toti affuſus, non haberet quo poſſet concupiſcentiæ ſuæ ſatisfacere, dentibus vrebatur, ardentem in carne concubitus rabiem morſibus indicãs. Hæc Baſilius. Gregorius Nazianzenus in Monodia in vitam Baſilij, de Eunuchis loquens, ſic dicit: Viri namque ſunt inter mulieres, ad eas cuſtodiendas oblectandaſque: mulieres verò inter viros ad omnia obſcœna patienda. Hieron. lib. 15. Cõmentariorum in Iſaiam, cap. 56. Ergò in Eunuchis, ait, quos laudat Iſaias, nequaquam illi intelligendi ſunt, quos ardẽs Poëta deſcribit,

B *Nec non infœlix ferro truncata iuuentus,*
Atque exſecta virum:

ſed illi de quibus Dominus in Euangelio loquitur, Qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Franciſcus Forerius eleganter & religioſe hunc locum Iſaiæ verſat, qui omninò videndus ibi eſt: ſimul cum Mich. de Medina, lib. 3. de ſacro. hom. cont. cap. 30. & 31. Caſtro de hæreſibus, lib. vltimo, verbo, Virginitas. *Matth. 19.*

Non fert animus apologiam contra Hæreticos, pro virginitate facere (quamuis hæreſeon quarundam Lutheranarũ relatione, hãc §. 12. fortaſsè terminabo quæſtionẽ) nã hoc me onere iam dudum viri noſtra tempeſtate grauiſsimi, exonerarunt: Alber. Pyghius controuer. 25. Lindanus

C lib. 4. Panopliæ Euang. Caniſius lib. 2. de Maria deipara. c. 14. Michael de Medina latiſsimè, Clictoueus, Martinus Ayala, Stunica, & alij ſanctæ virginitatis vindices. In quã noſtri temporis hæretici infrementes, procaciſsimè debacchati ſunt, Lutherus, Bucerus, Oecolampadius, cœlibes illi quidem primùm, ac ſanctiſsimum monachatus inſtitutum profeſsi, poſt à ſacratiſsimis religionibus apoſtatæ, perfrictiſsimæ frontis & effrænatiſsimæ libidinis. Suſcitarunt iſti ab inferis & exhumarunt Arrianorum veruſtiſsimum in virgines odium: qui tãm erant virginibus infeſti, teſte Theodoreto, lib. 2. hiſto. Eccl. cap. 14. & lib. 3. cap. 6. vt virginum ſanctarum aluos diſſectos hordeoque impletos,

tos, porcis & equis obijcerent. Ita habet Gregorius Nazianzenus, in Iulianum, Orat.1. post medium. At abominabile & execrandum horum dogma meis nunc impugnationibus non eget. A

VI. Argumẽta aduersus virginitatẽ ex locis Scripturæ.

His tenui calamo præiactis, explicemus locum Deutero.7. Nõ erit in te sterilis, &c. quo sancta videtur virginitas lædi ac lacerari. Simile etiam est quod Exodi.23. dicitur, Non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua. His enim locis, ceu arietibus militaribus Hæretici in virginitatis arcem, alioqui munitissimam, ruunt.

Deut.7.
Exod.23.

Secundo obijci nobis potest commune totius Hebraici populi interpretamentum, sic intelligentis loca allegata, quasi miseriæ & infœlicitatis nota esset sine liberis decedere: contrà verò glorioſum longam filiorum seriem recensere. Quocirca vulgare erat omnium proloquium, Maledictus qui non reliquerit semen in Israel. Quod licèt Orige. homil.11. in Gene. de semine spirituali intellexerit, tamen negari nõ potest de carnali omnes Hebræos illud intelligere. Vnde maledictioni & ludibrio obnoxios se esse putabant, si sine liberis decederent. Id nos probemus, Iudicum.11. filia Iephthe iam iam à patre suo mactãda, duorum mensium inducias efflagitat, quibus suam deploraret virginitatem, hoc est, vitam sterilitèr actam. Rachel etiam tantoperè matrem se esse desiderabat, tantoperè dolebat suæ sterilitatis, vt virum suum queribunda & moribũda interpellaret, dicens, Genes.30. Da mihi filios, alioqui moriar. Quos cum suscepisset, lætabunda hęc in verba prorupit: Abstulit Deus à me opprobrium meum. Sara filia Raguelis Tobi.3. deprecabatur Deum, se vt ab sterilitatis improperio liberaret. Isai. etiam cap.5. habetur quòd tempore destructionis Hierosolymitanæ, septem mulieres apprehensuræ erant virum vnum, & dicturæ ad eum, Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tantummodò invocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum. Qui locus ad litteram, cuius est primùm habenda ratio, significat, mulieres illustrio generandi filios amore capiendas esse, vt certum ad

Vulgus Hæbræorum putabat maledictos steriles, & infœcundos.
Iudic.13.
Gene.30.
Tob.3.
Isa.5.

B C

vnum

A vnum virum, alijs deficientibus, deberent recurrere, dicentes, Nolumus à te panem, non veſtem, licèt hæc alioqui vxores à viris iure ſuo petere ſoleant, etiam miſeris, & inopibus: Id ergo ſolùm volumus, vt nomine tuo cognominemur & inſigniamur, vocitent nos, *la de fulano*: Auſer opprobrium noſtrum. Suſcipiamus ex te liberos, non obeamus ſine liberis. Sanctus etiã Zacharias & Eliſabeth eius vxor idem vehementiſsimè exorabant Deum. Et demũ frequentiſsima huius veritatis teſtimonia in Scriptura reperire, facillimum eſt paſsim.

Pœna cœlibibus impoſita apud Ethnicos.

Tertio etiam opponi poteſt aduerſus quartam Catholicorum probationem, vt pila pilis minentur, etiam apud
B Ethnicos homines pluris factos coniugatos, quàm cœlibes. Plato ſub finè Dialog. 6. de legibus, eos qui annis triginta quinque tranſactis in ſua ciuitate coniugem non haberent neque habere vellent, pecunijs & honoribus mulctari conſtituit. Lycurgus etiam, vt habet Plutar. in vita eius, cœlibibus grauiſsimam ignominiam inuſit. Arcebãtur, inquit, in gymnicis ludis, à ſpectaculo: per hyemẽ verò Principes iubebant, eos in orbem nudos in forum circumire. Romanarum etiam tabularum ea lex erat, cenſores in ciuitate cœlibes eſſe prohibento. Et huiuſmodi plura alia. Contra verò, neque in ſacris neque in profanis legibus, vnam aut alteram reperire licet, in qua virginitas aut cœlibatus hominibus præcipiatur.

VII. Reſpõdetur ad argum.

C VErùm has calumniantium vires infringere, nobis erit perfacile. Nam quod primo loco obijcitur ex Deute. c. 7. & Exo. 23. ex apertiſsima inconſideratione contextus ſacri obortum eſt. Neque enim illic præcipitur, vt nullus ſit ſterilis, ſed extrema quædam felicitas promittitur ſeruantibus legem Dei. Itaque illa verba non ſonant præceptum, ſed benedictionem. Nam ſic dicitur: Benedictus eris inter omnes populos: non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus, tàm in hominibus quàm in gregibus tuis: auferet Dominus à te omnem langorem. Ita Lyr. Iud. 11. Rurſus, quòd non ſit præceptum hoc, inde perſpicuum fit, quòd non dicit, Non erit apud te Virgo aut cœlebs, ſed,

Quòd illa verba, Non erit in te ſterilis, non ſunt præceptum, ſed benedictio.

Non

Non erit apud te sterilis: cum verò sterilem esse non sit in hominis arbitrio & potestate situm, non debuit neq; potuit à Deo præcipi. Præterea, si ibi edicitur præceptu, sanè brutis & iumentis præceptum etiam iniunxisset Deus: nam dicit, Non erit in te sterilis, tàm in hominibus quàm in gregibus, at bruta præcepti non sunt capacia. A

Obiectio.

Sed adhuc stat difficultas: nam si benedictio diuina erat filijs abundare, & diuina pollicitatio eos vt gignerent in magno numero: non apparet, qua ratione qui virginitatem & cœlibatum colerent, gratum Deo facerent. Adde quòd maledictos & exosos à Deo se esse putabant, qui absque liberis decedebant.

Responsio prima.

His respondemus primò, Deum id solum fuisse pollicitum, quòd nullus eorum futurus esset sterilis: non verò q̃ omnes deberent inire coniugia & filios propagare. Nam quòd nullus eorum esset sterilis, ad fœlicitatẽ nonnullam spectabat, cùm sterilitas alioqui monstrum quoddam & error naturæ videatur. Quòd verò vulgò putabant indictam esse maledictionem non relinquẽtibus semen in Israel, errabant planè toto cœlo, vt alias sæpe: nam similiter ex eo quòd Deus dixerat, Non videbit me homo & viuet: colligebant illi, quanuis siniſtrè, Non stat quẽpiam videre Deũ, quin statim subito pauore correptus, ac si phantasma viderit, moriatur. Ac proinde à Dei visione maximoperè abhorrebant, céu à re mortifera. Hæc que erat communis Hebræorum opinio. Et quanuis id non testarentur expressè Tertu. lib. contra Praxeam, & Lyra Iudic. 6. Abul. q. 29. & 30. habetur apud lib. Iudic. 6. & 13. vbi Gedeon, & coniuges illi metu perterriti ac conturbati, putabãt iam mori se, quasi Deum vidissent. Est & aliud exemplum appositum Exodi, vbi, ex eo quod lex præcipiebat, diligere amicum, illi perperàm deducebant, licere sibi odisse inimicos, Matt. 5. Sic ergo, ex eo quòd pollicebatur Deus sterilitatem à coniugibus abfuturam, inferebant illi præceptum esse de vacãdo liberis & maledictos esse, qui eos non haberent. Verùm quàm rectè, vel cæci vident. B C

Errabant Iudæi putãtes steriles esse maledictos.

Exod. 33.

Iudic. 6. & 13.

Exod. 21. Matth. 6.

Respon. 2.

Respondeti potest secundò, non semper hominibus il-

lus

A lius ſæculi, Deum id quod meliùs erat, polliceri, ſed id quod pro eorum deſiderio & appetitione, imò pro eorum imperfectiſsimo captu erat optabilius. Non enim dubium eſt, quin diuitias temporarias abdicare, ac in paupertate viuere ſemper fuit longè præſtantiùs ac perfectius quàm bonis temporalibus ſcaturire. Nihilominùs quia homines (quod eorum eſt innatum ingenium) per mare pauperiem fugiunt, per ſaxa, per ignes, ideò Deus in Veteri Teſtamento, qui perfectorum non erat ſtatus polliceba-

Hominibus veteris teſtamen. non promittebat Deus id quod melius, ſed id q̃ eis gratius erat.

tur diuitias paſsim. Iſaiæ. 1. Si audieritis me bona terræ co-

Iſa. 1.

B medetis. Et in Pſalmo omnium elegantiſsimo, Paraſti cibum illorum, quoniam ita eſt præparatio eius. Id eſt, quo-

Pſal. 64.

niam id homines ſibi præparari percupiunt. Sic hominum vulgò id eſt ingenium, vt poſteris gaudeant ac ſui expreſſam imaginem transfuſam in alium velint relinquere. Quod locus ille. 2. Regum. 7. in ſenſu germano elegantiſsimè demonſtrat, vbi Sanctus Dauid cum à Deo impen-

2. Reg. 7.

ſiùs longam ſeriem poſterorum efflagitaret, poſt multa ſic dixit: Hæc eſt enim lex Adam Domine Deus, hoc eſt, Hæc eſt communis hominum conditio, id ingenitum ſtudium & inclinatio, vt exoptent filios habere, ac magnas & opulentiſsimas domos, & habitis gaudeãt. Quoniam,

Nota hæc loca maximè.

inquit, ita eſt præparatio eius: Et, Hæc eſt lex Adam, Domine Deus. Mutuò enim ſe hæc duo loca iuuant. Hanc certè ob cauſam duplicem pſalmum conſcripſit Dauid, vt

C vberem filiorum copiam polliceretur timentibus nomen Dei: Beati, inquit, omnes qui timent Dominum, &c. Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ: Fi-

Pſal. 127.

lij tui ſicut nouellæ oliuarũ, in circuitu mẽſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum. Quod per epiphonema dictum, exaggerat præcedentia. Et Pſalmo præ-

Pſal. 126.

cedenti, Niſi Dominus ædificauerit domum, &c. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini, filij, merces, fructus ventris. Hæc, inquam, eſt hæreditas, & benedictio digna quã à Deo ſperemus, & quam Deus tribuat. Filij, nominatiuus eſt. Filij ergo, qui ſunt fructus ventris, eſt merces, & hæreditas dilectorum Dei. Cum

ergo dederit dilectis suis somnum. Antithesis est illius, Va- A
num est vobis ante lucem surgere, & laborare: nam dilectis
suis etiam non laborantibus, sed sedentibus & dormienti-
bus, dabit Deus mercedem, filios, fructum ventris. Deum
enim esse, à quo specialiter sperandi essent filij, semper in-
Tres claues tellexerunt Hebræi. Vnde, vt obseruauit Hamerus, super
sibi, Deus Gene. c. 30. trium rerum claues sibi Deus assumpsit, & re-
reseruauit, seruauit, & est communis traditio Hebræorum, scilicèt,
cœli, vitæ, clauem cœli, clauem vitæ & mortis, clauem vuluæ. Nam,
& vuluæ: quod ad hoc vltimum attinet, per verbum claudendi &
ex traditio aperiendi, tribuere solet scriptura Deo, sterilitatis & fœ-
ne Hebræo cunditatis vim. Conclusit dominus vuluam eius, Aperuit
rum. vuluam eius. Passim suppetunt exempla: imò à verbo clau B
dendi derivatam vocem, quæ significat sterilitatem, dicunt
Ædificare Hebræi, scilicèt, Foreri. in. c. vltimo Isaiæ. Itaque totus psal-
domos, idē mus. 126. qui incipit, Nisi dominus ædificauerit domum,
est quod gi- ad hoc propositum est confectus. Sed modum scripturæ lo-
gnere filios, quendi, quæ phrasi ædificandæ domus, vtitur pro genera-
apud He- tione filiorum, explicemus. Exodi. 1. sic dicitur: Quia timue
bræos, runt obstetrices dominum, ædificauit eis domos, id est;
dedit eis copiã filiorũ. Eis, inquã, siue obstetricibus AFgy-
ptijs, siue hominibus Hebræis, nam pronomen, eis, ambi-
guum Hebraicè ibi est. Tractat Aug. 15. de Ciuit. c. 19. vbi
adducit illud Virgil. AEneidos. 1.

At domus Assaraci. C

Psalm. 113. Et subdit Aug. imitatum esse Virgilium (quem lib. 1. c. 3.
vocat poëtam magnum, præclarissimum atq; optimum) sa
cras literas, in quibus dicitur Domus Iacob, tam ingens
populus Hebræorum. Sed hæc extra litem posita sunt.

Ad secundum obiectum, iam patet, nihil gloriæ de-
trahi virginitati, ex eo quòd vulgus illud Hebræorum
existimaret, maledictionẽ sterilibus iniunctam esse. Nam
existimatio erat præposteta & fallax, vt vidimus. Ve-
rùm non est ideò exhausta difficultas: nam sanctos homi-
nes & pias fœminas consideratissimè doluisse scimus, de
sterilitate, vt patet ex argumento adducto.

Diuus

VIII.

A DIuus P. N. Augustinus, cuius est scripturarum inuolucra enodare, lib. 2. de Mirabilibus sacræ Scripturæ, c. 28. disputãs causas, ob quas S. Ezechias apud Isaiã, &. 4. Reg. tam acerbè lachrymabatur immaturam mortem suã, dicit, ideò dolere Regem illum, quòd sine liberis decedere se è viuis videbat. Et addit: Quia in Christi venturi generatione sui generis prosapiam, in throno Dauid lucernam non dereliquit. Itaque dolebat Rex, quia cũ fide crederet, de suis posteris Messiam generandum, & videret se sine liberis mori, suspicabatur, spes de Messia frustratũ iri. Et quidem potuisset dolere ille sanctus iuxtà ac prudens Rex: eo q̃ in florente 39. annorum ætate occidebat: quod
B deducit Abul. 4. Reg. 20. q. vltim. in fin. doctissimè. Dicit enim Arist. Plato, Plinius, & omnes, illo annorũ statu vigere hominem præ cæteris statibus. Vnde ipse eiulans dicebat, Ego dixi in dimidio dierum meorũ, Vadam ad portas inferi, vel, vt habent. 70. Ego dixi in excelso annorum, &c. Quæsiui residuum annorum meorum, id est, quæro alteram meorũ annorum medietatẽ, quæ viuenda supereſt. Sequitur: Non videbo Dñm Deum in terra viuentiũ, hoc est, promissionis factæ Dauidi, de eius semine nascituri Christi, ego particeps non ero. Cõsonat Versio. 70. Dixit Non videbo salutare Dei, in terra viuentium. Per salutare Dei in Scriptura intelligitur Verbũ incarnatũ, vt Lucæ. 2.
C Quia viderũt oculi mei salutare tuum, & habent Patres, Luc. 2. Eusebius lib. 5. Demonst. Euang. c. 35. & lib. 4. c. 37. Irinęus lib. 3. c. 11. & omnes. Sedulò propterea obseruauit Leo Castren. ibi Isaiæ. 38. verti posse: Non videbo Deũ Dei, vt cõstet Ezechiam dolere q̃ filios non relinqueret, qui futuri essent parẽtes Messiæ. Vnde adiecit, Generatio mea ablata est & conuoluta est à me, &c. Cur enim dicamus, tot lamentis, tanta animi cõsternatione & eiulatu penè fœmineo, tantũ Regẽ prosequi mortẽ suam, nisi ob prægrandẽ aliquẽ & infestũ casum, qualis erat, promissiones de Christo venturo irritas fieri. Nec solus est Augu. huius veritatis assertor: nã Hiero. lib. 11. super Isai. c. 38. & antiquior vtroque Iosephus lib. 10. Antiq. c. 3. idem habent expressè.

Expẽditur causa ob quam Ezechias flebat instante morte.

& Cyrillus, super prædictum Isaiæ locum.c.38. A

Hebræos odisse sterilitatẽ, quia timebãt ne Messias deforet.

Ergo dolebant & lamentabantur Hebræi, si sine liberis morerentur: & eatenùs rei vxoriæ incumbebant, ne Christus deforet, quem affore vehementissimè exoptabãt. Aut curabant filios habere, quia posse fieri existimabat vnusquisque, vt ipse esset pater Messiæ, aut auus atauusve. Hoc habet etiam Lypomanus, in Catena Gen. c.30. & prior Io. D. Tho. in.4.d.30.q.2.artic.1.q.1. & hac quidem intentione excusari poterant, qui tanto filiorum procreandorũ desiderio tenebantur. Quæ tamen nihil obstant, quominùs quidam alij viri sanctissimi ab hoc filiorum studio se continerent: quia non rem magnæ gloriæ apud Deum esse existimabant, esse patres aut progenitores Messiæ secundùm carnem, cùm perditissimi homines in serie progenitorum Christi numerentur à Mattheo & Luca. B

Aut quia vnusquisq; optabat vt Messias esset suus filius aut nepos, &c.

Matth.1.

Luc.3.

IX.

An Iepthe occiderit filiam suam vt vouit.

SEd laxandi animi gratia sciendum, id quod primo loco adducebatur in secundo argumẽto, de filia Iepthe deplorante virginitatem suam priùs quàm à patre mactaretur, â diuersis diuersimodè explicari. Fuere qui dicerent, vt fusissimè habetur in Abulẽ. super Iudic.11.q.96. Iepthe non occidisse filiam suam, sed potiùs recluisse eam, quasi in monasterium Sanctimonialium, vt ibi cœlibem vitam ageret, quo ad viueret Deo dicata cum reliquis sanctis fœminis, de quibus suprà ex Scriptura, quæstione.2.posit. Prius sciendum ex Abul. super Iudic.11.quæst.50. turpiter & nefariè errasse, dicentes flere illam suam virginitatem, hoc est, quod non fuisset experta libidinem ac venerem. Proinde dicit Abul. flere illam suam virginitatem nihil esse aliud quàm flere se tam teneram & paruam, támque præcociter & immaturè mori. Aut flere quia sine liberis moreretur: nam vt visum est, & habet elegans testimonium Oseæ, Omnis gloria illorum erat à conceptu, ab vtero & à partu. Sed redeamus ad rẽ. Sanè, vt vidimus quòd tunc temporis fœminæ essent pudicitiæ & castitatis studiosæ, instar nostrarum monialium, arguit virginitatem non omnibus fuisse contemptui, imò sanctioribus fuisse in pretio & honore. Quod verò primo loco dictũ, Iepthe C

Osee.9.

non

A non interfeciſſe filiam ſuam, ſed recluſiſſe illam in illud monaſterium, ſolebat mihi, vt fatear, placere multũ propter authoritatem Lyrani id aſſerentis, plurimũ verò propter rationes quas adducit: nam ſic ait: Hebræi dicũt quod ipſam non immolauit, ſed votum eius fuit relaxatum per ipſum Phinees. Et aliqui dicunt quòd fuit interpretatum per ſapientes, quòd non deberet votũ adimpleri per mortem filiæ innocentis. Vnde quædam gloſſa Hebraica ſuper illud verbum, Dimitte me vt circumeam montes, ſic dicit, id eſt, ſapientes in lege, quia forſitan inuenient modũm relaxationis ſeu interpretationis voti tui. Et mox: Sine præiudicio dici poteſt, quòd filia Iepthe nõ fuit ſacrificata Dño per mortem corporalẽ, ſed potiùs per ciuilem ſeu ſpiritualẽ, eo modo, quo religioſi dicuntur mũdo mortui, &c. Hæc Nicol. quem Vatab. ſequitur. Quia tamen Patres communiter tenent, quòd verè & propriè eam occiderit, eis aſſentiendum eſt; diſſentiendum verò à Lyrano & Vatab. Id habent Diuus Auguſt. 1. de Ciuit. cap. 21. & quæſt. 49. ſuper Iudicum, latiſsimè, & Ambroſius lib. 1. de officijs, c. 50. Gregor. Nazian. Oratione de Machab. Athanaſ. in Synopſi lib. 7. D. Hiero. & omnes. Id etiam habetur in Concil. Toletano. 8. c. 2. inter probandũ quòd iuramenta illicita non ſunt ſeruanda. Ad idem hoc adducit Diuus Thom. 2. 2. quæſt. 88. art. 2. ad. 2. Et quanuis ſancti & Concilia tacerent, loqueretur ipſe textus biblicus, nam habet, B quòd Iepthe vouit occiſurum ſe ſuam filiam: & deinde dicit quòd fecit ei ſicut vouerat. Vnde Caietanus ibi Iudic. 11. nõ ſolùm credit quod Iepthe eam occiderit, ſed quod obtulerit eam in holocauſtum, id eſt, totam abſumpſerit. Quod explicat Abulen. ibi dicens, quæſtio. 52. quòd eam priùs occidit: poſt eam cremauit, vſque quo redacta eſt in cineres: & ſic eam dicauit Domino.

Quòd recluſerit filiam in monaſterium Molialium.

Iudit. 11.

Vera ſentẽtia quod occiderit filiã ſuam.

Iudic. 11.

X.

Zachariam ingreſſum templum dicunt quidam vidiſſe aſinum.

REſtat teſtimonium quoddam explicandum, quod de Zacharia inducebatur in. 2. argumento. Nam primũ, quòd filios à Deo petereꝛ, eandem habet explicationem, quam habuerunt cætera teſtimonia. Duo tamen ſunt, quę circa hanc Zachariæ petitionẽ & orationem, conſiderari poſſunt,

possunt,licèt in eorum tractatione tãtisper à proposito di- A
uagemur. Hæc enim est præsentis actus conditio,in quo aliqua iocundæ vtilitatis illecebra tędiosam disputationẽ leuare, necessum ést.Igitur in libro quodam Gnosticorũ, cuius meminit Epiphanius,libr.1.Panarij,narrabatur,Zachariam ingressum templum ad orandum, vidisse formã quandã asinino capite præditam,quã cum reuelare vellet, is qui visus est, vocis & linguæ vsum illi ademit: sed adẽptum paulò post restituit. Tandem hinc consuetudo inoleuit,vt sacerdos ingrediens ad sacra peragenda, tintinnabula vestimẽto appensa gerat, quo sonitu admonitus Asininus ille Deus, sẽ occultet, ne forma eius intempestiuè
Gentiles imputabãt Iudæis et Christianisquòd Asinum colerent.
consspecta, interitum afferat spectatori. Occasione huius B
Christiani olim accusati ab Ethnicis sunt, & Iudæis permixti,asinũ Iudæorum numẽ,colerent. Tertullianus tamen in Apologetico autumat, Cornelium Tacitũ,lib.5.aliàs.21. ansam dedisse huic suspicioni:nam dicit, Iudæos ex Ægypto pulsos,cum in vasta Arabiæ solitudine siti macerarentur, ab asinis syluestribus,qui de pastu ad potum petebãt, aquarum fontes didicisse: & beneficij memores bestiã diuinis honoribus coluisse, & eius effigiem in templo consecrasse. Inde Christianos, vt Iudaicæ religionis propinquos,asinum colere suspicabantur Gentiles. Vnde tempore Tertulliani,fuit locator quidam asinorum, qui ante eorum stabulum, appendere tabulam ausus est,in qua depi- C
ctus erat homo semiasinus seu asinus semihomo, cũ hac inscriptione: Deus Christianorum Ononychitis, id est, Asini unguius. Refert Petrus Crinitus, lib.1. de Honesta disciplina.c.9. Cælius Rhodig.lib.16.Lect.antiq.c.49.Pierius Valerius,& alij. Videndus præ reliquis Syxtus Senen. libro.2.Bibliothec.ver.Mariæ stirps. Quem locum consulat Lector. Verùm caueat, ne in immediatè præcedentem annotationem conijciat oculos, nam non solùm si coniecerit, eos statim auersabitur, sed & stomachum continere vix poterit à nausea, spectaculo turpissimæ deformitatis & deformissimæ turpitudinis concitatus.

Alterum

A Alterum quod fidem astrinxi dicturum me, adducitur à D. Aug. tomo. 4. libr. 2. Quæstionum Euangel. c. 1. & est consideratissimè obseruatum, quòd Zacharias, tempore illo quo templum ingressus est ad precandum Deum (fungebatur enim tunc temporis sacerdotio in ordine vicis suæ) tunc, inquam, non deprecabatur pro habendis filijs, quia verosimile non est, cum sacerdotio publico fungeretur & offerret pro salute populi & redemptione hominum (expectabat enim foris totus populus offerentem ipsum intrà) quòd relictis publicis votis, homo senex, vxorẽ habens sterilem & anum, de rebus priuatis ageret. Et probari hoc potest primò, quia Angelus qui ei apparuit, di-

Zacharias in tẽplo nõ orabat pro filijs, sed pro aduentu Messiæ.

B xit, Exaudita est deprecatio tua, & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium. Erat autem munus sacerdotis officio sacerdotali in templo fungentis, petere Messiam redemptorẽ. Hanc ergo communem petitionem exauditam esse, dixit Angelus, à Deo, & in signum eius adiecit, Et vxor tua pariet, &c. Secundò, quia promittenti Angelo filiũ non credidit Zacharias, desperabat ergo se filios habiturum, tantũ abest vt eos efflagitaret. Alias huius coniecturas adductas videbis in Theophylacto & Caieta. ibi Luc. 1. Igitur non orabat Zacharias contra sterilitatem & orbitatem filiorũ.

Luc. 1.

R Estat testimonium Gene. 1. Crescite & multiplicamini, explicandũ. Nã pro tempore, quo hæc verba dicta sunt, non potest dici quòd virginitas licitè seruaretur. Hoc

XI. Explicatur illud, Crescite, & multiplicamini. Gene. 1.

C vt explicemus, præmittamus, fuisse quosdam, qui non de carnali corporum fœcunditate & filiorum naturalium copia, sed de mentium & animorum spirituali virtute propaganda, illud Geneseos intelligerent. Et in eo quod sequitur, Implete terram & dominamini eius. Per terram intelligebant carnem, quam præsentia sua implet anima: ita tamen, vt post peccatum, fœcunditatem spiritualem in carnalem conuersam esse dicerent. Ita refert Augu. lib. 14. de Ciuit. c. 21. & 22. & fauet huic parti in lib. de Genes. contra Manicheos. c. 19. & lib. 13. confes. c. 4. & de bono coniugali. c. 2. & lib. 1. de serm. Dom. in monte. c. 21. & Chrysost. lib. de Virgin. c. 27. & homil. 18. in Genes. & Gregor.

Opinio quod ante peccatum nõ potuerunt parẽtes nostri miscere carnaliter.

Nissenus, lib.de Creatione hominis.c.28. & Damascen. A
lib.2.de fid.Orthodox.c.vltim.& lib.4.c.16.& 25. Quod non semel approbat Abulensis super Genes. 1. & fauet Mag.in.2.Sent.d.20. dicens: Ad gignendos filios,parẽtes nostros in paradiso misceri non potuisse, nisi post peccatum. Cæterùm breui nos ab hac eximemus quæstione,nã constãter asserimus, illa verba, Crescite & multiplicamini,ad carnalem filiorum propagationem pertinere.Itaque si statusinnocentiæ perdurasset,ibi in paradiso, carnali copula se protoparentes nostri & eorum filij miscuissent. Tractat neruosè & elegãter August.lib.14. de Ciuit.c.22. Origc.homil.1.in Genes.Rupertus & Ianil. vt in Cathena Lypomani Genes. 1. & in Syxto libro.5.annot. 20. 21. B &. 63. & Michaele de Medina latissimè, lib.5. de sacror. hom. cont. controuersia.2.c.1. vbi patrum dicta explicantur,simul & in D.Thom.1.part.quæst.98.art.2.

Quòd carnalis copula non e pœna peccati, sed conditio naturæ.

Initio mundi erat præceptum de matrimonio.

Nunc respondeo : Verum esse illis verbis, Crescite & multiplicamini, contineri præceptum: non tamen pro quocunque statu ac tempore, sed pro illis mundi primordijs, donec humana species extenderet propagines suas, hoc est, multiplicarenturhomines. Rectè Scotus in.4.d. 26.q.vni.§.per hoc patet,ait: Crescite & multiplicamini, est institutio per modum præcepti affirmatiui, ita quòd obligat,nõ ad semper,sed tempore necessitatis. Idem habet Mag.eadem dist.S.Thom.1.par.q.98.art.2.ad.3.in fin. C
Historia Schol.in Genes.c.29. Lyran.in lib.Iudic.cap.11. Quocirca quanuis in eadem Hist. Schol.c.29. refertur ex Strabo, quòd post mortem Abelis vouit Adam non vltra vxorem suam se cogniturum, tamen ibidem dicitur,Deo per Angelum præcipiente,fregisse votum. Imò Iosephus refert, Adamum, extincto Abele & Caim effugato, procreationi filiorum vehementiùs quàm anteà studuisse:nã existimabat præceptum id sibi esse à Deo. Idetiam ex Iosepho refert Ioan. Nauclerus in Chronographia,volumine.1.Generatione.2.Vnde nescio quid mouerit Michaelẽ de Medina, se vt communi Theologorum sententiæ opposuerit in hac parte,nam dicit lib.4. de Sacrorum hom.

cont-

A continent. Controu. 2. capitulo. 3. &. 4. neque in communi neque in singulari vsquam obligatos esse aut obligari posse homines ad contrahendum matrimonium. Sed eius obiectiones frigidæ sunt, licèt ipse ardentissimè se existimet, quod intendit efficere. Verùm nos alia necessariora vocant.

Genes. 2. Non est bonum hominem esse solum.

Illud verò Genes. 2. Non est bonum hominem esse solum, quo Hæretici quasi Babylonias cœperint, triumphât, facilè & elegâter explicatur ex glossemate Vatabli., quod ibi sic habet: Dicunt Hebræi hoc loco, vocem Hebræam, Tob, significare perpetuitatem & diuturnitatem, quasi dicat, Non bonum est, vt semper solus permaneat: non enim
B diù duraret humana natura. Hæc ibi. Prestantior etiam est Caiet. glosiula ibi Genes. 2. nam dicit: Nomẽ Adam ex propria significatione signicat hominem: ex appropriatione autem significat primum virum creatum. De primo enim viro dicitur, Nõ est bonũ esse solũ ipsum. Hæc ille. Quibus docemur, verba illa nõ de quouis homine, sed de solo Adamo dicta. quòd scilicèt, non erat bonum ipsum esse solum, eò quòd si solus absque coniuge maneret, species non conseruaretur: at cæteris, postquàm multiplicatum est genus humanum, bonum est esse solos, & melius, quàm sociatos coniugio, vt dicit Paulus.

Ad tertiam obiectionem dico, Cœlibatum interdum *1. Cor. 7.*
C prohibuisse Gentiles, non quòd cœlibũ castimoniam auer *Matt. 19.*
sarétur: sed q cœlibum status erat apud Gentiles licentio *Gentiles interdum præcipiebãt nuptias, vt maiora mala euitarentur.*
sum viuendi genus. Quia sub continẽtiæ prætextu uagam quandam & promiscuam libidinem exercebant. Aut dico cũ D. Chrysostomo in sermone, Quòd regulares fœminæ viris cohabitãt. to. 3. apud Gẽtiles Virginitatis florẽ nõ floruisse, ingenuè fatẽtes, rem suprà naturã esse: & ea propter omnibus gentibus admirationi fuimus, ait ibi Chry. vbi elegantissimè loquitur. Virginitas ergo propria est Christianorum virtus. Idcircò parùm refert quòd Gentiles infestos se ei exhibuerint.

XII.

De numero filiorum Adam.

QVòd si hæc te adhuc cura rémordeat, Quantam filiorum seriem enumerauit Adam, qui tandiù vi-

xit: & multiplicandi præceptum habuit,& tâm bonæ erae A
constitutionis seu complexionis. Dicam breuiter quod hac in parte reperi apud Historiographos, nam meo capite ortam rei vetustissimæ resolutionem, vt mendacem omnes iure refellerent. Dicam etiam, quid de filiabus Adę sentiendum sit, nam scriptura nullam earum mentionem facit. Dicam, cum filij Adam sorores suas duxerint in vxores, cur sacra pagina id inuoluit silentio. Vltimum horum decidit Augustin. 15. de Ciuit. capit. 16. & D. Hieron. dicẽtes, hoc scripturam tacuisse, ne si aperte diceret, filios Adam cum suis sororibus congressos fuisse, in exemplum sibi imitandum tradi, putarent homines. Quan-

Filij Adam cum sororibus contraxerunt.

uis inter Gentiles fraterna coniugia permissa sint. Nam nõ B
solum ferunt, Saturnum duxisse Opem sororem suam, & Iouem Iunonem sororem: sed AEgyptios, & Athenienses idem feciisse produnt. Romani tamen id semper auersati sunt. Vide Muretũ lib. 7. var. lect. c. 1. & Viuẽ lib. 15. de Ciuitat. c. 16. & D. Epipha. li. 1. cõtra hæres. to. 3. hæres. 39. Chrysost. hom. 1. Imperf. super Matt. circa finem. Cum matre autem nunquam dispensatum est, vt quis contraheret: nam ab hoc natura ipsa vehementissimè abhorret. Vnde, referente Andr. Tiraquel. lege. 7. Connub. num. 47. vbi de his multa tradit, & S. Thom. 2. 2. q. 154. artic. 9. ad. 3. ex

Cum matre nec brutaus quæ coeũt.

Arist. 8. de Animal. cum quidam equus deceptus fuisset, vt matri cõmisceretur, se ipsum postquàm factum cognouit, C
præcipitem dedit, &c. Idem referunt AElianus, de Animalibus lib. 3. Plinius expressè lib. 8. c. 42. Auicen. lib. 9. de animal. Idem de Elephante refert Lyra. super Matth. c. 19. in illa verba: Et dixit, propter hoc dimittet homo. His adde quod de Camelo, Arist. 9. de animal. c. 47. dicit, quòd cum deceptus fuisset vt cum matre coiret, re absoluta & cognita, in ipsum hominem camelarium, qui author incestus fuerat, irruit, & illum morsu defixo interemit. Verba sunt Aristot.

Nomina filiarũ Adæ.

Dicit verò D. Epiph. lib. 1. Contra hæreses, to. 3. hæresi. 39. Adam habuisse. 12. filios, & duas filias, quæ appellatæ sunt Saue, & Azura: & Saue nupsit Sethæ, & Azura Cai-

mo:

A mo: nam Abelem nondum ducta vxore, ait, fuisse occisum. Chrysost. hom. 1. in Imperf. super Matth. prope fin. refert alias duas Adami filias, Rifam, & Edoclan. Sed caue cætera, quæ ibi dicuntur ab authore illorum Commentariorum titulo Chrysos. Alterius filię Adam meminit Philo in Antiquitat. bibli. quę dicebatur Noaba. Historia Scholas. super Genes. c. 25. & 27. & Vincentius Belluac. lib. 2. Speculi, capi. 56. refert aliam, quæ appellabatur Chalmana: & alteram, quæ Delbora. Nauclerus Volumine. 1. Generatione. 1. in Chronographia, dicit, prętęr Cain, Abel, & Seth cum suis sororibus, Adam genuisse alios triginta filios. Et Abulen. Genes. 5. quęstio. 1. dicit, triginta filios &
B totidem filias. Nauclerus suprà, allegat S. Methodium asserentem, Adamum habuisse centum filios. Fuit sanctus Methodius homo sanctissimę vitæ & illuminatissimæ: habuitque de primis mundi temporibus cœlestes reuelationes, vt dicit Historia Scholastica Genes. cap. 25. Aliqui dicunt. 32. filios & totidem filias habuisse Adamum, scilicèt, Georgius Cedrenus, in compendio historiarum, & Fasciculus temporum. Sciẽdum rursus ex Iosepho, Naucl. Belluac. Abulen. vehementissimo generandi filios studio flagrasse Adamum. Adeò vt referat Abulen. in Genes. q. 404. c. 13. dixisse Thalmudistas, quòd Adam præter Euam, habuit aliam vxorẽ dictã Lilis, per. 130. annos, quibus fuit
C excõmunicatus per cõmestionem ligni vetiti: & in toto illo tempore genuit ex ea nõ homines, sed dæmones. Idem refert in. c. 2. Gen. q. 28. sed hæc aniliafunt, Thalmudistis digna. Mihi verosimillimum imò certissimum est, Parentes nostros multam sobolem reliquisse: quod probè deducit D. Augusti. tomo. 4. in Quæstionibus super Gene. quæstio. 1. quanuis filiorum numerus incertissimus mihi sit. Nam & librum quendam, qui appellabatur, Liber filiorum Adam, seu Genealogia filiorum Adam, quem confinxisse Manichæos, dicit Augustinus contra Faustum, tanquam apocryphum damnauit & reiecit Gelasius Papa, in capit. Sancta Romana. 15. distinct. de quo vide Couarrubiam, lib. 4. Variar. resolu. capitulo. 14. & Syxtum Senen. lib. 2.

Error quod Adãgennit etiã Dæmones.

ver-

verbo, Adæ reuelationes. A

XIII. *Authoris peroratio.* HOc ego, quidquid quæstionis est, in eorum gratiam, quibus cœlibatus ac pudicitia cordi est, elaboraui: ex omni Veterum historia, ceu amænissimo horto, pauculos hos sed odoratos flores delibans. qui vobis, vtinam, suauiter spirent ac redoleant. Diuus Gregorius Nazianzenus, carmine, dum erat iuuenis, de sacra Virginitate quàm optimè meritus, lusit. Induxit veluti in scenam, duas vitas, cœlibem & coniugatam, suam causam agentes, & super victoria concertantes. Vicit cœlibatus. Dedidit se Diuus iste & appulit animum ad cudendà carmina: propterea quod Iulianus Apostata, Poetarum Gentilium lectionem Christianis interdixerat. Confecit ergo Gregorius sacra B carmina, quibus subdolum Iuliani consilium frangeret: & Virginum coronæ, Christo, gratum faceret.

D. Gregor. Nazian. de Virginitate optimè meritus.

* * Valeant ergo Leonardus ille & Antonius, apud Laurentium Vallam, libro. 1. &. 2. de Voluptate, interloquentes, & in Honestatem ac Pudicitiam tam ardenter debacchantes, vt nisi Nicolaus obsisteret, libro. 3. inibi introductus, Voluptas vinceret, triumpharet. Valeant Arriani, tàm crudeliter in Virgines sæuientes, vt. §. 5. retulimus ex Theodoreto & Greg. Naz. Valeat Lutherus, eius licèt olim illa fuisset vox, apud Roffensem, articul. 30. Cælibatus, consilium & euangelicum: pôst tamen lib. de Votis monasticis, fortissima luxurię subiecit C calcaria, camino apposuit oleum; Cælibatus (inquiens) & Virginitatis aureola, nugæ sunt, & mera Sathanæ mendacia. Et libr. de vita coniugali, Sicut, inquit, in potestate mea non est, quominus sim mas; ita minimè situm est in me, vt sim sine muliere. Et quibusdam interpositis, Crescite & multiplicamini, non est præceptum, sed plusquam præceptum; ac perinde non possumus illud impedire aut prætermittere, magis quàm, edere, bibere, expuere, dormire, vigilare. His planè verbis, fædum suum genium posteritati testari voluit: hisque factis, nam ex Monialium grege furto sustulit quandam vt similes haberent labra lactucas. Et in medijs rebus Germaniæ

Verba Lutheri in Virgines, & authoris in Lutherum.

A manæ deploratiſsimis, quas tragico excitarat cothurno, iocundas nuptias celebrauit. Credulam monachorum tur- *In Luthe-*
bam facili deturpauit negotio, pede libero pulſare tellu- *rum.*
rem docuit, clauſtra deſerere, voti & continentiæ iugum excutere; vt corpora per myſticam coniunctionem Deo dicata, iam per infœlicem coagmentationem, per ſummum nephas, ſcortis & diabolo compingerentur.

His bonam eccleſiæ partem antilogijs effa-
ſcinauit, corrupit, perdidit.
Eheu, Deus bo-
ne!]

QVÆ-

A

QVAESTIO QVINTA SCHOLASTICA.

Vtrùm homines vita functi apparere viuentibus valeant? 1

Et Christus post Ascensionem, an nunquam apparuerit?

SVMMARIVM.

§. 1. & 2. *Quòd licèt Dæmon interdum simulet se esse animam defuncti, tamen solus Deus facit veras has apparitiones.*

§. 3. *Referuntur præstigiosæ apparitiones Diaboli. ex Aug.*

§. 4. & 5. *Apparitiones & alia miracula Diabolus facere nequit. Lunam cœlo detineri & detrahi apud antiquos creditũ. Diabolus an possit generare hominem.* C

§. 6. *Canes & asina Balaam, & lapides an verè vnquam loquuta sint. De Magis Pharaonis, & alijs, &c.*

§. 7. *Moysi apparitio in transfiguratione Christi, an vera fuerit. Quòd Moses nondum mortuus sit, tenent Patres aliqui. Tractatur latè. Et de eius sepulchro.*

§. 8. *Latissimè differitur, An Samuel verè & in propria anima Sauli apparuerit. Asseritur pars affirmatiua.*

§. 9. & 10. *Satisdatur argumentis in oppositum. Opinio Iosephi & Lyrani quòd Saul saluatus est, licèt se interfecerit.*

§. 11. *Sancti qui cum Christo surrexerũt, vbi fuerint vsq; ad diem ascensionis. Quomodo sit Christus primitiæ dormientium.*

Iudas

A *Iudas quòd laqueo ſuſpenſus non obierit.*

§. 12. *Hieremias an verè apparuerit Iudæ Machabæo. Quòd nondum fuerit mortuus, dicit Victorinus Martyr.*

§. 13. *Referuntur. 21. apparitiones mortuorum, ex Patribus.*

§. 14. *An appareant animæ in propria ſubſtantia, an verò miniſterio Angelorum, &c. Modus mouendi ſe animæ ſeparatæ è vno loco in alium.*

§. 15. *Quòd ex cælo, inferno, purgatorio, & ſinu Abrahæ factæ ſunt & fiunt apparitiones iſtiæ.*

§. 16. & 17. *An Chriſtus, poſt aſcenſionem apparuerit aliquando viuis. Vt Matri ſuæ, & D. Petro, & alijs viris Sanctiſſimis.*

§. 18. *Rationes ob quas Chriſtum non dedecent tales apparitiones.*

B HAEretici, qui, vt ait Comicus, niſi quod ipſi dicunt, nihil rectum putant, omnia vetuſtiſsima Eccleſiæ dogmata proculcant, & ſanctos Patres velut ex alto deſpiciunt, ſuas vt aniles fabulas & ſtultiſsima figmenta nobis obtrudant. Vnde & in quęſtione propoſita totos contendunt neruos, eam vt eludant: nam dicunt apparitiones mortuorum, quę à Catholicis ſanctè creduntur & fideliter referuntur, fabulas eſſe & meras pręſtigias ad decipiendos viuos confictas. Id habent Magdeburgenſes & quidam alij, qui ex Hydra Lutherana veluti capita emerſerunt: Matthęus Iudex, Ioānes
C Vvigandus, Ioannes Riuius, Marbachius, Goltuuurnius, Melanchthon, SuecKfeldiani (nomina Diabolica Diabolicorum hominum). Refert Petrus Caniſius lib. 5. de Maria Deipara. c. 21. Videre plura circa rem hanc licebit infrà ex Diuo Patr. Auguſt. Ioanne Arboreo, Bellarminio, alijsq; initio ſeptimi. §.

Hæretici apparitiones mortuorū negant.

HAnc nos vt controuerſiam dirimamus, obſeruemus primò ex D. Auguſt. lib. 10. de Ciuit. cap. 10. & 11. Chryſoſt. homil. 29. ſuper Matt. ante medium, Ludouico Cęlio, lib. 1. lect. anctiq. c. 34. Dæmones frequenter ſimulare ſe eſſe animas mortuorum, ad errores Gentilium confirmandos. Refert Lud. Viues ſuper Aug. ſuprà, eandem fuiſ-

I. Diabol⁹ ſæpè mentitur ſe eſſe animam hominis mortui.

ſe ſu-

se sententiam Platonicorum, præsertim Iamblici. Hæ- A
retici etiam interdum simulauere sibi animas defunctorum apparere, quod fecit Vincentius Donatista, aduersus quem loquitur August. libro. 3. de Anima, & eius orig. cap. 2. tom. 7. Id velut talis capitis, Diaboli, scilicèt, membra nituntur efficere. Refert Diodorus Sic. lib. 2. id quod D. Paulus tradit, Sathanam transfigurare se in An-
2. Cor. 11. gelum lucis. Nam & Diodorus ait, Diabolum in omnium animantium naturas interdum sese transformare, sicut de Proteo, dixit Virgilius.

Formas se vertit in omnes.

Inde est quòd D. Thom. 1. p. q. 117. art. 4. ad. 2. refert ex D. B
Clemente in Itinerario, quòd Simon Magus per magicas artes pueri à se interfecti animam retinebat, hoc est, illudebatur Simon ab aliquo Dæmone, simulante se esse animam illius pueri, quem Simon interfecerat.

II. *Posse diuina virtute fieri veras apparitiones.*

SEcundò præmittēdum est, nemini vnquam in dubium vocari, veras defunctorum apparitiones, virtute diuina posse fieri. Qua enim virtute animas de nihilo creauit & immersit corporibus, aurea præsentis vitæ luce statis temporibus perfuncturas: eadem potest, post hanc uitam conseruare, & hinc inde pro sua volūtate transferre. Quinimò & Ethnici fidei luce destituti, mortuorum apparitiones posse fieri semper existimarunt. Credebant fuisse animam Neronis visam, apud Plut. lib. de sera num. vind. in fin. C
Et, referente Abulensi super Leuiticum. cap. 16. quæstion. 15. hanc ob causam, prima die mensis Februarij, solenne fuit Gentilibus annua festa facere, quæ vocabantur purificationes, pro animabus defunctorum, ne viuos appa-
Mensis Februarius vnde dictus ritionibus perterrefacerent. Et ab his purgationibus dictus est * Februarius: nam Februa, purgatio est: & februo, purgo, lustro; quia eo mense feruebant ardebantq; cerei circa sepulchra pro impetranda manibus quiete.] Et Plutonem dici Februum, cui Februarius mensis dicatus esset, habet Augustinus. libr. 7. de Ciuitate Dei. cap. 7. & Viues, lib. 3. cap. 12. sed Ouidius sic habet;

Februa

A *Februa Romani dixere piamina Patres.*

Et mox:

Deniq; quodcunq; est, quo corpora nostra piantur,
Hoc apud intonsos nomen habebat auos:
Mensis ab his dictus, &c.

Vide Macrobium lib. 1. Satur. c. 13. & 14. Rursus Alexander ab Alexandro, lib. 5. Dierum Genialium, cap. 23. & 27. harum meminit apparitionum, & August. Eugub. lib. 8. de Perenni Philosophia. cap. 26. Itaq; animas Defunctorum apparere posse viuentibus, extra controuersiam, positum est.* Excipio Plinium, lib. 2. c. 7. in fin. qui id posse Deū *
B facere, negat expressè, vt turbam Gentilium prætereamus scriptorum, qui vt alterius sæculi vitam & animæ immortalitatem negabāt, sic homine vita functo, animam esse superstitem vt apparere posset, minimè faterentur.] Quod ergo inquirimus est, an re ipsa id vnquam effectum fuerit.

III. *Homines plerunq; se putant spectra videre cum nihil re vera tale uideant.*

TErtio loco magnopere est considerandum, interdum contingere, vt multa sibi homines cogitatione confingant, quę sibi visi sunt videre: cum tamen nihil viderint. Tractat Ludouicus Viues. lib. 10. de Ciuita. capitul. 16. Hinc est quòd ex magia naturali fuere, qui facerent in conuiuio subito apparere conuiuas omnes truncos, aut asininis capitibus. Et Maga apud Virgilium. 4. AEneid. iactabat, se posse vertere syderare retrò: & D. August. libro. 18.
C de Ciui. c. 16. dicit, socios Diomedis in volucres fuisse cōuersos: &. c. 17. cōmemorat ex Varrone, Circen insignem Magam, socios Vlyssis mutasse in bestias. Et Archades trasnatantes quoddam stagnum, conuerti in lupos. Et. c. 18. sic loquitur: Nos cum essemus in Italia audiebamus talia, de quadam regione illarum partium, &c. In summa dicit, quòd mulieres stabulariæ dabant viatoribus nescio quid in caseo, ex quo statim in iumenta vertebantur, & necessaria quæque portabant: & post perfuncta opera, iterum ad se redibant. Veruntamen hæc omnia præstigiosè fieri, secundùm illusionem sensuum ipsorum videntium, non secundùm veram & realem transmuta-

tionem, tradidit ibi Augustin. dicens: Non ita solùm animũ, A
sed neq; corpus quidem vlla ratione crediderim Dæmonum arte vel potestate in membra vel lineamenta bestialia veraciter posse conuerti, sed phantasticum hominis, &c. Et statim: Nam quidam nomine Præstantius, patri suo contigisse indicabat, vt venenum illud per caseum in domo sua acciperet & iaceret in lecto suo quasi dormiens: qui tamen nullo modo poterat excitari: post aliquot autem dies, eum velut euigilasse dicebat & quasi somnia narrasse, quæ passus est: Caballum se, scilicèt, factum, anonam inter alia iumenta baiulasse militibus, &c. Hæc Augustin. Similia sunt quæ in Concilio Ancyrano diffinita reperimus, & referuntur. 26. q. 5. c. illud. vbi dicitur: B
Quædam sceleratæ mulieres, retrò post Sathanam conuersæ, Dæmonum illusionibus seductæ, credunt se nocturnis horis cum Diana Dea Paganorum, vel cum Herodia de equitare super quasdam bestias, &c. Quapropter sacerdotes populo prædicent, vt nouerint hæc omnia falsa esse, & à maligno spiritu talia phantasmata mentibus fidelium irrogari, &c. Vide Rosam auream Sylues. quæstion. 4. super Euang. Couarr. lib. 4. c. 6. & Augustin. Eugubi. lib. 8. Perennis Philosoph. à. c. 26. Victoriam in Relect. Malleum Maleficarum, cuius hoc ferè solum est argumentum. Ve runtamè huiusmodi illusionibus Diabolicis referti sunt libri, quæ omnia vt ampliùs explicemus, libet quęstiũculam C
quandam introductoriã ad eam, quæ præcipuè est agitanda, præmittere.

Notabilis historia ex Aug. de homine verso in caballũ.

IIII. *Dubiũ præambulum. An potẽtia Diaboli possint fieri apparitiones mortuorũ. 2. Argum.*

DVbium ergo est, vtrùm huiusmodi veræ mortuorum apparitiones vi & potestate naturali Diaboli fieri queãt. Et sanè videtur ꝙ queãt: primò, quia Pythonissa virtute Dæmonis. 1. Reg. 28. apparere fecit Samuelem defunctum Sauli viuo, de quo multas complere paginas inferiùs debeo. Secũdò, quia apud antiquos in cõfesso semper fuit, has apparitiones per Magiam posse fieri. Ad quod propositum multa coaceruat D. Isidorus, lib. 8. Etymolog. c. 9. dicens: Hinc apparet non esse in totum dubium, quod Poeta de Magica fœmina scripsit,

Vnde

A Vnde Virgin. Pharm.

Hæc, se carminibus promittit soluere mentes:
Nocturnosq; ciet manes, &c.

Prudentius quoq; de Mercurio, sic ait:

Traditur extinctas, sumpto moderamine virgæ,
In lucem reuocasse animas, &c.

Statius etiam, lib. 6. Thebaidos,

Tibia, cui suetum teneros deducere manes.

Consonat his quod tradit Abulensis. 1. Reg. 28. q. 25. Hebræorum communem fuisse credulitatem, quod arte Magica possent animæ suscitari. Sed opus nõ habemus testimonio Abulẽsis, cũ Iosephus, vetustate & grauitate paucis inferior, lib. 6. Antiq. c. 14. hoc ipsum vt certissimum supponat. Sed neque Iosephi indigemus testimonio, nam Deutorono. 18. in illis verbis, Non sit inter vos, qui diuinos consulat & quærat veritatem à mortuis, &c. satis insinuatur, posse fieri, vt arte Diaboli mortui reducantur, quò ventura prædicant.

Hebræi putabant arte Diaboli posse apparere animas. *Deut. 18.*

B

Tertiò, ad veram mortuorum exuscitationem, sicut & ad productionem viuorum, nihil videtur requiri aliud, quàm perfecta materiæ dispositio, ea enim dipositа, necessum est, vt forma introducatur: sed Diabolus, applicando actiua passiuis per motum localem, potest disponere materiam eodem prorsus dispositionis genere, quo primũ fuit C dispositа ad primam viuentis productionem, nam qualis illa prior dispositio fuerit, ipse optimè nouit, ergo potest facere veram mortui resurrectionem. 3. *Argum.*

Quartò: quia apparitio defuncti ad motum localem pertinere videtur, cum nihil sit aliud animam apparere, quàm loco, quem habet, deserto, ad alium deuenire: sed sic est quòd in his quæ ad motum localem spectant, nihil est quod Diaboli potentiam possit effugere, vt liquet ex S. Thom. 1. part. quæst. 110. artic. 3. & de Verit. quæst. 6. art. 3. & ex professo quæst. 16. de Malo. art. 10. nam & turrim suo loco motam in alium potest transferre, vt habetur in Rosa aurea. q. 4. super Euang. ergo poterit Diabolus vt appareat animas facere. 4. *Argum.*

Prodigia pleraque re ferũtur arte Diaboli facta. vide Pin. 262.1.p. Genes. 19. Exod.7.

Quintò: alia miracula, ac prodigia longè maiora, virtute Dæmonis effecta miramur: nam, referente D. Clemẽte in Itiner. Simon Magus faciebat canes loqui. Et Val. Max. lib. 1.c.5.&.8.dicit, simulachrũ Fortunæ, quod Romę erat in via Latina, fuisse aliquando loquutũ. D. August. de Ciuit. lib. 10.c.16.&.22.c.11. testis est, virginem Vestalem in vase perforato, idest, in cribro aquam de Tiberi asportasse. D. Tho. de malo. q.16.ar.9.ad.3. asserit, vxorem Loth per Diabolum, in salis statuã fuisse conuersam. Quid referam de Magis Pharaonis? quos fecisse muscas & ranas, & vertisse virgas in colubros & fluuios aquæ in sanguinem, refert scriptura. Porrò quid mirabilius, quàm vi Magiæ Lunam, * cœlestium planetarum (excepto sole) lucidissimum, cœlo detrahi & deduci, vt creditũ est ab antiquis * Expatiemur si libet, tantisper in re haud inutili & iucunda. Creditum est ab antiquis cantu, id est, incantatione lunã posse detineri & deduci: quare cũ vulgus timebat hoc, quatiebat cymbala, & strepitum magnum excitabat, ne Luna audiret incantamentum. A B

Lunã cælo deduci vi Magiæ.

Seraq; in extremis quatiuntur genibus æra.

Hæc sunt æra auxiliaria Lunæ apud Ouid. Vid. Mich. de Med. de Re. in D. fid. libro. 2. capitu. 7. Nec prętereundus est versus Martialis,

Quæ nunc Thessalico lunam deducere Rhombo, &c.

Rhombus, musicum est instrumẽtum, vt constat. Adde Propertium, eleg. 1. C

At vos deductæ quibus est fallacia Lunæ.]

Virgilius, Ecloga. 8.

Carminibus cœlo poteris deducere Lunam

Et Lucanus lib. 6. Pharsali.

Præcipiti deducta polo, Phœbeque serena, &c.

Et Ouid. de Medea sic:

Illa reluctantem cursu deducere Lunam
Nititur, &c.

Et Seneca in Hippolyto, Lunam alloquens, sic dicit:

Sic

A *Sic te, regentem frena nocturni ætheris,*
Detrahere nunquam Theſſali cantus queant.

Et Proſper.

Cantus & è curru Lunam deducere tentant.

Horum meminit D. Aug. lib. 18. cap. 18. de Ciu. & Viues ibidem. Quis iam inficiabitur, Diabolum animam ab inferis poſſe trahere, vt viuis appareat: poſtquam tam portentoſa prodigia ac prodigioſa portenta proprio marte & virtute valet facere.

FAteor argumẽta hæc fortia eſſe, ſed non veritate fortiora. Veritas autem eſt, virtute propria Diabolũ miracula nequaquam poſſe facere atq; adeò nec veras mortuorum apparitiones. Sanè miraculum eſt efficax diuinitatis argumentũ: ac proinde ſolius eſt Dei miracula facere. Tractat D. Tho. 1. p. q. 110. vſq; ad. 114. & 2. 2. q. 178. & 3. p. q. 43. & lib. 2. & 3. Contra Gentes, & in Diſput. de Verit. de Potent. & de Malo. Neq; id in Quodlib. & Opuſc. præterijt. Conſule Abul. 4. Reg. 2. q. 14. & Victoriam, Relectione de Magia. n. 19. Quos poſtquam conſulueris, hùc redibis, & me propoſitis argumentis reſpondentem inuenies.

V. Diabolus vi ſua non poteſt vera facere miracula, niſi illuſoriè &c.

Ad primum dico, aut illum non fuiſſe verũ Samuelem, aut non apparuiſſe virtute Diabolica, ſed diuina. Quoniã tamen ſtatim, in huius hiſtoriæ latiſsimo cãpo debeo paulo liberiùs expatiari. §. 8. nũc ad alia tranſeo.

C Ad ſecundum reſpondetur, apud antiquos ſapientes & catholicos nunquam fuiſſe receptum, quòd arte Diabolica mortui reuocari poſsint, niſi ſecundùm præſtigioſas ſenſuum illuſiones, vt per tranſennam (quod aiunt) modò vidimus, viſuri id ſtatim oculatiùs. Quòd verò vulgus ſibi nonnunquam perſuaſerit, Diabolum id poſſe facere, nullius argumenti, quod conſtans ſit, materiam ſuppeditat. Vnde quod Abulenſis & Ioſephus, imò quod Moyſes Deute. 18. referunt, ſolùm conuincit, vulgus illud Hebræorum id ſibi perſuaſiſſe, quòd oracula mortuorum poſſent conſuli, alicuius rei ſciendæ gratia. Tamen re vera nihil ab illis verum aut falſum expectandũ nobis eſt. Quare Nauclerus Volumine. 1. Generatione

Hebræi vulgò credebãt mortuos à Diabolo poſſe ſuſcitari.

24. §. Qua ratione homines Dii cœperũt nominari cũ. retu A
lisset, tria millia animarũ detineri in quodã viridario, in for
ma ac figura bestiarũ & animalium, statim dici, Deũ per-
mittere vt Dæmones id faciant, non secũdùm veritatem,
sed secundùm apparentiam, vt seducãt peccatores qui ser
uiunt creaturæ plusquám Deo. Ita Naucl. Ergo solus est
Diabolus, qui non per verum miraculum, sed per fallaces
& illusorias nęnias, simulans se animã hominis mortui es-
se, potest & solet responsa dare & apparere, &c.

Ad tertium negandum est, quòd possint Diaboli mate-
riam disponere ad eiusdem animæ susceptionem, imò nec
alterare, generare, corrumpere aliquo modo possunt, vt
latè tractat Abulen. super Exod. capitu. 23. quæstio. 68. B
& capitu. 31. quæstio. 12. Et colligitur ex Aristot. & Com
ment. 7. Metaphy. text. 28. S. Thom. de Veritat. quæst. 6.
artic. 3. vbi. copiosissimè & doctissimè loquitur. Fateor
quòd applicando actiua passiuis, possunt producere ig-
nem, formicam, equum, adde & hominem: vt si semẽ
hominis dormientis arreptum & celerrimè aduectum in-
funderent in vas muliebre: sanè sic producerent homi-
nem: non ita quòd diceretur Diabolus generare homi-
nem aut esse pater hominis, nam pater potiùs esset ille, à
quo semen illud effluxerat: sic namque factum est in Mer-
lino, qui ex incubo & succubo Dæmone genitus esse, per
hibetur satis veraciter. Verba sunt doctissimi Abulensis,
in Tractatu super locum Isaiæ, Ecce Virgo concipiet. nu. C
35. 36. & 37. Hac enim ratione contendũt D. Chryso. ho-
mil. 22. in Genes. Cassianus eius discipulus lib. 12. Collat.
c. 8. Philaster, & alij, Angelum non posse coire cum fœ-
mina; ita vt ipse verè generet: at aduecto hominis semi-
ne aliunde, vt dixi, non dubium est, Angelum posse gene-
rare. Vide Aug. lib. 15. de Ciuit. c. 23. De quo latiùs infrà. q.
9. Scholast. Præterea quantumuis Diabolus disponere pos-
set materiam, ad hoc vt necessariò introduceretur forma
muscæ, equi, hominis: at minimè posset disponere ad intro
ductionem eiusdem formæ, quæ semel extitit in tali ma-
teria, & nunc est iam aut corrupta aut abiuncta. Nam ne-
ces-

Applicãdo actiua passiuis põt Diabolus producere ignem, equũ, hominem, &c.

Merlin ex incubo, & succubo genitus.

A ceſſariæ eſſent eædem omnino diſpoſitiones numero, eadem actio, idem agens & alia accidentia quæ ſecundũ numerũ non poſſunt totius naturæ virtute reduci. Vnde meritò D. Aug. lib. 12. de ciu. c. 13. & S. Tho. 4. Cont. Gen. 82. rident illã doctrinã eorũ, qui aſſerebãt, poſt triginta ſex millia annorum (qui vocabatur ab eis annus maximus) reditu-ras, ac denuò futuras res omnes eaſdem numero, quæ iam ſemel corruptæ ſunt. Hoc dixere Platonici, præſertim Iamblichus, de quo latè Marſil. Ficinus, libro. 11. de Theologia Platonis. Vide Capr. 4. d. 43. Sot. ibid. q. 1. artic. 3. &. d. 44. q. vnica. ar. 1. Ferr. 4. Cont. Gent. c. 81.

Ann° maxim°. 36000. annorum.

Ad quartum reſpondetur, quòd licèt admittamus, per motum localem animas defunctorũ poſſe à Diabolo hinc inde tranſportari, quę eſt ſuę poteſtatis magnitudo: verumtamen Deus, quæ ſua eſt in prouidendo ſuauitas, minimè permittit totam, quam habet Diabolus, exercere poteſtatem: imò habet ipſum ceu miniſtrum ſuum, ad punitionẽ animarum deputatum, iuxta præſcriptum ſibi à Deo, ſummo iudice, modum & normam. Vnde Abulenſ. 2. Reg. 28. q. 24. ſic dicit: Cum Gregor. in lib. 4. Dialog. ſcribit, animas damnatorum per aerem interdum cum Dæmonum turba diſcurrere, illæ animæ non trahuntur pro libito Dæmonũ, ſed quia Deus iubet, &c.

B

Diabolus non poteſt animas hinc indetrahere.

VI. Canes, & lapides vno duorum modorũ loquũ poſſunt arte diaboli.

AD quintum, quod multa inuoluit, diſtinctè ac ſigillatim dicamus. Primùm, negamus, Canes, aut Fortunæ ſimulachrum lapideum vnquam fuiſſe vera loquutionẽ loquuta: ſed ſolùm illudebantur à Diabolo ſenſus aſtantium, vt viderentur ſibi loqui canes ac lapides, qui tanquam elingues & muti omninò tacebant. Aut dico, ipſummet Diabolum dediſſe canibus ac lapidibus nõ veram loquutionem, ſed ſonum quendam litterarum & articulatæ vocis ſimilitudinem: ita vt per motum localem collideret Diabolus aerem exiſtentem in gutture canum, & ſic formaret ſonos, quos volebat. Facit Abulenſ. ſuper Matthæ. capit. 25. quæſtione. 775. Sic in gutture aſinæ Balaam, efformauit bonus Angelus ſimilitudinem vocis humanæ: & in gutture ſerpentis,

C

Aſina Balaam, & ſer

pens in paradiso sine miraculo loqui potuerunt.

Diabolus, vt habet Diuus Thomas. 2. 2. quæstione. 165. articulo. 2. ad quartum. Quia verò, iuxta Abulensem, guttur requiritur, vt in eo formetur vox humana, existimo, non esse satis certum, quòd lapides hoc modo loquerentur, propter defectum organi intrinsecè requisiti ad talem vocum humanarum formationem: licèt Diuus Thom. de potentia. quæstione. 6. articulo. 5. ad tertium & quartum, & Victoria in illa Relectione, de Magia, numero 19. ad. 2. existiment, idem quod de canibus & asina Balaam, dici posse de lapideo Fortunæ simulachro. Præstat vt lapidem, per solam sensuum astantium illusionem, visum fuisse loqui dicamus. A

Virgo Vestalis in cribro perforato, aquam quomodo tulerit.

Ad id quòd de Virgine Vestali adducebatur, dicendum cum Sanct. Thom. de Pot. quæst. 6. articulo. 5. ad. 5. non esse absonum dicere, quòd Deus in commendationem castitatis, per angelos suos bonos, illud miraculum retentionis aquæ faceret. Quòd si Dæmon id fecit, sanè miraculum non fuit: nam quiescere & moueri localiter, ab eodem principio sunt: vnde, sicut Dæmones possunt mouere corpora localiter, ita possunt & à motu retinere: atque adeò potuerunt virtute sua aquam sistere, ne flueret. B

Vxor Loth in statuam Salis virtute Dæmonis.

Gene. 19.

Ad aliud dicendum, Sanctum Thomam non asserere, quòd illa vxoris Loth transmutatio in statuam salis, fuerit facta virtute Dæmonis: sed dicit, in casu quòd facta fuerit per Dęmones, tunc non per Dæmonem virtute propria, sed per ipsum, tanquàm per instrumentum diuinæ virtutis, facta est. Neq; verò est inconueniens, quòd illa transmutatio facta fuerit per angelos bonos: nam licèt C

Psalm. 77.

Gloss. ordin. ex August. super illum versum psalm. 77. Immissiones per angelos malos & Abulens. super Matth. capitulo. 15. quæstione. 508. &. 513. dicant, Deum punire

Deum punire ministerio malorum Angelorum.

Genes. 32.

Isai. 37.

ministerio malorũ Angelorum: nihil tamen inconuenit, quòd aliquando per bonos Angelos puniat, vt tradit S. Thom. in. 4. d. 21. q. 1. art. 1. quæst. 5. ex Dionys. c. 4. de diuinis nomi. id expressè asserente, vt Angelus qui percussit Iacob in fœmore, bonus erat: & similiter Angelus qui percussit castra Assyriorum, bonus erat. Porrò statuã illam salis,

A lis, Iosephus conspexisse se dicit. Vbi tamen prętermittendum est figmentum Hebræorum, quod in illo loco Gen. 19. refertur à Nicol. Lyrano.

Ad aliud de Magis Pharaonis, multi multa dicunt: ego pauca, sed vera referam. Sanctus Thomas de Pot. quęst. 6. articulo. 5. ad. octauum, ex Gloss. ibi Exod. 8. dicit, non fuisse veram conuersionem virgarum in serpentes, nec veras ranas: sed id effectum fuisse secundùm apparentiam tantùm, per prestigiosam illusionem. Diuus Augustinus, libro. 18. de Ciuitat. Dei. cap. 18. & libro. 3. de Trinitat. cap. 7. & 8. existimat veros serpentes, veraśq; ranas fuisse. Ceterùm id per miraculum non est effectum, nam hoc fecerunt

Magi Pharaonis tribus modis facere miracula poterant.

B Dęmones per aliqua semina collecta, quę habebant vim putrefaciendi virgas & materiam, & in serpentes & ranas conuertędi. Tertius modus, qui mihi plurimùm etiam placet, est ex Cœlio Rhodigmio libro. 4. capit. 29. cuius ista sunt verba: Non inficiabimur, potuisse Dęmones celeritate incredibili, virgis emotis, serpentes earum loco subijcere, vel aliunde allatos, &c. Cętera quę in argumento adducuntur, vno horum triuni modorum fieri potuisse, dicimus.

Lunam detinere ac sistere non potest Diabolus vi sua, nec terram cõmouere. &c.

Ad aliud de carminibus, seu incantationibus & veneficijs, quibus luna cœlo auferri & detineri credebatur ab antiquis, fateor ita creditum: sed ex dictis abundè constat, hęc sicut & alia, prestigiosè & per illusionem sensuum

C apparenter fieri, non verè. Prętereà licèt huiusmodi deductio ac detentio lunę ad motum localem spectare videatur, non admitto, à Dibolo fieri posse. Expressè Sanct. Thom. quęst. 16. de Malo. artic. 10. ad. 4. & 8. dicit, quòd neque corpora cœlestia neq; totam terram, quoniam hęc corpora excedunt eius virtutem, potest Angelus mouere localiter. Sed licèt, posset non admitto, Deum illi permittere primas & vniuersales naturę causas commutare: alioqui confusus & perturbatus totus iste sublunaris noster mundus videretur: cùm enim ab ordinatissimo solis lunęque motu totus pendeat, illis perturbatis, quis ordo & motus vitę nobis reliquus esse potest? Quæres

Quo pacto Diabolus possit imprimere species & immutare sensus nostros.

quid sibi vult id quod toties diximus, illusoriè & præstigiosè Dæmones facere miracula. Respondeo, id ipsos efficere imprimendo sensibus nostris species earum rerum, quas volunt nobis apparere, & quibus volunt nobis illudere. Cautè tamen hoc intellige, nam Diabolus immutare sensum nostrum aut phantasiam non potest, producendo formam aliquam aut speciem, & eam imprimẽdo: sed solùm componendo & diuidendo formas præexistentes; idque per quandam commotionem spirituum & humorum, quod latiùs explicatum videri debet in sanct. Thom. de Verit. quæst. 6. artic. 3. ad. 13. Id sanè contingit in somniantibus & phreneticis, qui non per receptionem nouarum specierum, sed per commotionem præexistentium, multa sibi videntur videre, quæ nõ vident. Illa verò commotio ad Localem motum reducitur: & ideò Angelo & Dæmoni subijcitur. Quod omninò videatur in S. Thom. 1. p. q. 111. art. 3. in corp. & ad. 2. A B

His præmissis, vt ad institutum nostrum iam tandem deueniamus: ex dictis summatim colligimus, veras defunctorum apparitiones (de quibus solùm loquimur, non de præstigiosis & illusorijs) diuina virtute posse fieri: nullo verò modo facultate, ac vi Diaboli. His ergo extra controuersiam positis, ad id deueniamus, super quo totus difficultatis cardo vertitur.

VII. Conclusio totius dubij resolutiua.

SIt prima conclusio: Animæ defunctorum viuis apparuerunt multoties, siue de cœlo siue de inferno locis veC alijs deuenerint: nam id in dubium nunc non vocatur. In gratiam huius conclusionis proferam quatuor testimonia illustriora, & circa quę non vno modo, sed multiplici * opinatum est ab antiquis. * Priùs tamen scito ex doctissimo Ioanne Arboreo, lib. 11. suæ Theosophias, cap. 20. Lutherũ nobis aduersari ea intẽtione in hoc negocio, quòd cũ ipse sacrum Missæ officiũ & sacrificiũ stirpitùs contendat euellere, contendit quoq; mortuorũ apparitiones penitùs infirmare: nam animæ ob id maximè ad nos remigrare solent, vt nostris eas iuuemus sacrificijs. Rursus Robertus Bellarm. lib. 1. de Purgatorio. c. 2. refert verba Lutheri,

A theri,lib.de Abroganda Missa priuata,dicẽtis, Meliùs esse in totum negare Purgatorium quàm credere Beato Gregorio referenti animarum apparitiones. Sed nos syrenum Lutheranarum cantus surda debemus aure præterire, vt ad intentum redeamus sermonem.]

Dubium, an sit vera defuncti apparitio, qua Moyses apparuit Christo in transfiguratione.

B PRimum testimonium est Matth. 17. de Moyse & Helia: qui cum ante multas annorum centurias iam olim defuncti essent, apparuerunt in transfiguratione Christo Domino, eique amicè & familiariter conuersati sunt. Quòd si quis aduersus hanc tàm illustrem apparitionem insurgere audeat, dicatque cum Hugone Cardinali super Lucam, cap. 9. Moysem & Heliam nõ verè sed imaginariè apparuisse in Christi transfiguratione; quod & Diuus Ambrosius, quem ibi adducit Hugo, docere videtur. Quin & aliqui glossulam illam Hugonis, desumptam dicunt ex D. August. libro. 3. de mirab. sacræ Scripturæ, cap. 13. quod S. Thom. 3. parte, quæstione. 45. artic. 3. ad secundum refert. Ad hoc omninò dicendum est, glossulam illam esse absurdissimam: sed neque est Diui Ambrosij, vt probè ostẽdit Syxtus Senen. lib. 6. Bibliothecæ, annot. 145. An verò sit desumpta ex Diuo Augustino, in dubium verti potest. Sanctus Thomas in illo loco docet, à quibusdam credi quòd sit D. August. in illo libro de mirab. sacræ Scripturæ: at liber ille non est Augustini. Sed sanè, siue liber sit Augustini siue non, hoc certum est, in toto illo libro Diui Augustini talem sententiam non reperiri. Quin potiùs oppositа continetur in libro. 3. capit. 10. vbi non imaginatis sed veris corporibus Moysem & Heliam apparuisse dicitur. Ergo vt temerariũ reijciendum est glossema illud, & indubitanter est asserendum

Matth. 17.

Quòd verè & visibiliter

Ter apparuisse Moysen & Heliam Christo.

Matth. 17. Marc. Luc.

rendum cum omnibus Patribus, & interpretibus, veros Moysem & Heliam comparuisse Christo. Et quamuis tacerent interpretes, loqueretur textus Euangelicus, Matthæi, Marci & Lucæ expressissimè asserentium, ipsum Moysen ipsumq; Heliam astitisse Christo, &c. Et ratio id suadet: nam inducti illi tanquam testes erant dominicæ transfigurationis: atq; adeò non fictè & simulatè, sed verè & realiter apparere debuerunt. Fateor quidem à plerisque dubitatum esse, an in corpore proprio, vel assumpto vel alieno apparuerint, de quo dicam ad finem huius §. 7. Verùm siue hoc siue illud asseramus, non tollitur apparitionis veritas: nam nos minimè de hominibus in proprio corpore, sed de animabus ipsis defunctorum, à principio perquirimus, an viuis apparuerint. A

Quòd Helias nõdum sit mortuus.

Alij, quò huius historiam apparitionis infirment, dicunt, Heliam non fuisse mortuum, sed neque Moysem. Et sic illæ mortuorum apparitiones minimè fuerunt. De Helia quidem, quòd adhuc viuat, tenent Patres innumeri, Hiero. August. Ambr. Greg. Epiph. Iustin. Irin. Tertul. D. Thom. Lyran. Abul. Caiet. & demùm omnes ferè interpretes Apocalypseos, quorum aliquos paulò post referam. Loca horum Patrum referre, mihi quidem pigrum, vobis autem non necessarium est. Quod vero ibi, 4. Reg. 2. dicitur, Ascendit *Helias* per turbinem in cœlum: nullus intelligat, in cœlum Empyreum. nam vox Hebræa pro, *In cœlũ*, ibi, verti potest, Versus cœlum, aut, Velut in cœlum, vt credibile est vertisse. 70. nam ad hanc versionem alludit Chrysostom. in Sermone de Ascensione Domini, ad fin. dicens: Nec quis arbitretur, quòd tanquàm in cœlum ascenderit Dominus, sicut Helias: sed ad cœlum ascendit. Et mox: *Helias* quidem tanquam in cœlum ascendit, nam seruus erat, Iesus autẽ in cœlum, nam Dominus erat. *Hoc ipsum* ad litteram sequitur Theophylactus, super Lucam cap. 24. in illis verbis, Et ferebatur in cœlum. Vide Honcalam Abulen. Canonicum, super Genes. capit. 5. Verum est quòd adhuc aliqui dubitãt de morte eius, vt etiam dicit Vatab. in scholio super cap. 4. Malachiæ. Sed nihil refert, nam B

4. Reg. 2.

Quod Helias non ascendit in cœlum, sed velut in cœlum.

C

A nam etiam communis Hebræorum traditio est, quòd viuat, victuruſque ſit vſque ad finem mundi. Vnde & ab Hebræis appellatur, ſeptimus ætatis humanæ cõtinuator. Septem enim viris, omnem, à mũdi principio vſque in finẽ, vitam humanam continuatã aſſerunt. Primus homo Adã: hunc vidit Mathuſalem: hunc Mathuſalemum, vidit Sem: & Sem vixit vſque ad Iacob: Iacob vſque ad Hamram, patrem Moyſi: Hamram durauit vſque ad Ahiam Silonitẽ: Ahias verò vſque ad Heliam: Helias autem vſque ad finẽ mundi. Sic refert Syxtus Senen. lib. 2. ſuæ Biblioth. verbo Helias prophera.

Septem viris cõtinuatur totum tempus mũdi ab Adã vſq; ad Antichriſtum.

Quòd verò Moyſes non fuerit mortuus, habent non
B pauci, nec obſcuri nominis interpretes. Primùm hoc refe runt Diuus Auguſtinus, Tract. 124. in Ioan. Abulen. ſuper Deuter. 34. quæſt. 3. Rupertus Abbas, lib. 2. de Trinitat. & operib. eius, ſuper Deuter. cap. 34. & pleriq́ue alij. Sed qui id affirmant unt D. Ambroſ. lib. de Cain, & Abel. cap. 2. Diuus Hilarius in Matth. 17. can. 20. Ambroſ. Cather. ſuper Gene. in illa verba: Plantauerat Dominus paradiſum: & Ioannes Arboreus lib. 11. ſuæ Theoſophiæ, capitu. 11. Et idem Cather. in illa etiam verba Gene. 3. Collocauit ante paradiſum Cherubim, ait, Moyſem vnà cum corpore viuentem fuiſſe translatum in paradyſum voluptatis, vt ibi vſque ad conſummationem ſeculi viueret cum Enoch,
C Helia & Ioanne. Fauet Ioſephus lib. 4. Antiquit. cap. 8. & vide Genebrardum, in Chrono. Niti autem hæc doctrina videtur quatuor coniecturis. Prima eſt, quòd ſimul cũ Helia viuus apparuit Chriſto, in trãsfiguratione. Hãc adducit Ruper. c. 22. ſuprà. Secũda eſt, quæ mouit D. Ambro. quia dicitur Deutero. 34. ſecundũ translationẽ. 70. Mortuus eſt Moyſes per verbũ Dei. Et quia dicit, Per Verbũ Dei, quod quidẽ Verbum nõ eſt lapſus, mors & ruina, ſed potiùs fundamẽtum rei & vita rerũ; nã in ipſo vita erat, &, Apud eũ eſt fons vitæ: idcircò non eſſe mortuus, credi poteſt. Tertia eſt, quæ mouit Diuum Hilarium, quia in cap. 11. Apocaly. dicitur, Dabo duobus teſtibus meis, & prophetabũt, &c. his autẽ duobus teſtibus, Beſtia quæ aſcẽdit de abyſſo, per

Opinio Ambroſ. & Hilar. & aliorum quòd Moyſes nõdũ obierit.

Argumẽta huius ſent. Primum. Secundum. Deut. 34. Ioan. 1. Pſalm. Tertium. Apoc. 11.

per quam Patres intelligunt Antichristum, mortem infer- A
re debet. Vnde fit adhuc diem non obijsse, nam tunc interimendi sunt. Quòd verò sit duo isti testes Moyses & Helias, apparet, propter id quod eodem cap. dicitur: Hi habent potestatem claudendi cęlum, ne pluat, &c. qua verborum periphrasi Helias significatur, cuius illud fuit insigne, claudere, scilicèt, & aperire cęlum ad pluuiam. 3. Reg. 18. & Iacob. 5. Et mox: Et potestatem habent super aquas, conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga. quibus verbis, præter Moysem, nullus valet intelligi, vt ex. cap. 7. Exodi prespicuè colligitur. His adde quartam coniecturam, videlicèt, quòd, vt refertur Deuter. 34. non cognouit homo sepulchrũ eius, vsq; in pręsentem B diem: videlicèt locum in quo sepultus & tumulatus fuerit. Quo insinuatur, mortuum non fuisse, sed potiùs raptum, sicut Enoch & Helias rapti sunt.

3. *Reg.* 18. *Iacob.* 5.

Exod. 7. *Quartum.* *Deut.* 34.

Veruntámen ab hac opinatione non possumus non vehementer dissentire: nam ipsa sacra pagina luce clariùs dicit, Mortuum fuisse Moysem: nam Deut. 4. sic habetur, Ecce ego moriar in hac humo, non transibo Iordanem, &c. 34. Mortuusque est ibi Moyses, seruus Domini, in terra Moab, iubente Domino, & sepeliuit eum in valle terræ Moab, &c. Mortuus est ergo & à Deo ipso sepultus, quod non modicam laudem parat Moysi, quòd Deum ipsum habuerit quasi sacristam & sepultorem, funeris officia exequentem: quod ponderat Abulen. in Deut. cap. 34. quæst. 3, Verùm id Deus exequutus est ministerio Angelorum, vt tradit D. Epipha. libro. 1. contra hæreses. tomo. 1. secta. 9. circa fin. contra Samaritas. Dicunt verò aliqui ex Rabbinis, mortuum quidem illum fuisse, sed statim resurrexisse, & ideò eius sepulchrũ agnouisse neminẽ. Rursus Iosue. 1. dilucidè eiusdem Moysi mors exprimitur, Moyses seruꝰ meus mortuus est, surge & trãsi Iordanẽ, &c. super quæ verba, Abulen. q. 5. eliminat errorẽ quorũdã, qui asseruerũt, Moysem fuisse dãnatũ, quia ad aquas contradictionis peccauit. Et. q. 7. contẽdit, & nec ad purgatoriũ nec ad infernum descenderit, sed in sinum

Vera sent. quod fuerit mortuus. *Deut.* 4. & 34.

quòd Deus illum sepelierit.

C

A in sinum Abrahæ continuò atque mortuus est descendit. Demùm, quòd mortuus fuerit, ex mille alijs scripturæ locis liquidò colligitur, quæ congessit Abulen. super Deute. c. 34. q. 3. & Rupertus suprà, vbi & dicit Abulen. non fuisse relictum inhumatum ipsum Moysem. Nam inhumatũ relinqui est grauis & acerbissima pœna: videlicèt relinqui expositum ferocium alitum morsibus laniandum. Et hoc non tantùm apud mundanum & profanum vulgus, id est, apud Gentiles, quod tradit Seneca lib. de Remedijs fortuitorum; sed & apud sacras literas, nam Hiere. 22. minatur Deus Regi Ioachim sepultura asini sepeliendum, id est, non sepeliendum.

Moyses nec ad infernũ, nec ad purgatorium descendit.

Insepultũ relinqui, grauis pœna.

Hier. 22.

B Ad leues itaque illas coniecturas labefactandas, non opus est calamũ aut ingenium acuere. Nam primò quòd in transfiguratione Christo apparuerit, non tollit quin mortuus iã olim fuerit. Nam quis nesciat, facillimũ Christo fuisse, ipsum Moysem ab inferis reuocare & adeuehere, quo eius transfigurationi astaret? Porrò maius ponunt isti & sine causa miraculum, quam nos ponimus: nam dicunt, ad hunc vsque diem viuum seruari Moysem: nos verò mortuum quidẽ fuisse, sed virtute Dei apparuisse. Apparitiones autem vt non tàm magnum & insolitum miraculum, sæpissimè factas scimus: ac præseruatio à morte, per tot sæcula, paucis aut nulli accidit.

Ad. 1.

Matt. 17.

Ad secundam coniecturam dicimus, illam particulam, C *Per verbum Dei*, nihil aliud significare, nisi quòd Moyses defunctus fuerit, iuxta verbum & promissum Dei: fuerat enim comminatus, quòd priusquam terram ingrederetur promissam, moriturus esset. Quod si legatur, illo loco, Iubente Domino, vt habent vulgati codices, minùs habet apparentiæ opinio D. Ambr. nam tunc significatur quod Deus iusserit eum mori. Itaq; mortuus est Moyses, vi iussionis diuinæ, seu, vt habet Caiet. super illum locũ Deute. 34. ex vi & efficacia verbi, quo dixit Deus, Ascẽde in montem & morere ibi, quod dictum fuerat Deute. 32.

Ad. 2. Quid est Moysem fuisse mortuum per Verbum Dei.

Deut. 34.

Deut. 32.

Ad. 3. Duo testes de quibus in Apoc. c. 11. qui sint.

Ad tertiã dico, D. Hilar. in illa sententia singularẽ esse: nam cæteri scriptores vno ore fatentur, duos illos testes, de

de quibus loquitur Ioannes in *Apocalyp.* futuros Enoch & Heliam. Ita habet Glossa ordinaria, & Dionysius Carthu. in illum locum Apocalyp. 11. articul. 12. & Collectaneorum in Apocalyp. author, qui est Cælius Pannon. & Isid. Clar. Vatab. Hugo Card. Sanctus Thomas, Beda, Anselmus, Ansbertus, Haimo, Rupertus, & Ricardus, qui super Apocalyp. scripserunt. Ideò Arethas, seu mauis And. Cęsarienſis Episcopus, in illum locum Apocalyp. 11. c. 30. hanc esse communem traditionem omnium præconum Christi, inuiolabiliter in Ecclesia receptã, dicit. Vnde negandum est, quòd vnus illorum duorum testium, futurus sit Moyses. A

Ad quartũ quòd nullo vnquam cognouit sepulchrum Moysi.

Ad vltimam dico, non casu, sed magno consilio effectum fuisse, vt nullus mortalium cognouerit sepulchrum Moysi. Nam si Hebræi corpus Moysi præ oculis aut manibus haberent, diuinos ei honores impenderent, cui tãta magna & incredibilia beneficia accepta referebant: quod dicit etiam Diuus Chrysostomus, homilia. 1. in Matthæum. Et hæc est pugna illa & altercatio, quam Beatus Iudas prodidit in sua Epistola. Nam Angelus Michael corpus Moysi, ab Hebræorum oculis abiungere & occultare nitebatur, vt occasionẽ illis idololatriæ præriperet. Contrà verò Sathan illud reuelare & detegere, vt materiam eis idololatriæ ministraret. Scire etiã curiosiores debent, Diuum Clementem, Alexand. libro. 6. Strom. allegare visionem quandam Iosue & Caleb, qui Moysem, dum assumeretur, viderunt inter Angelos gloria illustratum. Caietanus super Deuterono. 34. dicit, corpus Moysi visibiliter ad profundam vallem, quæ infernè posita erat, vectũ per aërem, & nubes quædam operuit aliquantum spatium vallis illius. Oecumenius & Arethas super Iudam, existimant altercationem illam Diaboli cum Moyse, inde ortã esse, quòd causa Moysi, recèns mortui, apud Deum delata, Diabolus producebat in iudicium crimen Moysi, quòd Ægyptium interfecisset, & propterea non permittebat vt honorificam Moyses adsequeretur sepulturam. Sed multùm licèt Doctores secum hac in parte dissentiant, in hoc tamẽ vnum B

Pugna Diaboli, & B. Michaelis super corpore Moysi.

C

Exod. 2.

vnum

A vnum conſpirant, quòd Moyſes verè fuerit mortuus, quodque Chriſto in monte apparuerit. *Apparere* itaque mortui viuentibus poſſunt & ſolent.

* Sed de corpore, in quo anima Moyſi apparuit, addubitabit quiſpiam. Sanctus Thomas. 3. parte, quæſtione 45. articulo. 3. ad ſecundum. quòd non in ſuo proprio, ſed in aëreo, ſicut *Angeli* apparere ſoliti ſunt. Idem Lyranus Matthæi. 17. & Abulenſis ibi, quæſtio. 54. & 55. Quòd verò in proprio, tenet ſatis perſpicuè Diuus Hieronymus Matthæi. 17. *Auguſtinus*, de Mirabil. ſacræ Scripturæ, cap. 10. Soto. 4. diſtinctione. 43. quæſtione. 2. articulo. 1. ad ſecundum. Et hoc vt credam adducor facilius, nam difficulter intelligo, quo pacto anima aëreum poſſit corpus B aſſumere, ſicut aſſumit *Angelus*, cui per motum localem omnia obediunt. Et item, quia ſic pleniùs explicatur quòd verus Moyſes apparuit Chriſto, ſi quidem in propria anima & proprio corpore apparuit. *Adde* his rem ſcitu dignam. Tertullianus libro. 4. contra Mart. cap. 22. & contra Praxeam, cap. 14. & Irenæus, libro. 4. contra hæreſ. cap. 39. & fauet Cyrill. Hieroſolym. catacheſi. 10. & Origenes Homilia. 12. in Exod. cenſent, in transfiguratione expleuiſſe Deum quòd Moyſi promiſerat, Exod. 33. petenti, Oſtende mihi faciem tuam, os ad os loquar ad eum, ſcilicèt, in monte Thabor.]

* *Moyſes in quo corpore apparuit.*

Nota maximè.

Exod. 33.

Alterum testimonium de vera Samuelis iam demortui apparitione.

A

VIII. Tractatur latissimè, & diligentissimè hoc testimoniũ.

SEcundum, ipsumque perquam illustre & celebre testimonium, ad comprobandas veras mortuorum apparitiones, est quod refertur. 1. Reg. c. 28. de Diuo Samuele. Vt autem distinctiori in re hac excutienda, ordine procedamus, verba ipsa sacræ paginæ primum omnium producenda, & deinde examinãda sunt. Locus ergo vt à me referatur & explicetur, attentum lectorem & auditorem desidero: multa enim paucis complectar, & rem inter multos adhuc indecisam succinctis rationibus concludam. Igitur post enarratam mortem Samuelis, & descriptum metum pauoremque Regis Saul, circundati à castris Philisthinorum, sic dicitur.

B

Recitatur totus locus. 1. Reg. 28.

Consuluitque Saul *Dominum, & non respõdit ei, neque per somnia neque per sacerdotes neque per prophetas. Dixitque Saul seruis suis: Quærite mihi mulierem habentem pythonem, & vadam ad eam & scisscitabor per illam, &c.* Et infrà. *Dixit Saul ad mulierem, Diuina mihi in Pythone, & suscita mihi, quem dixero tibi.* Et infrà, *Dixitque ei mulier, Quem suscitabo tibi? Qui ait, Samuelem mihi suscita, &c. Cum autẽ vidisset mulier Samuelẽ, exclamauit voce magna, & dixit ad Saul: Quare imposuisti mihi, &c.* Et mox: *Deos vidi ascendentes de terra.* Et post pauca, facta exuscitatione (quanuis quæ hic prætermitto difficilia sunt, fateor, sed mea nõ interest eorum sensum pandere.) *Et intellexit Saul, quòd Samuel esset, & inclinauit se super faciem suam in terra & adorauit. Dixit autem Samuel ad Saul: Quare inquietasti me vt suscitarer? Et ait Saul, Coarctor nimis: siquidem Philisthijm pugnant aduersum me, &c. Vocaui ergo te, vt ostenderes mihi, quid faciam. Et ait Samuel, Quid interrogas me?* Et mox: *Dabit Dominus etiam Israel tecum in manus Philisthijm: cras autem tu & filij tui mecum eritis. Statimque Saul cecidit porrectus in terram, extimuerat enim*

C

verba

A *verba Samuelis, &c. Et dixit mulier ad Saul, Ecce obedivit ancilla tua voci tuæ, &c.* Et hactenus de cõtextu sacrę paginę.

D. *Aug.* à quo, lætis auibus, initium dicendi facere libitum est, dubius animi plærunque hæsit in huius apparitionis explicatione. Principio autem, libro. 2. Quæstionum ad Simplicianum. q. 3. tomo. 4. postquàm multa hinc inde discussit, tandem in eam declinat partem, vt dicat, non fuisse verum Samuelem, qui Sauli apparuit: sed aliquod phantasma (ait) & imaginariam illusionem, Diaboli machinationibus factam. Et subdit: Quam propterea scriptura nomine Samuelis appellat, quia solent imagines, rerum earum nominibus appellari, quarum imagines sunt. *D. Aug. totus dubius vbiq; est super hac Samuelis apparitione, Genes.*

B Quis enim, qui hominem pictum videt, dubitet vocare hominem? Veluti cum intuentes tabulam, aut parietem, dicimus: ille Cicero est, ille Sallustius, ille Achilles, ille Hector, hoc flumen Simois, illa Roma, &c. Et Pharao, spicas se dixit vidisse in somnijs & boues: non spicarum aut boum imagines. Hæc August. Quilib. de. 8. Dulcitij quęstionibus, quęst. 6. eandem repetit ad verbum sententiam. Et lib. Quæstionum vet. & no. Testament. quæst. 27. apertiùs exprimit mentem suam, dicens: Quomodò fieri poterat, vt arte Magica attraheretur vir & natiuitate sanctus, & vitę operibus iustus? Aut, si non attractus est, consensit: quod vtrunque de viro iusto credere, absurdum est. Si enim inuitus adductus est, nullum suffragium habet iustitia: si autem voluntarius, amisit meritum spirituale. Et subdit: Porrò autem hoc est præstigium Sathanæ, quo, vt plurimos fallat, etiam bonos in potestate se habere confingit. Hæc ibi. Et statim tractans, quomodò Saul adorauit phantasma illud, subdit: Alium adorauit quàm Deum, & putans Samuelem, adorauit diabolum, vt fructum fallaciæ suæ haberet Sathanas. Hoc enim nititur vt adoretur quasi Deus. Si enim verè Samuel illi apparuisset, non vtique vir iustus permisisset se adorari, qui prædicauerat Deum solùm esse adorandum. Et quomodò homo Dei, qui cum Abraham in refrigerio erat, dicebat ad virum pestilentię, dignum ardore Gehennę, Cras mecum eris? Hæc ibi: Et id

Rationes Augustini fortissimæ ad suadendum quod non fuit verus Samuel.

repetit libro. 2. de Doctrina Christiana. capit. 23. Et no- A
uas adducit rationes, libro. 2. de Mirabilibus sacræ scrip-
turæ, capit. 11. dicens: Qualiter Samuel à Pythonissa sus-
citari dicitur, dum Pythonissa dęmoniacis incantationibus
& præstigijs vti videtur? Et quomodò Saul, qui in viuen-
tibus prophetis, Dei responsum non inuenit, resuscitatum
2. Cor. 11. à morte prophetam audire meruit? Vnde non hunc esse
Samuelem illum prophetam, per factum facilius intelli-
gitur: sed diabolum, qui se transfert in Agelum lucis, &c.
Hæc August. Quamuis postremus iste liber, à quibusdam
negetur esse Augustini.

Amplexati sunt hanc eandem sententiam Diuus Hie- B
ron. libro. 1. Coment. in Matth. capit. 6. in fine dicens: In
Alij Docto Samuelis phantasmate Pythonissa loquitur ad Saulem,
res qui te- cras mecum eris. Et super Ezechie. capit. 13. in illa verba,
nẽt etiã, nõ Et tu fili hominis. Et super Isai. capit. 7. in illa verba, Adie-
verè Samue cit Dominus loqui ad Achaz, quamuis non tàm apertè.
lẽ apparui- Et Iustin. quæst. 52. ad gentes, & Rupertus Abbas, libro.
sse. 2. de Trinit. & operib. eius, super lib. Reg. capit. 17. ex
August. ferè verba mutuatus. Et Gloss. ordin. 1. Reg. 28.
& super capit. 29. Isai. Franciscus etiam Vatab. 1. Reg. 28.
Et Cornel. Iasen. super Eccle. cap. 46. hanc dicit esse pro-
babiliorem. Paulus etiam Burg. eodem. c. additione. 2.
quem Rabbi Paulum appellat & adducit ad hoc propo-
situm Dionysius Carthu. super. 1. Reg. cap. 28. articul. 47. C
Et dicit Burgen. oppositam sententiam esse Iudęorum,
qui nimium adhærent literæ, & dicunt Moysem & Samue
1. Reg. 28. lem simul apparuisse, ex hoc quòd Pythonissa dixit in plu-
rali, Deos vidi ascendentes de terra. Quod dixit Rabbi Sa-
lomon, vt eum allegat Abulen. super. 1. Reg. cap. 28. quæ-
stion. 22. Idem dixit Rabbi Dauid Camhi, vt ibidem re-
fert, & alij, vt in Galatino libro. 6. de Arc. cap. 8. de quo
plurima in Abulens. Repetit. de Beata Trinitate, nuin. 42.
& 67. Idem tenet Mathias Felisius in Elucidatione. 1. præ-
cepti, & Turrecr. c. nec mirum. 26. quæst. 5. & Ioannes Ar-
boreus, libro. 17. Theosoph. c. 5. tandem hæc videtur esse
Ecclesiæ determinatio, in. c. illud. 26. q. 2. & c. nec mirum.
26. q. 5.

A 26.q.5. vbi expresè dicitur, non esse Samuelem, sed eius imaginarium phantasma.

Alter modus dicendi est, quem refert Histor. Scholast. cuius author est Petrus Comestor, & Dionys. suprà, & Hugo Cardin. super 1. Reg. cap. 28. quòd non verè anima Samuelis fuerit euocata: sed eius corpus fuerit exhumatum, & in propriam figuram attractum ad Pythonissam & Saulem: & hæc, inquiunt, est causa, ob quam potuit cognosci esse Samuel, ille qui apparebat, quia erat verũ eius corpus. Hoc dicit Paul. Burgen. suprà, Additione. 2. Et ad hoc spectat propositum, quod idem Hugo, & prius Hist. Scholast. in 1. lib. Reg. cap. 25. & Diony. referunt, esse sen

B tentiam Nicromanticorum, non posse corpus aliquod illa arte suscitari, nisi recenter mortuum, & adhuc integris vitalibus. Samuel autem recenter mortuus videbatur, nã eodem cap. 28. dicitur mortuus.

Secũda sẽt. quòd nõ anima Samuelis, sed corpus tantũ apparuerit.

Tertius modus dicendi est eorum, qui in hac hærent salebra & ancipiti mente vacillant: nam dicunt, vtrunque modum dicendi probabilem esse, quia vtrunque videtur Augustinus probabiliter sustinere. Sic procedit Eucherius Episcopus Lugdun. in quæst. super libr. Reg. dicens: Aut falsam umbram diabolus ostendit, aut si fuit vera; tantum ei licuisse credendum est, quantum à Domino permittente concessum est. Sic procedunt etiam D. Isid. lib. 8. Etym. cap. 9. dicens: Si credere fas est de Pythonissa, vt

C prophetæ Samuelis animam de infernis euocaret, si tamẽ animam prophetę fuisse credamus, & non aliquam phantasmaticam illusionem. Rabbanus etiam, & Hugo Card. dubij sunt in hac parte. Dubius etiam S. Thom. 1. parte, quæstione. 89. artic. 8. ad secundum. & 2. 2. quæst. 174. art. 5. ad quartum, & Beda expositionis in Samuelem libro. 4. capit. 7. Isidorus etiam Clarius dubitat, & Hist. Schol. suprà, Matthias Dornig. 1. Reg. 28. in fine. Nauclerus Volumine. 1. Chronographiæ, Generatione. 32. & Martinus Martin in suis hypotyposibus, libr. 9. Regula. 21. & Ioan. Arbor. libro. 11. Theosoph. capit. 20. quanuis suprà alteram astruxerit.

Tertia sẽt. quorũdam, qui nõ audẽt id diffinire, sed vtrunque putant probabile.

Quarta sẽt. Vera, quòd verè anima Samuelis apparuerit Sauli.

Vltimus tandem modus rem hanc explicandi, est, vt proculdubiò asseramus, verum Samuelem, hoc est, eius animam à limbo patrum, vbi in sinu Abrahæ iam quiescebat, reuocatam & apparuisse Sauli. Nec est quod opponat Paulus Burgen. non esse aliquem de Doctoribus Ecclesiæ approbatis, qui hanc partem teneat. Nam in primis Diuus Augustinus præter quàm quòd locis citatis ambiguus potiùs, quàm assertor videtur: tandem lib. de Cura pro mortuis agenda, capit. 15. tom. 4. perspicuè loquitur. Nam cùm de veris mortuorum apparitionibus eò loci & tẽporis loqueretur, inducit in huius veritatis probationem apparitionem Samuelis, dicens: Nam Samuel propheta defunctus viuo Sauli etiam Regi futura prædixit. Et adducit Augustini testimonium, quod habetur Eccle. 46. de quo inferiùs: quanuis subiungat, aliquos de hac apparitione Samuelis addubitasse. Nicolaus etiam Lyran. huic subscripsit sententiæ. 1. Reg. 28. & item Abul. super eodem cap. quæst. 28. & in Repetitione de B. Trinit. num. 73. & Dionys. Carth. 1. Reg. 28. art. 47. Petrus Galatinus, lib. 6. de Arcanis cath. verit. cap. 8. Caiet. ibi. 1. Reg. 28. Gaspar Casalius, libro. 4. Axiomatum, Disputatione. 1. cap. 3. Fauent ex nostris Magistris, Victoria de Magia, quæst. 5. numer. 19. ad primum. Michael de Palac. in Iai. Prolog. 2. fol. 9. pag. 1. A nobis est etiam grauissimus Iudæorum scriptor Iosephus lib. 6. Antiq. c. 14. Nec D. Tho. contradicit: nam. 1. p. q. 89. ar. 8. ad. 2. dicit. Si authoritas libri Ecclesiastici recipiatur, dicendum est quòd verè Samuel apparuit Sauli. At certè authoritas libri illius sacrosancta est & irrefragabilis, præsertim nostris temporibus, etiam si inter Canonicas scripturas apud Hebræos non computetur: quoniam liber ille non censetur communiter (licèt alij reclament) Hebraicè conscriptus.

Locus scripturæ Eccle. 46. quo dicitur fuisse Samuelẽ qui apparuit.

Sed iam videamus, quis sit locus iste Ecclesiastici, cuius tam sæpè mentionem fecimus. Igitur. c. 46. libri huius in fine, cũ de Samuele multa dicantur, ab illo loco, Dilectus à Domino Deo suo Samuel propheta Dñi, &c. Tandem hisce verbis, Samuelis encomia terminantur: *Et post hæc dormiuit, & notum fecit Regi, & ostendit illi finem vitæ suæ.*

Et

A Et quamuis authores primæ opinionis dicant, vocari hoc loco Samuelem, qui re vera non erat Samuel, sed Dæmon, qui eius faciem & laruam referebat: sed tamen adeò ad verum Samuelem loquitur consequenter, vt probabilis mihi non sit opposita opinatio.* Adde quod 1. Reg. 28. dixit ille qui apparuit, Faciet tibi Dominus sicut loquutus est in manu mea, & scindet regnum tuum. Sed hæc verba prædicta sunt à Samuele. 1. Regu. 13.] *

1. Reg. 13. IX.

VErùm, quòd firmiùs & altiùs hæc nostra sententia omnium mentibus hæreat, videamus quid dicendum sit ad insignes illas coniecturas, quibus in verbis D. Augustin. nostra hæc impetitur arbitratio. Quod primò asserit B Aug. lib. Quæst. vet. & no. test. q. 27. (si liber est suus) quomodò fieri poterat, vt arte Magica attraheretur vir tam sanctus? Soluitur si ex eodem Augustin. quæst. 3. ad Simplicianum, libro 2. & ad Dulcitium quæst. 6. hæc verba mutuemur, Si hoc, inquit, mouet quòd licuerit maligno spiritui excitare animam iusti, & tanquam de abditis mortuorum receptaculis reuocare: nonne magis mirandum est, quòd Sathanas ipsum Dominum assumpsit & constituit super pinnam templi? Nisi fortè quis dixerit, faciliorem Diabolo fuisse licentiam ad Deum viuum, vnde voluit assumendum, & vbi voluit constituendum, quàm ad Samuelis defuncti spiritum à suis sedibus excitandum. Quòd si illud ex Euangelio nos ideò non perturbat, quia Dominus voluit atque permisit, nulla diminutione suæ potestatis & diuinitatis id fieri: non est absurdum credere, ex aliqua dispensatione diuinæ voluntatis permissum fuisse, vt non inuitus, nec dominante aut subiugante magica potentia, sed volens atque obtemperans occultæ dispensationi Dei, quæ & Pythonissam illam & Saulem latebat; consentiret spiritus prophetæ sancti, se ostendi aspectibus Regis, diuina eum sententia perculsurus. Hæc Augustin. Quæ tu verba, si æqua trutina expenderis, lector, videbis omnes ferè, quæ sese tibi obijcere poterant, difficultates facilè superatas. Nam ad aliud, quod ibi statim sequitur in Augustin. suprà

Argumẽta oppositæ sẽtentiæ soluuntur. Ad. 1. Resp.

Quòd nõ est incõueniẽs Diabolum attraxisse Samuelem, si quidẽ Christum portauit, &c. Matt. 4.

quæst. 27. liquet, non inuitum sed voluntarium apparuisse, A
vt ex verbis nunc allegatis August. referebam.

Ad. 2. Cur permisit Samuel se à Saule adorari.
1. Reg. 24. & .25.
3. Reg. 1.

Porrò aliud præsidium, quo opposita sententia recumbebat, facilè diruitur, si dicamus cum Abulens. Samuelem minimè permisisse adorari se adoratione latriæ, quæ ad Deum pertinet, sed reuerentia quadam humana. Nam sic paulò antè. 1. Reg. 24. Dauid adorauit Saulem, &. c. 25. Abigail Dauidem, &. 3. Reg. 1. Nathan etiam Dauidem, quod adducit Lyra. suprà. Aut, si placet, dicamus cum Galatino, lib. illo. 6. capit. 8. non dici in sacro textu, quòd Saul Samuelem adorauit, sed solùm quòd adorauit, nempe Deum tunc & non Samuelem. Sed primum præstat. B

Ad. 3. Cur Samuel dixit Sauli, Cras mecũ eris. Luc. 16.

Tertium obiectorum, quod mouit Rupertum, id erat, cur Samuel dixit Sauli: Cras mecum eris? Qua enim ratione, cum magnum inter pios & impios, vt ille dixit, sit in alio seculo chaos, erant simul futuri Saul & Samuel. Omnes vno modo huic satisfdant obiectioni, quos sequitur Mich. de Palat. super Isai. prolog. 2. dicendo, illud verbum, Cras mecum eris, ad parem, non loci, sed mortis conditionem referri. Cras mecum eris, id est, cras mortuus eris, quemadmodum & ego, ingredieris viam vniuersæ carnis, vt dixit Iacob. Nam in hũc sensum accipi debet quod Iob dixit, Nunc autem dormiens silerem cum regibus & cum principibus terræ, id est, par essem illis in decessu & sepultura, &. c. C

Genes. 48. Iob. 3.

Opinio Rabbinorum, ꝙ Saul saluus factus est.

Scio hoc conuictos testimonio, scilicèt, cras mecum eris, quosdam Hebræorum doctores autumasse, Saulem saluatum iri, & Samueli supparem fuisse in alia vita, in sinu Abrahæ tunc, nunc verò in gloria. Hoc refert Abulen. 1. Reg. 31. q. 10. ex Rabbi Dauid Camhi & ferè ex Nicolao Lyrano, qui ait, non inuenisse se contrariam determinationem. Et dicit Matthias Doring. in replica. 2. ad. 1. Reg. 28. esse adhuc sub iudice. Iosephus lib. 6. Antiquit. c. vltimo, in cęlum vsque extollit Saulem, deq; fortitudine, magnanimitate, iustitia insuper & prudentia in gubernando eum laudat. Nam cum, prædicente Samuele (ait Iosephus)

A phus) mortem sibi imminere cognosceret, non fugit, nec amore vitæ, suum exercitum prodidit inimicis: nec regiæ contumeliã intulit dignitati, sed potiùs cũ omni domo & filijs semetipsum tradidit, & c. Et mox: Is ergo & iustus, & castus & fortissimus mihi esse videtur, & c. Alij ex Hebræorũ doctoribus itidem dicunt, quòd tanquàm gaudens de diuina iustitia, ipse cũ tribus filijs ad suam ipsorumq; mortem, cuius præscius erat, ob defensionem populi Dei prudẽter & studiosè cucurrerit, vt in Galat. suprà. *Saulis laus ex Iosepho.*

Quòd si his duo opponamus: primum quidem, quòd desperauerit Saul pergens ad bellum, in quo certò sciebat, reuelante Samuele, vincendum se esse & occidendũ. *Duplex obiectio aduersus Iudæos.*

B Secundum, quòd seipsum gladio interemerit: quorum vtrumque finale peccatum cum eius salute directè pugnat. Ad primum horum dicunt nonnulli, vt in Abulens. 1. Reg. 28. quæst. 47. & ita dicendum est, Saulem non desperasse, sed potiùs laudabiliter se gessisse procedendo ad bellum fortiter, quantumlibet infortunati exitus & mortis suæ esset præscius. Quin quæst. 46. contendit, non solùm laudabilem, sed necessariam & obligatoriam fecisse rem Saulem ad bellum progrediendo, licèt mortis suæ esset conscius: quia ex officio Regio, quo fungebatur, tenebatur pugnare pro Israel.

Ad secundum sunt qui dicant, non peccasse Saulem interficiendo seipsum, vt videre licèt in Diony. Carth. super. 1. Paralipom. cap. 10. artic. 10. Et quidem hoc videtur tenere Lyran. cuius rationem adducit & excutit Abulens. 2. Reg. cap. 31. quæst. 9. Est ergo ratio, quia in ignominiam Dei Israel, & in diminutionem cultus eius, cuius ipse Saul publicus erat minister & vicarius, cederet, si ab inimicis Philisthæis occideretur: præstãtius ergo fuit & laudabilius se vt ipse interficeret. Sic ait August. 1. de Ciuit. cap. 27. aliquas sacras virgines sibi ipsis mortem intulisse, ne in virtutis & castimoniæ contumeliam inq; propriam ignominiam à Barbaris constuprarentur. Sic sanctus Razias. 2. Machab. 14. turbis irruentibus in eũ, gladio se ipsum petijt, eligẽs nobiliter potiùs mori, quàm subdi hostiũ manibus. Et *An peccauerit Saul interficiẽdo seipsum.* *Opinio Lyr. & Galat. quod non.* *2. Mach. 14*

hoc ipsum tenere videtur Galat. suprà. Verũ quoniã non A
omnes quæ ex hac difficultate emergũt dubitationes, sunt nobis examinandæ, alioqui in infinitum abiret disputatio: breuiter dico, Saulem peccasse se ipsum interimendo, quia planè ex arrogantia abhorruit sic illudi, & ex horrore maioris supplicij, quod ab inimicis sibi inferẽdum timebat, si eorũ manibus viuus traderetur, se ipsum occidit. Optimè aũt Plato, in Apologia Socratis dixit, Homo in corpore positus est, veluti in quadã custodia, vnde aufugere nõ licet. Et quẽadmodũ leges vetãt, qui in vinculis detinẽtur rumpere carceris vincula: ita vetat Deus sine eius iussu atq; imperio hinc commigrare. Hæc Plato. Contra ergo omnem legem diuinam & humanam peccat qui se ipsum morte afficit. B

Tres causæ ob quas per Samuelem Deus annũciauit Saulli, &c. 1. Reg. 15.

Restat aliud Aug. argumentum lib. 2. de Mirabilibus sacræ scripturæ. c. 11. sic: Quomodò Saul, qui in viuẽtibus Dei prophetis responsum non inuenit, resuscitatum à mortuis prophetam audire meruit? Dico, respondisse Deum Sauli per Samuelẽ, eò q; Samuel ab inferis suscitatus magis terreret Saulẽ, quam quisquã viuorũ. Et rursus, quia maiori etiã eum pudore suffunderet, quam quisquã alius. Decebat etiã vt ipse Samuel confirmaret mortuus ea quæ viuens annunciauerat: annũciauerat autẽ. c. 15. superiùs reprobationem & priuationem regni sibi impendere.

Quòd Deus nihil fauit arti Pythonissæ.

Num. 23.

Aliud superest argumentum, quia videtur, si fuit verus Samuel, quòd diuina virtus plurimum arti magicæ fauerit, permittens vt inuocationibus Magiæ verus Samuel attraheretur. Respondetur tamen cum Caiet. 1. Reg. 28. & Lyran. & omnibus, id potiùs multum detrahere Magiæ: quemadmodum enim Num. 23. cum iret Baalam ad quærendum augurium & consulendum diabolum, Angelus prohibuit & præoccupauit Diaboli apparitionem, responsum offerendo per os asinæ: sic Deus seu Angelus bonus, Dei vice & nomine suscitando Samuelem, anteuertit apparitionem Sathanæ, quem Pythonissa inuocabat. Atque adeò elusa est mulier, elusus Sathan, præueniente Deo virtute propria machinationem diabolicam. Vide sanct. Tho. 2. 2. q. 174. art. 5. ad. 4. C

Postre

A Postremò, obijciebatur nobis authoritas ecclesiæ.c.illud. & .c.nec mirum. 26. quæstion. 2. & . 5. determinantis non fuisse verum Samuelem. Sed ad hoc dicit Lyra. quem in hac parte sequuntur Abulens. & Dion. quòd si quidem hęc est ecclesiæ determinatio, ei standum est: videtur autem non esse determinatio. sed solùm opinatio ipsius Gratiani, qui ex D. Aug. illam transtulit sententiam & inter sacros canones, vt solet, retulit.

CAEterùm explicandum est, quidnam sit quòd vnum Samuelem videns Pythonissa, vocem extulit dicens, Deos vidi ascendentes de terra? Hebræorum communis fuit traditio, referentibus Lyra. Abul. Dion. & Gala. loco
B citato, quod duo fuerunt, quos Pythonissa exuscitauit. s. Samuel & Moyses. Hoc dicit Rabbi Salomon, & Rabbi Dauid. Quia dicunt, Samuel putabat, postremum mundi iam instare iudicium: atque adeò adducere secũ enixus est Moysem, vt esset sibi testis quòd legem Dei fideliter obseruasset, quasi diceret ad Moysem (vt Rabbi Eleazar, in Petro Galat. suprà, ex libris Thalmudicis refert) Forsitã ad iudicium quæror: surge ergo mecum, nec enim vna dictio est in lege abs te scripta, quam ego non compleuerim. Alij dicunt, hos sanctos prophetas Moysem & Samuelem vnà surrexisse, vt simul pro populo Deum precarẽtur: & tamen Deum iratum ob peccata Populi & Saulis, eorũ
C precationibus aquiescere noluisse: vnde *Hierem.* 15. dictũ est: Si steterint Samuel & Moyses in conspectu eius, non est anima mea ad populum istum, scilicèt ad Saulem & Israel. Ita dicit Rabbi Dauid Camhi, vt eum refert Abulen. q. 32. super. 1. Reg. c. 28.

Veruntamen hæc ridicula sunt; vt multis tradit & ostendit Abulen. in Repetitione de Beata Trinitate, quæ simul cum paradoxis habetur, num. 64. 66. & inferiùs: nam vnus tantum erat quem Saul & Pythonissa volebant suscitari, & sacer textus dicit, dixisse mulierem, Quem vis vt suscitem tibi? & respondit Saul, Samuelem suscita mihi. Et facta suscitatione dixit Saul, Qualis est forma eius? Intellexit ergo Saul nomine Deorum, quando dixit mulier,

X.

Cur Mulier dixit, Deos vidi, &c. cũ solũ Samuelem viderit

Figmẽtum Rabbinorũ

Aliud figmentum.

Hiere. 15.

Quòd solus Samuel apparuit, probatur.

lier, Deos vidi, vnum Samuelem: alioqui diceret, Qualis A
Hebræi nomine plura li intelligũt singulare. est forma eorum? Non est certè insolitum apud Hebræos, nomine plurali intelligere singulare, præcipuè nomine Deorum, vt ibi, In principio creauit Dij cœlum & terram. Et conflato vitulo dixit Aaron, Hi sunt dij tui, Israel, hoc est, Deus tuus: nam vnus solus erat conflatus vitulus. Et apud Iob. 40. dicitur Behemoth, quod est pluralis numeri apud Hebræos, elephas, de quo infrà. q. 5. posit. *§. 11. sicut & nonnunquam singulare ponitur pro plurali, cuius exemplum affert Caiet. super Exo. c. 15. vbi dicitur Moses lignum in aquas Marâ misisse ad eas indulcandas, id est, multa ligna, ait Caiet.] Tandem quod dicitur, Samuelem timentem se vocari ad iudicium, secum aduexisse patronum B
*Gene. 1. Exod. 32. Iob. 40. **
Moysem, puerile est & absurdum, ob decem rationes, quas congessit Abulen. in illa Repetitione vsq; ad nu. 73. à nu. 66. Verùm nõ est quòd in re non dubia vtamur rationibus non necessarijs. Et hæc de hoc tàm celebri ac difficili testimonio.

ALIA EXEMPLA apparitionum.

XI.
Alterũ exẽplũ apparitionum.

TErtium testimonium pariter & quartum polliceor breuiter me absoluturum: quis enim ferre valeat tàm latas longasque vnius breuis conclusionis probationes? In promptu quidem in hoc tertio testimonio quàm plurima erant, quæ producerem si à præcedentibus me breuiùs expedissem. Ergo breuiter dixerim, aliud illustre apparitionum exemplum esse, quod commemorat D. Matt. c. 26. cum recensens miracula, quæ in Christi passione patrata sunt, dicit: Multa corpora sanctorum, quę dormierãt, surrexerunt & apparuerunt multis, & introierunt in sanctam ciuitatem. Circa hoc testimonium bipertitus sunt patres. Quidam quidem existimant, illam fuisse propriè mortuorũ apparitionem: ita vt surrexerint vt apparerent hominibus, & dein-

C

Matth. 26. An sancti qui resurrexerunt cum Christo, iterum mortui sint.

A & deinde ad loca vnde exierunt, reuersi sint. Alij contrà existimant, veram fuisse resurrectionem in vitam immortalem & æternam: atque adeò ad loca illa, vnde surrexerant, minimè redijsse: sed potiùs Christum fuisse comitatos in proprijs corporibus per 40. dierum spatium, quibus ante ascensionem in hoc mundo moratus est. Die autem ascensionis simul cum Christo auolauerunt de hoc mundo, & in æternas cœlorum sedes conscenderunt simul cum eo. Illis autem 40. diebus cum Christo fuerunt in paradiso terrestri, vt vult S. Thom. in 3. d. 22. q. 3. artic. 2. q. 3. ad 3. seu alibi, vt vult 3. p. q. 55. arti. 3. ad 2. Harũ sententiarum priorem tenet Euthym. & Theophylact. & alij

In paradiso terrestri fuit Christus 40 diebus.

B duo Theologiæ proceres. D. Aug. epist. 99. & S. Tho. 3. pa. q. 53. ar. 3. ad 2. posteriorem verò, quòd resurrexerint in vitam immortalem nunquam iterum morituri, sequuti sunt plures, videlicèt, Hier. Amb. Clemẽs Alex. Orig. Epiphan. Ansel. Christianus Druthmarus.

Quòd si his posterioribus nos obijciamus, Iam ergo Christus non est primogenitus mortuorum, nõ est primitiæ dormientium, quãdoquidem alij Christo priores surrexerunt in vitam æternam & immortalẽ: nam illi resurrexerunt in ipso die mortis Christi, vt narrat Euangelista, Christus verò tertio sequenti die. Non enim obijcimus de quibusdam alijs, qui prius quidem quàm Christus surrexerunt, vt ille quem suscitauit Helisæus, & Lazarus, & adolescens filius vnicus viduæ, & alij. Nam hi cum non resuscitati fuerint in vitam immortalem, sed in hanc mortalem, iterum, scilicèt, morituri & post Christum resurrecturi: iam eorũ resurrectio nihil præiudicat dignitati resurrectionis Christi: nam non dicitur Christus primogenitus aut primitiæ eorum mortuorum, qui iterum morituri exuscitati sunt: sed eorum qui nunquam morituri & in vitam æternam surrexerunt.

Cũ Christus sit primitiæ dormiẽtiũ, cur priores illo aliquare suscitatisũt

C

4. Reg. Ioan. 11. Luc. 7.

1. Cor. 15. Apoc. 1.

Huic difficultati communis solutio adhiberi solet, per anticipationem seu occupationem, enarratam fuisse à sacro Euangelista horum sanctorum resurrectionem, simul cum alijs, quæ acciderũt in die mortis Christi, cùm tamen acci-

Explicatur difficultas.

Recapitulatio seu anticipatio, figura prolepsis.

accideritin die resurrectionis. Quod si sciscitaris, Quare ergo tam præmaturè & festinanter recensita est hæc sanctorum resurrectio? Dicitur, figuram hãc anticipationis familiarẽ esse scriptoribus, tum sacris tum profanis, vt interdum priùs enarrent quæ posteriùs contigerunt. Nam postquàm D. Matthæus semel cœpit miracula commemorare, quæ per illud tẽpus passionis & mortis Christi acciderũt, noluit hoc illustre miraculum resurrectionis mortuorum prætermittere, aut in alium locum remittere: sed in vnum omnia miracula congerere, quò expeditior deinde esset ad reliqua Christi gesta enarranda. Sic Genes. 18. Sarra dicitur esse anus & prouectæ ætatis, cum muliebria ei iã fieri desijssent: & tamẽ. c. 20. pulchritudo eius refertur, quæ Abimelechi oculis accepta fuit. Certè aut illud per anticipationem, aut hoc per recapitulationem dictum esse existimant multi, de quorum numero est Martinus Martini, lib. 5. suarum Hypotyposeon. c. 1. Quanuis, vt ego conijcio, non satis accuratè: nam nonagenaria adhuc eleganti forma & aspectu præstabat, & id ætatis habẽs placuit Abimelecho. Sunt qui inter figuræ Anticipationis exẽpla illud ponant ex eodem cap. 26. Matthæi, quo Iudæ suspendium & interitus enarratur, cum tamen aliquot deinde post dies Iudas diem suum obierit, non in ipsa nocte traditionis. Id habent non vulgares scriptores super Matthæ. c. 26. Euthymius, Theophy. & Oecu. super Acta. c. 2. ex Papia Ioãnis Euãgelistæ discipulo: quod idcircò. D. Aug. lib. Quæstionum vet. & noui test. q. 94. tetigit, ac insolutũ reliquit. Multa de anticipatione & recapitulatione suppeditabit exẽpla D. August. in lib. Quæstionum & loquutionum, tom. 4. Harum rationem tradit D. Gregr. in Præfationes Moraliũ. c. 1. in hæc verba: Sacra scriptura in prioribus solet breuiter longè post secutura perstringere, dùm studet ad alia enuncianda properare. Syluam exemplorum lege apud Martinum lib. 5. Hypotyp. c. 1. Vt itaq; ad thema propositũ rursus calamus cõuertatur, dixerim hoc ex D. Matthæo mutuatum exẽplũ, præsertim iuxta interpretamentum D. Aug. perquàm insigne esse ad mortuorum apparitiones comprobandas.

A

Gene. 18. & 20.

Sarra nonagenaria, erat pulchra.

B

Iudas laqueo suspensus nõ obijt in nocte mortis Christi.

C

Quæ-

A QVartum teſtimonium habetur apud librum ſecundum Machabęorum.cap.15.vbi Iudę aparent ſanctus propheta Hieremias, & ſanctus Onias ſacerdos. Apparuit autem Hieremias ętate & gloria mirabilis, vt ſacer textus habet, & ſecum Oniam ab altero ſeculo reuocatum adducebat. Sed nunquid aliqua poſſunt tergiuerſatione huius apparitionis hiſtoriam aduerſarij ſubterfugere? Fuitne qui diceret, Hieremiam adhuc diem ſuum non obiiſſe, ſicut de Moyſe & Helia fuere qui dicerent? Fuit ſanè Victorinus martyr, qui abhinc mille trecentis fermè annis & ſacrarum ſcripturarum ſtudio, & glorioſi ſanguinis effuſione Eccleſiam decorauit, ſuper Apocal. cum incidiſſet in locum illum cap. 11. vbi de duobus teB ſtibus, tempore Antichriſti futuris, eſt ſermo, dicit, illorum duorum alterum fore ſanctum Hieremiam: non Heliam, Heliſęum aut Moyſem; quoniam iſti (inquit) mortui ſunt, Hieremię autem mors nō inuenitur: verbum nanque ad eum eſt factum, Prophetam in Gentibus dedi te. Cum autem toto tempore, quo vixiſſe creditur, gentibus non prędicauerit, dicendum, ſeruari adhuc viuum, vt gentibus prędicet. Ambroſius Ansbertus hanc refert ſententiam & reuerenter eam impugnat ſuper Apoc.cap. 11. Sed impugnatione non indiget, nam neque vmbram habet probabilitatis ſententia Victorini. Huic licèt D. Hieron.lib.de Viris illuſtribus, plus tribuat de eruditione quā de eloquentia, tamen in Epiſtola ad Magnum Oratorem Romanum, etiam eruditionem ei detrahit, dicens: VicC torino martyri licèt deſit eruditio, non tamen deeſt eruditionis voluntas. Scio Hieronymum plus nimio taxare ſolitum & exaggerare antiquorum doctorum lapſus. Quod in eo taxat ex Neotericis, Picus Mirandulanus, in Apologia pro Origine. Sed valeant hęc. D. etiam Hilar. ſuper Matth. cap. 17. canone. 20. hanc Victorini ſententiam procul relegat, de quo videatur Syxtus lib. 6. annotati. 346. Fundamentum verò cui nititur Victorinus, leuiſſimum eſt: nam fortè nomine Gentium, cum dicitur Hieremię, prophetam in Gentibus dedi te, ſignificantur ipſi Iudęi

Quartum exēplū Hiere. & Onias apparēt Iudæ. 2. Mac. 15.

Opinio quòd Hieremias nondū ſit mortuus Apoc. 11.

Hierem. 1.

Hieronymꝰ acerbè taxat Patres.

Nomine gētis ſignificā tur Iudæi.

Et

2. *Re.7.* Et.2.Reg.7.est præclarissimus locus, vbi nomine Gentis Israelē intelligi necessum est. Redemisti, inquit, ex AEgypto gentem & Deum eius, vel gentem cū iudicibus eius, vt habēt alij codices. Hoc est, Populum & eius principes. Vel sic, Redemisti gentem & Deum eius, idest, Populum tuum & teipsum, O Deus, redemisti, qui redemptoris ac redemptionis indigus & afflictus esse videbaris, quandiu afflicti & depressi tui erant. Aliæ sunt huius loci versiones etiā iuxta vulgatos Latinos, quas referre nostra nihil interest. Alibi etiam sæpè nomine Gentis intelligitur Israel, vt, Faciam te in gentem magnam, scilicèt, in populum Israel. Et, Duæ gentes sunt in vtero tuo, quarū tamen altera erat futurus Israel. Aut dico, eatenus Hieremiam, prophetam fuisse in Gentes, quia de Gētilibus multa prophetauit. Scio hanc apparitionem, imaginariam potiùs quàm veram & realē fuisse, eò q̄ inter dormiendū accidit. Sed hoc excusandum & explicandum mihi est in fine paragraphi sequentis. A B

Gen.15.

Gene.

Ex grauissimis antiquorum Patrum libris referuntur nonnullæ apparitiones.

XIII. Exēplaalia nō fictitia, sed verissima, &c. 1. ex Aug.



VInto loco libet quasdā alias apparitiones mortuorum producere. Sanctus Fœlix confessor, cùm à Barbaris Nola oppugnaretur, apparuit, referente D. Augustl. lib. de cura pro mortuis agenda. cap. 5. & ait Augu. id non incertis rumoribus, sed certis testibus fuisse proditum. Et. c. 17. ibidē tradit, Ioannem Monachum cuidam religiosæ fœminæ apparuisse vehemēter eum videre cupienti. Ipsemet Aug. Epist. 205. sibi D. Hieronymum apparuisse testatur, & pluribus honis gloriosam sanctā animam secum fuisse conuersatam, commemorat. D. Cyrillus Hierosolymitanus apparitionem etiā eiusdem D. Hieronymi factam Eusebio Cremonensi refert, & perplures alias eiusdem Diui: & refertur inter Epistolas Aug. C

Secundum.

Tertium.

4. ex Cyril.

5. ex Damas.

A Aug. Epistola. 206. D. Damascenus in sermone de defunctis, ait, Iuuenem mortuum, qui vitæ fuerat dissolutioris, magistro suo seni misericordissimus animarū amator Deus ostendit. Verba sunt Damasceni. Seuerus Sulpicius, lib. 3. de vita B. Martini in Dialogo. 2. refert, ipsum D. Martinum, cum adhuc apud viuos ageret, testari solitū, frequenter sibi Beatissimam Virginem, Sāctos Apostolos Petrum & Paulum, Diuam Agnetem, & Teclam apparere solitos. D. Diony. protestatus est vidisse se eosdem Apostolos, post eorum mortem, simul Romam ingredientes & apparentes multis. Ita refert Diony. Carthu. in. 3. dist. 22. quæst. 6. circa finem. Rursus Eusebius Cæsarien. l. 6. Hist. Eccles. c 5. refert, Potamienam Origenis discipulam, sanctam Virginem ac Martyrem, post tertium sui martyrij diem apparuisse Basilidi, & eius capiti coronam imposuisse. Idem refert ferè ad verbum Nicephorus lib. 5. Histo. Ecclesiast. capit. 7. Idem Nicephorus. cap. 17. apparitionem præclarissimam refert B. Virginis, & B. Ioannis Euangelistæ, factam Gregorio Neocæsariensi, cognomento Mirifico. Sed & Apostolorum Petri & Pauli apparitionem Constantino factam, memorat idem Nicephorus, libro. 7. cap. 33. quam deinde renouauit Synodus secunda Nicæna, quam Græci vocant, septimam Synodum generalem. His accedit alia, quam refert libr. 17. capitul. 13. in fine, idem Nicephorus, B. Virginis ad Narsem ducem Iustiniani aduersus Gotthos, dicens: Dei genitricem manifestò ei apparuisse, cum prælium committendum esset. Sozomenus li. 7. Histo. Ecclesiast. c. 5. ait quòd in parua quadā domuncula B. Virgo, & re ipsa & in somnis apparens, multis infortunatis hominibus opem tulit. Ex quo domuncula illa in illustrius templū quàm reliqua, quæ in vrbe erāt, mutata est. Ita Sozomenus. Sed quo piaculo, post quā semel cœpi taceam apparitionem illam, omnibus seculis memorandam, eiusdem Beatissimæ Virginis, qua addictissimo famulo suo Diuo Illephonso, non solùm apparere, sed cœlesti dono exornare dignata est. Id habēt Sigibertus in Chro nico, Iulianus Pomerius Ecclesiæ Toletanæ Diaconus, Rode.

5. ex D. Damas.
6. ex Sener. Sulpi.
7. ex D. Dio.
8. ex Eusseb.
9. ex Nicephoro.
10. ex Cone. Nicæno.
11. ex Nicephor.
12. ex Soza.
13. ex Sigiberto, & alijs.

Rodericus Archiepiscopus etiam Toletanus, Vasæus in Chronicis, & communis totius Hispaniæ vox & traditio, quæ non modicam rei huic fidem facit. Quòd verò apud Vrbem Cæsarauguſtanam, in ripa fluminis Ebri, in columna marmorea, ipsa Virgo apparuerit Apostolo Iacobo, habet etiam concors Hispaniensium traditio, de quo Petrus Antonius Beuter, in Chronico, cap. 23. Neque præteriri à me potest, quam refert Theodoretus, lib. 5. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 34. apparitionem Ioannis Euangelistę & Philippi Apostoli, Valentiniano Imperatori factam, quam etiam refert Historia Tripartita libro 9. capitulo 45. Verùm vt mirari desinant qui hactenùs mirati sunt, quòd Diui Gregorij Papę Dialogos prętererierim, in quibus complures referuntur mortuorum apparitiones, sciant, tàm multas esse, vt ego, quas deligerem, vt in meo libro * transcriberem, prorsus nesciam: *tametsi perfidus Lutherus illam in D. Gregorium, effutierit blasphemiam, Melius est in totum negare purgatorium quàm credere Gregorio referenti mortuorum apparitiones. De quo suprà.] Videatur totus eius liber quartus Dialogorum vsque ad cap. 55. vbi solennem Iusti Monachi iam defuncti apparitionem refert. D. etiam Ambros. libro 7. Epistol. 59. ad sacerdotes, dicit, Acholium apparuisse, protestãtem se perpetuo sui laboris stipendio iam potiri. De sanctis etiam Gerualio & Prothasio & Agnete famosam refert Ambros. apparitionem. Et Paulinus de ipso Ambrosio. Et D. Basilius de Mamante martyre, quo per somnia potitos nonnullos, dicit in eius Vita. D. etiam Gregor. Nazianzenus de fratre Cæsario. *Sed & D. Gregor. Turon. lib. de Gloria confess. cap. 5. scribit, B. Martino apparuisse sanctam Virginem Vitalinam. Beda, lib. 3. Histor. Anglor. c. 19. dicit, B. Furseum à Purgatorio in hãc lucem restitutum, multa de alio narrasse seculo. Petrus Damian. ad Desiderium scribit B. Seuerinum Episcopũ Colonienſem apparuisse cuidã presbytero. D. etiam Bernardus, in Vita Malachiæ, & libr. 1. Vitæ B. Bernardi, & libro. 1. Vitæ Beati Anselmi, quæ loca omnino videnda sunt. Ergo tot Patres, tot sancti, tot

A

B

C

14. ex traditione.

15. ex Theodoreto.

16. ex D. Greg.

17. ex Amb.

18. ex eodẽ.

19. ex Paulino.

20. ex Basil.

21. ex Greg. Naz.

Accumulãtur ex Patribus aliæ plures.

viri

A viri iudicio, doctrina, pietate & ingenij acumine præstãtes, quasi signo dato ad mentiendũ & imponendum conspirasse credendum est? Mentiuntur potiùs Magdeburgenses Hæretico, æstro diabolici planè perciti.] Et demum apparitionibus pleni sunt libri antiquorum, ac recentiorum. Ego verò in re grauissima nullam recentiorum rationem habendam esse putaui: ad veteres proinde accurrens, indè petij quæ scripta relinquo. Scio, harum apparitionum quasdam in somnis & secundùm apparentiam factas, non fallaciter tamen & illusoriè, cùm diuinæ essent, ac præter totam naturæ vim, per Dei potentiam contingerent. Plures verò earum vigilantibus ho-
B minibus verè ac realiter factę sunt, vt in citatis doctoribus videre licèt. Vtrùm verò animæ ipsæ Diuorum, secundùm veram eorum substantiam ac realem præsentiam apparuerint: an verò earum nomine & vice apparuerint Angeli, Deo ita disponente, hac secunda conclusione dirimamus.

SEcunda conclusio: Apparitiones defunctorum, de quibus hactenus diximus, verosimiliter credendum est fieri aliquando secundùm veras eorum præsentias: ita vt loco moueantur in quo sunt apud aliam vitam, vt viuis appareant. Hæc Petro Canisio libro 5. de Maria Deipara cap. 21. & Matthiæ Felisio, in Elucidatione primi prę-
C cepti, non placent. Nam probabilius existimant, huiusmodi apparitiones fieri ministerio Angelorum, quanuis ipsis sanctis ascribantur. Inde autem ad id existimandum moti sunt, quòd D. Augustin. cum in hanc sępè incidisset difficultatem, dubius animi hęrere potiùs quàm in alterutram partem propendere visus est. Nam in Epistol. 102. quę est ad Euodium, planè dubitat. Libro autem de Spiritu & anima cap. 29. tom. 3. apertiùs exprimit dubitationem suam, dicens: Vtrùm ista fiant per eorum pręsentiam, aut per Angelos suscipientes eorum personam, affirmare non audeo. Et lib. de Cura pro mortuis agenda. cap. 16. Res, inquit, ista altior est quàm vt à me possit attingi, & ideò quid horum duorum sit, an verò fortasis vtrumque sit, vt ali-

XIIII. *Quòd ipsæ animæ verè, & secundũ substantiã apparẽt non angeli pro eis,*

Augustin. dubitat an appareant animæ, an verò Angeli pro eis.

quandoista fiant per ipsam præsentiam Martyrum, aliquan A
do per Angelos susscipientes personas Martyrum, diffini-
re non audeo, mallem à scientibus ista perquirere. Et
statim. cap. 17. An ista fiant Dei nutu per Angelicas pote-
states in honorem sanctorum, ad vtilitatem hominum,
illis in summa quiete positis, & ad alia longè meliora visa
vacantibus seorsum à nobis orantibusque pro nobis. Ha-
ctenùs August. Fuit qui Academiæ nihil affirmantis dis-
cipulum appellarit Augustinum. s. Anto. Nebrisin Quin-
quagen. & Bartholom. Cassa. in Catalogo, quòd indecis-
sas multas relinquat quæstiones. Verùm, qui eius libros
introspexerit, videbit primùm humilitatis gratia id eum
feciss̃e. Secundò, plus commodi & doctrinæ August- B
num nobis attulliss̃e dubitando, quam innumeri alij dif-
finiendo, & determinando. Tertiò prudens, ac scien-
tissimus nonnunquam dubium se exhibet Diuus hic Pa-
ter noster, vt ea quæ vtrinque erant opinabilia, & neq;
ad mores fidelium, neque ad fidem spectabant, in sua pro-
babilitate relinqueret. Tanta enim pollebat authoritate,
vt si in alterutram ipse partem vergeret, in eam omnes
secum duceret, & posteris opinandi, ac disputandi ia-
nuam præclusiss̃e videretur. Ergo quandiu in Diuo hoc
Patre nil certi in quæstione proposita reperitur, liberum
suis filijs erit, quam maluerint eligere. Eam itaque ego-
met mihi eligo, an eã alteri suadere possim ignorãs, quòd C
verè & secundum substantiam interdùm defunctorum
animæ appareant: ità vt locum cœli, si in cœlo sint, aut
inferni, si in inferno, ad breue tempus & statim redituræ
deserant. Hæc doctrina placuiss̃e videtur Abulensi super
Matth. c. 25. q. 508. & q. 752. & Sanct. Tho. in. 4. dist. 45.
quæst. 1. articul. 1. quæst. 3. ad. 3. vbi contendunt, per
hoc quòd animæ siue beatorum siue damnatorum è suis
receptaculis aliquando exeant, non minui aut augeri
eorum pœnam, aut gloriam. Sed verba Sanct. Thom.
sunt notatu digna. Secundùm hoc, inquit, locus animæ
cedit in pœnam vel præmium, quod anima afficiatur ex
hoc quòd tali loco deputatur, vel gaudẽdo vel dolẽdo: hoc
autem

Cur Aug. dubitando, sæpissimè tractat scripturam.

Per hoc ꝙ animæ appareãt, nil eis animitur de pœna, aut gloria.

A autem gaudium siue hic dolor de hoc quod talibus locis deputatur, manet in anima, etiam quando extra loca prædicta fuerit. Sicut Pontifici cum datur pro honore vt in cathedra sedeat in Ecclesia, non minuitur eius gloria, quando à cathedra recedit, quia etiam si actu ibi non sedeat, locus tamen ille sibi deputatus est. Hæc S. Thom. quæ plurima animaduersione digna sunt. Ergo hæc mihi est apparentissima ratio, quòd licèt D. Aug. suprà, dicit, animabus in summa quiete positis, & ad alia longè meliora visa vacantibus, & eas tamen minimè credendum est, neque id voluit D. Aug. quòd à quiete turbentur, aut vacare desinant Deo animæ beatæ, ex eo quòd cœlo delapsæ ad viuos non-
B nũquam veniant. Cum enim perfecta earum quies & beatitudo in Dei visione consistat, illa autem visio nihilo fiat minor, ex eo quòd appareant: fit ex hac parte nihil obstare, quin appareant ipsæ præsentia sua.

Præterea, hæc mea sententia conformior sacræ scripturæ ac historijs & rectæ rationi esse videtur. Scripturæ quidem: nam de Moyse pariter & de Samuele satis apertè Matth. 17. & Eccles. 46. dicitur, quòd apparuerint. Est autem præscriptus nobis sanctorum canon, quòd scripturæ verba, vt sonant ac iacent, intelligi à nobis debent, quandiù nihil absurdi ex tali intelligentia sequitur. Quid autem absurdi sequatur ex eo quòd verè ac realiter aliquando animæ appareant, nullus dicet. Præterea Historiarum
C authoritas non parui sed magni pendenda est, asserentium vel Beatam Virginem vel D. Petrum aut Paulum apparuisse eodem prorsus verborum tenore quo de Angelis aut dæmonibus id dicit solet. Rectæ autem rationi satis consonat quòd apparuerint: quia si aliquid incommodi sequeretur ex eo quòd Beatorum animæ loco patriæ, in quo sunt, moueantur ad terram: planè idem omnino sequitur si Angeli moueantur etiã loco cœli, & ad nos deuenant. At in Angelis nihil obstat quominùs verè nobis appareant, quantumuis semper videant faciem patris qui in cœlis est: ergo, cum par sit ratio, dicamus nihil inferri damni aut incommodi, & nihil absurdi sequi, ex eo quòd animas

Quòd ipsæ animæ appareant, cõformius est scripturis & rationi.

Matt. 18.

Ratio efficax pro conclu.

cœlo moueri & ad nos personaliter ex peculiari dispensatione deuenire, dicamus. Cur verò tam rarò appareant, dubitat & decidit D. Athanas. to. 4. q. 13. de quo videndus est etiam. q. 11. & q. 33. A

Anima separata moueri potest localiter. Error Dur. quòd Christus non propriè descendit ad inferos.

Præterea, motum localem repugnare animis separatis, nullus verè dicet: Nam si Durandus id dixit, penitùs deceptus est in. 3. distinct. 22. quæst. 3. Qui adeò mordicùs affirmat, animas à corporibus abiunctas moueri non posse, vt neget animam Christi verè ad Inferos descendisse, sed solùm, inquit, descendit secundùm effectum. Quod dogma veluti erroneum damnant Capreolus, in. 3. distinct. 22. quæstione vnica. articul. 1. con. 3. & articul. 3. ad argument. contra tertiam conclus. Dionysius, eadem distinct. quæstione. 6. Franciscus de Christo. quæst. 3. de Descensu Christi ad inferos, & omnes. Rursùs quòd anima separata virtutem habeat naturalem, vt se localiter moueat, probat Abulens. super Matth. 25. quæst. 772. & in Paradox. 5. quam nuncupauit de Aquila, à. c. 174. & infrà; Palude in. 4. d. 44. q. 4. ar. 2. num. 15. Soto. d. 45. quæst. 1. ar. 3. Nam alioqui, eodem loco quo contingit eam de corpore egredi, deberet hærere perpetuò & alligata permanere tanquam truncus, per totam æternitatem immobilis: quod multùm derogat diuinæ prouidentiæ, ad quam spectat dedisse singulis rebus suas naturales virtutes & facultates, quibus commodè vitam possint agere. Neq; verò contra nos est id quod D. Thom. 1. p. q. 117. ar. 4. insinuat, animam non habere nisi vnicum determinatum modum motus: nam planè cum naturam quoddammodò duplicem habeat anima, cum est in corpore & cum est ab illo seiuncta: non est inconueniens quòd, sicut alterum habet intelligendi modum cum est separata, ita alterum mouendi se habeat modum, nimirum independentem à tempore nostro, & regulatum per tempus Angelicum, cuius instantia possunt esse immediata: ita vt possit in hoc instanti anima esse in cœlo, & in altero fine medio tempore, esse in terra, sicut possunt Angeli, de quo D. Thom. 1. p. q. 53. ar. 3. B C

Anima separata habet alium modum mouendi se. s. sicut Angeli.

Obijci tamen potest adhuc ab his qui contendunt, animas

A animas defunctorum per se ipsas non apparere, sed ministerio Angelorum: nam D. Thom. 1. part. quæst. 89. art. 8. ad 2. & in 4. dist. 45. quæst. 1. artic. 1. q. 3. pro indubitato habet, animam separatam intrare corpora & assumere illa minimè posse, siue sit proprium cadauer siue quodcunq; aliud corpus, aut terreū aut igneum aereūve siue aqueum: ex eo quòd virtutem motricem anima nō habet, nisi determinatam ad certum corpus, vt benè vidit S. Thom. 1. p. quæst. 110. art. 3. ad 3. & quæst. 117. art. 4. per totum. & de mal. q. 16. ar. 10. ad 2. Neq; solùm est determinata ad certum corpus, sed ad certum etiam mouendi modum, ac proinde non vt motor, sed vt forma proprium mouet corpus. Vn-

Arg. ex eo quod anima assumere, et mouere corpora nō potest.

B de nec lapillum nec festucam mouere potest. Contrà verò Angeli, quorum virtutes cum non determinentur per ordinem ad corpus, habent vt corpora quæq; obediant eis ad motum localē. Hinc ergo fieri videtur, quando externè ac visibiliter apparitiones fiūt in corporibus siue solidis siue aereis & confictis, non esse veras animas, sed potiùs Angelos earū vice ac nomine, qui illa gubernāt ac mouent corpora, & in eis ambulant, loquuntur, &c.

Sanè vim argumenti huius effugere non possumus. Idcircò, aut fuffugiendum nobis est ad Abulens. Matth. 25. quæstione. 773. dicentem, mouere posse animam & assumere corpus, vt in eo appareat & in eo debitas operatio-

Solutio, quo pacto anima assumat corpus.

C nes exerceat: non tamen quodcunque corpus, sed illud quod fuerit debitæ quantitatis & proportionis. Aut recurrendum est ad diuinam potentiam: nam cùm secundùm illam fiant tales animarum apparitiones, congruum etiam esse videtur, vt secundùm eandem vis & facultas præstetur animabus, vt assumere corpora aliqua valeant, in quibus moueantur & loquantur: sicut cortigit animabus Samuelis & Moysi: de quibus suprà ad fastidium diximus. Certè Sanct. Thom. in. 4. distinct. 45. quæstione. 1. articulo. 1. quæstion. 3. egregium producit ex D. Hieronym. testimonium, aduersus Vigilantium conscribēte, ex quo colligit, ex virtute gloriæ quandā potestatē Beatorū animabus conferri, per quam possint mirabiliter

Animæ nō cupiunt apparere vinis & quare

apparere viuentibus, cum voluerint. Quanuis an propria voluntate appareant, an verò diuina prius excitæ, dubium est, vt bene vidit Abulens. quæst. 752. Cum enim animæ ipsæ abiunctæ à corporibus sint, iam à conditione suæ naturæ omnino alienum est cum hominibus conuersari. Quod præter D. Athanasium, quæstio. 11. & 13. D. August. lib. de cura pro mortuis cap. 13. dicit Aristot. 1. Ethic. ac proinde quantumuis liberas & expeditas animæ sanctorum se sentiant, vt quoties allubescat, apparere nobis possint, id sanè minimè faciunt, nisi Deo id specialiter prouidente, aut in earum honorem aut in nostram vtilitatem. A

Inter vivos, & mortuos nullū cōmerciū.

Alia ratio pro cōclus.

Postremò, inde mihi fit verisimile, quòd defunctorum animæ in propria substantia viuis appareant, quòd vt nos specialiter moneant & adhortentur de proprio statu & sorte, de pœnis aut præmijs, quibus afficiuntur, ad nos mittuntur: vtq; certiores nos reddant de rebus siue ad earum, siue ad nostri statum attinentibus. Hæc autem multò commodiùs & expeditiùs fient, si ipsæmet, Deo ità disponente, nobis appareant & loquātur, quàm si Angelorum ministerio id fieret. Mutua enim colloquia, & veras audire & reddere voces, de rebus quæ vtroſq; spectant, vt interdum inter viuos & animas apparentes factum legimus, nisi ipsæ verè appareant, fieri sine maioribus incommodis non potest. B

XV. *Quòd ex cœlo, inferno, purgatorio, & limbo Patrum apparuere animæ.*

EX dictis colligo, indiscriminatim ex omnibus receptaculis animas defunctorum apparuisse viuentibus. De cœlo quidem nullus dubitat, quod ad viuos se quandoque demiserint, vt eos de sua gloria certos reddant, in magnum eorum commodum. De purgatorio etiam facilius creditur, inde vt interdum exeant & appareant, eo quòd aut nostris indigent præsidijs, aut nos suis admonitionibus & exemplis. De inferno autē damnatorum, Soto in 4. d. 45. q. 1. art. 4. ad. 1. Victoria Relectione de Magia, nu. 17. Abulen. super 4. Reg. c. 4. q. 56. existimant, nunquam ad nos deuenire, eo quòd sunt perpetuo carceri mancipatæ. Hanc tamen rationem nihilo pendentes, dicimus cum eodem Abulen. Matth. 25. q. 753. & D. Tho. in 4. d. 45. q. 1. artic. 1. q. 3. illas etiam interdum apparuisse viuis, vt eis per C

pœnas

A pœnas ſuas terrorem incuterent, quas aut viſibiliter oſtendunt, aut credibiliter referunt. Soli ſunt paruuli, quos de limbo nunquam egredi exiſtimo, quoniam neque gloriã habent, cuius illecebra ad virtutis ſtudium nos excitent: neque pœnam, cuius terrore nos à peccatis cohibeãt: neque tandem noſtris ſuffragijs egent, aut aliquem vſum reciper, eaut dare nobis apparendo poſſunt, &c.

Paruuli è limbo nunquam apparent.

Dubium, An Chriſtus poſt Aſcenſionem vnquam apparuerit, de cœlis verè deſcendens in terram.

B

NVllus exiſtimet velim, ea me conſtrictum eſſe lege, vt in ſingulis diſputationibus priuſquàm ad rem deueniam, immorari in præfationibus ac præambulis debeam. Quod qui exiſtimant, vt exiſtimare deſinant, accipiant abruptã propoſitæ quæſtionis explicationem.

XVI. Concluſio affirmans.

CONcluſio: Saluo ſanctæ matris Eccleſiæ iudicio, videtur mihi dicendum, quòd Chriſtus Dominus ſecundùm quòd homo eſt, inſtar cæterorum defunctorum, aliquando ex æthere ſummo iacentes terras deſpiciens, poſt ſuam glorioſam in cœlos aſcenſionem, ad nos ſe demiſe-

C rit deſcenderitque præſentialiter: ita vt locum illum conuexi vltimi cœli Empyrei, in quo deſtinatam à patre ſedẽ habet, deſeruerit ad breue tempus, vt ſeruis ſuis addictiſſimis appareret in noſtro hoc hemiſpherio ac mundo ſublunari. Quod exemplo & ratione admitar probare.

Sathan ſæpè apparuit in forma Chriſti. 2. Cor. 11.

Priùs tamen admonitos vos eſſe velim, Sathanam, cuius eſt transfigurare ſe in Angelum lucis, ſolitum induere formam & imaginem Chriſti Domini, & ſic hominibus apparere, mentiendo ſe Chriſtum eſſe, vt ſic diuinum cultum à ſimplicibus Chriſtianis extorqueat, & ſibi vſurpet. Hoc probemus. Seuerus Sulpicius, ſcriptor grauiſsimus & veruſtiſsimus, in Vita Beati Martini, lib. 1. commemo-

rat, apparuisse Diabolum venustum facie, & vestitu splen A
didum, semel & iterum dicentem ad Beatum Martinum,
Martine, quid dubitas credere me esse Iesum Christum?
Quod mendaciũ rectè dignoscés Martinus, sub eleganti
forma immanem & truculentã bestiã subolfecit: nam re-
Isai.11. pler Sanctos spiritus sapientiæ & intellectus, & spiritus
olfactionis: nam sic habent Hebræa, vbi nos legimus, spi-
ritus timoris Domini. Dixitque ad confictum illum Chri
stum: Dñs noster Iesus Christus, nõ purpuratum aut dia-
demate renitentẽ, se venturum esse prædixit. D. Tho. in 3.
Sent. d. 9. q. 1. ar. 2. q. 6. ad. 3. & super Paulũ 2. ad Cor. 11. le
ctio. 3. Marsilius, in 3. Sent. q. 8. art. 2. Dub. 5. Holcoth. d. 9.
Nota. q. 1. artic. 5. principali, Ioan. Ludouicus Vivaldus in Expli- B
catione. 1. præcepti, hoc ipsum pro certo supponunt. Vbi
refert Marsilius quendam sanctum Patrem, qui Diabolo
sibi in specie Christi apparenti, respondit, se nolle videre
Christum in hac vita. Idem refert D. Thom. Idem Bon. 3.
d. 9. ar. 1. q. 6. Gabr. super Can. lect. 50. lit. S. Quinimò non
solùm Christi, sed & Dei Opt. Max. speciem plerunque
Diabolus sibi arrogare conatus est. Sic enim ad suos, Ma-
gnus Pater Antonius loquitur, apud D. Athanasiũ, in Vi-
ta Antonij: Credite, filioli, vidi aliquando Diabolum cel-
sum corpore, qui se Dei virtutem & prouidentiam ausus
est dicere: & ait ad me, Quid vis, vt à me tibi donetur, An-
toni? At ego totum me in eum Christi nomine armatus
ingessi, & statim ille procerus aspectu, inter medias ma- C
1. Ioan. nus, exoleuit. Hæc Athanasius. Probandi ergo sunt spiri-
tus vtrùm ex Deo sint.

XVII. Afferuntur exempla verissima apparitionum Christi. 1. Cor. 15. Actor. 9.

EXempla nunc, non ex Apocryphis libris petita, sed ex Authenticis producamus, ad probãdum quòd verè & re ipsa Christus apparuerit. Principiò, ad conuersionem Pauli perficiendam, quãdo adhuc spirans minarum & cædis, in discipulos Christi, petebat Damascũ, Christus verè & realiter descendit, vt ipse dixit 1. Cor. 15. & habet expressius sacer textus, Actorum. 9. nam ipse Paulus enumerans testimonia resurrectionis Christi, postquàm enumerauit alias Christi apparitiones factas Apostolis, in il-

lo 40.

A lo 40. dierum spatio, qui inter ascẽsionem & resurrectionem Christi decurrerunt, subdit: Nouissimè autem visus est mihi, tanquam abortiuo, videlicèt, cum Damascum peterem post ipsam Christi in cœlos ascensionem. Et sanè si imaginaria fuisset illa visio, & non vera & realis, vim non haberet ad probationẽ eius quod probare Paulus nitebatur: scilicèt, veritatẽ Dominicæ resurrectionis. Vnde Act. 9. dixit Ananias ad Paulum, Dominus Iesus Christus, qui apparuit tibi in via, &c. * Sed & Act. etiam 9. idem Paulus hoc commemorabat Barnabę, quòd in via vidisset Dominum. Et cap. 22. eiusdem meminit apparitionis, & ferè cap. 26. Sed apertissimè 1. Cor. 9. Nonne Christum Iesum,
B Dominem nostrum, vidi.] Vera ergo fuit apparitio post ascensionem. Nam quòd Christus tunc non descenderit verè, & loco suo paulisper motus: sed quòd tantùm visus à Paulo fuerit per expansionem ac scissionem elementorum & vndecim cœlorum ruptionem, ita vt facultas visiua Pauli vsque ad ipsum conuexum vndecimi cœli pertingeret, & ibi Christum sede sua immotum videret, omninò est impersuasibile. Tùm quia maius hoc esset miraculum, quòd collocutionem mutuam & visionem nectere possent inter sese Christus & Paulus, tam longissimis locorum interuallis à se ipsis distantes, cum tamen familiariter colloquuti sint, & velut de propinquo: tùm etiam
C quia cum Paulus 1. Cor. 15. inter referendas alias Christi apparitiones veras, quibus corporaliter inuisere voluit Apostolos suos per veram loci mutationem, hanc etiam apparitionem sibi factam enumeret, dici debet fuisse etiã veram & localem mutationem Christi. Atque adeò quòd tunc, sicut & aliàs quando apparuit, locum illum quo nũc continetur, ad breue tempus deseruerit. * Tenet hanc partem vnus Theologorum, qui instar mille mihi est, Sanctus Thomas, 3. parte, quæstione 57. articulo 6. ad tertium. Annuit Diuus Chrysostomus super 1. Corinthiorum 15. homilia 38. dicens, verisimile esse etiã post ascensionem & electionem Matthiæ visum esse à 12. Apostolis ac sæpiùs etiã apparuisse. Apponamus huic quod Act. 22. & 23.

Quòd in propria persona Christus de cœlo descendit ad Paulum.

Act. 9. & 22. & 26. et 1. Cor. 9.

1. Cor. 15.

Act. 22. & 23.

& 23. ipsi Paulo iam in tẽplo Hierosolymitano, iam verò comprehenso & in castra deducto astitit Christus dicens ei, Constans esto. A

Quòd Matri suæ sæpè Christus post ascensionem apparuerit.

Ad hæc: Quòd Beatissimæ Virgini, matri suæ dulcissimæ ac sanctissimæ, hîc apud nos mortalem vitam agenti, post mortem filij sui, aliquoties Christus Dominus post suam in cœlos ascensionem, apparuerit, pium & rationabile est credere. Et Patrum authoritas hoc reddit credibilissimũ. Diuus Hieronymus in sermone illo Assumptionis, siue ille eius sit author, siue Sophronius qui Hieronymo fuit antiquitate suppar, & grauitate non impar: rursus Diuus Damascenus in sermone de Dormitione Deiparæ, Diuus Anselmus, libro de Excellentia Virginis. c. 8. Diuus Antoninus. 1. parte histor. tit. 6. cap. 3. §. 1. & innumeri alij pro comperto ac explorato habent, Christum occurrisse suæ matri, & ad eam descendisse in die assumptionis eius. Sed & quòd ad eam deuenerit & eius morti astiterit, propriam ei, ac corporalem præsentiam exhibendo in hora mortis ipsius sacræ Virginis, certissimum mihi videtur. Nec mihi soli, sed & alijs. Nam Nicephorus Callistus author grauissimus, lib. 2. Histor. Eccles. cap. 21. tractãs de ijs qui morti Beatæ Virginis astiterunt, sic ait: Deinde cœlitùs filius eius cum innumerabili Angelorum exercitu descendit, animam illius sanctam prorsus & diuinam assumpturus, &c. Et Petri Canisij antiquis meritò annumerandi, lib. 5. c. 3. de Maria Deipara, verba sunt ista: Iam verò non Apostolos tantùm, sed & Christum ipsum coram illa adfuisse, tametsi veteres non affirmarent, tamen & talis filij erga matrem amor, & multorum, quibus morientibus Christus crebrò adesse dignatus fuit, exempla fide digna suaderent, & ratio ipsa fidei lumine illustrata declararet. Vidit ergo Maria cum in lecto decumberet, Christũ Dominum Angelorum satellitio circũquaque stipatum, & ad se ita comiter venientem, vt hinc tota gaudio & voluptate perfunderetur, quòd in amicis illius manibus suã esset animam depositura. Quid verò erit absurdi, si nõ modò lætissimum Christi conspectũ, sed & suauissimas eius voces,

Quòd morti B. Virginis astitit Christus in propria persona.

B

C

A voces hoc loco considerẽmus? Hactenus ille. Sanctus etiã Thomas de Villanoua, Magister Theologiæ, ac Valentinæ vrbis Archiepiscopus, in præclaro illo sacrarum concionũ volumine, quod diligenter congessit ac appositissimè digessit Magister Petrus Vzeda eiusdem Ordinis nostri, & in Salmanticensi Academia publico munere sacrarum literarum interpres: ille itaque in sermone de Assumptione Beatæ Mariæ palàm fatetur illo Assumptionis Virgineæ die, Christum cum omni cœlesti curia de cœlis ad terram descendisse, ac proprijs manibus suscepisse matrem: & ad hoc idem adducit Diuum Hieronymũ. Idem in sermone de Diuo Illephonso, sic ait: Existimo & Paulo Apostolo filium, & Illephonso matrem speciale hoc priuilegium
B contulisse, vt verè & visibiliter per se apparere, ante horã mortis dignaretur.

Apparitio Christi ad D. Petrũ.

Annumeremus his celebrem illã apparitionem Christi Beato Petro factam, Romam fugienti, & aliò volenti commigrare. Hanc referunt authores cum primis graues pondere & multi numero, quorum loca, quoniam superiùs retuli, quæstione 4. Scholastica §. 4. nomina tantùm hîc commemorabo. Ij ergo sunt * præter grauissimos Athanasium, in Apolog. de fuga sua, & Origenem, tractatu 21. in Ioannem, qui id indicant, & denuò à me citantur, alij de quibus suprà, & qui expressè id tradunt] Abdias Apostolorum discipulus Ægesippus eorundem tem-
C porum vicinus, Ambrosius, Innocentius, Antoninus, Vualdensis, Ioachinus Perionius, Iocobatius, Caietanus, Turrecremata, Cordubensis, Nicolaus Sanderus, Mathias Felisius, Soto, &c.

Apparitio Christi ad Carpũ ex D. Diony.

Deinde pergrata est & mirabilis historia illa apparitionis Christi Beato Carpo factæ, quam recitat Diuus Dionysius antiquissimus scriptor & Pauli discipulus, in Epistola ad Demophilum monachum: vbi narrat, Carpum, post multa, cœlum conspexisse & vidisse Christum surgentem de cœlesti solio, & descendẽtem, vt quibusdã infortunatis hominibus opem afferret, dicens: Paratus sum rursus pro salute hominum mortem perpeti, &c. Post

quæ

quæ dicit Dionysius. Hæc sunt, quæ ego audita vera esse credo. * Sed apponamus his quod Beatus Ignatius, in Epistol. ad Polycarpum, & Syrmiēses de se memorabat: Ego verò & post resurrectionem in carne eum vidi; quę verba tametsi nunc non sub hoc tenore reperiantur, tamen Diuus Hieronymus de Script. Eccle. verb. Ignatius. ea refert. Insinuant aliquando post ascensionem vidisse Christum: nam antè non est simile veri, præsertim si à Ioanne Euang. conuersus ad fidem fuit.] A

Alia ad B. Martinum ex Seuero.

Quis porrò in dubium audeat reuocare illustre illud & omnibus seculis memorandum miraculum, quo Christus Dominus Beato Martino adhuc Catechumeno, visibiliter apparuit, & pallij dissecti parte vestitus, repentè decessit, illa quidem verba quæ omnium mentibus sunt altè reposita, dicens: Martinus adhuc Catechumenus hac me veste contexuit. Seuerus Sulpicius, in vita Sancti Martini, in somnis & noctu, eam apparitionem factam commemorat: ac proinde instituto nostro cui non videtur satis deseruire, recurrat ad præcedentes & ad alias, quas post pauca subijcijam. B

Alia ex D. Epiphan.

Interim alias in somnis Christi apparitiones refert Diuus Epiphanius, libro 1. tom. 2. hæresi. 30. contra Ebionæos, paulò post initium, vbi semel & iterum Christum apparuisse Iosepho cuidam, ait. Et subdit: hoc mihi Iosephus palàm recitauit, id quod verè dicere possum. Hæc Epiph. Adijce eis quam Socrates, lib. 1. Histo. Eccl. c. 2. refert Christi apparitionē Constantino Magno in somnis factam. Aliam, nisi fortasis eadem est, commemorat Sozomenus lib. 1. cap. 3. Histor. Eccl. eidem Constantino factam. Eandem Eusebius Cæsariensis, scriptores grauissimi, lib. 1. de vita Constantini, circa medium. * Alteram eiusdem Christi Beati Ioanni Euangelistæ iam morituro, refert Diuus Antonius. 1. parte, titul. 6. cap. 6. §. 2. Lege quoque Diuum Augustinum, Epist. 100. Alterā cuidam Valgio, quam refert Paulinus, Epist. 34. ad Macarium: aliam Tarsillæ, refert Diuus Gregorius, libro 4. Dialog. cap. 16.] Quinimò Allen. 4. parte, quæst. 53. mem. 4. art. 3. dicit quòd interdum in Sacramento altaris apparuit Christus, C

Alia ad Cōstantinū ex Patribus.

A ſtus ac viſus ab aliquibus ibi eſt. Nam exiſtimat ipſe, quoties miraculoſè apparet ibi puer aut homo, eſſe ipſummet Chriſtum. Tamen tantus vir in hoc deceptus eſt. Vide S. Thomam 3.p.q.76.art.8.

Apparitiones Chriſti ad B. Brigittam expenduntur.

Miraberis, lector, quòd fruſtratim ex hiſtorijs, Chriſti apparitiones hinc inde mendicemus, cum plenus ac integer ſeſe nobis offerat liber Reuelationum ſanctæ Brigidæ ſeu Brigittæ, in quo tam multæ Chriſti, ac Beatæ Virginis referuntur apparitiones, vt totius libri hoc ferè ſolũ ſit argumentum. Dubitatum fuit, fateor, olim an veræ eſſent: ſed dubitandi rationes iam prorſus euulſæ ſunt. Turrecremata S. R. E. Cardinalis, Defenſorium Reuelatio-
B num huius ſanctæ conſcripſit: in cuius Prologo, cap.1. dicit, circa annum 1377. Gregorium XI. commiſiſſe illas reuelationes examinandas peritiſsimis ac circunſpectiſsimis quinque Cardinalibus ac quibuſdã Epiſcopis & Magiſtris Theologis, qui omni examine diligenter præmiſſo, librum omni veritate conſpicuum & ſanctitate præclarũ repererunt. Vrbanus VI. qui ſucceſſit Gregorio, denuò multis alijs Cardinalibus, Epiſcopis ac Magiſtris examinandum deuoluit librum. Idem fuit eorum iudiciũ quod aliorum fuerat. Demum Bonifacij IX. & Martini V. & Conciliorum Conſtantienſis & Baſilienſis calculo approbatæ reuelationes illæ ſunt. Vnde Ambroſius Catherinus, libro 4. contra Caiet. longè poſt medium & Anto-
C nius Cordub. libr. 1. Quæſtionarij, quæſt. 44. in 4. probat. 6. concluſ. acriter ſeſe opponunt Caietano, quòd eas irrideat. Vide Petrum Caniſium, lib. 1. de Maria, cap. 7. & 10. Ergo Turrecremata in 4. capit. Prologi, circa medium, & Alphonſus etiam Epiſcopus Giennenſis, in Prologo ad librum octauum Reuelationum, cap. 5. poſtquam diſtinxerunt tria viſionũ genera, corporalis, intellectualis & imaginariæ, dicunt, Brigittam, cum eſſet paruula, & præſertim cum in extremis ageret, vidiſſe oculis carnis Chriſtum Dominum propè ſe, diuinas ei conſolationes afferentem. Id etiam habetur libro 7. capit. 31. Reuelationum.

Alterius

Apparitiones Christi ad B. Catherinam Senen.

Alterius etiam sanctissimæ mulieris, erga quam indul. A
gentissimum se ac beneuolētissimum Christus exhibuit, vitam qui scripsere, F. Raymundus de Capua, Magister Generalis Ordinis Prædicatorum, & F. Stephanus Carthusianus, Prior Ticini, qui eam de facie ac peculiari conuersatione nouerunt: referunt (& ita habetur in eius vita 2. p. cap. 6. latissimè, ipsaque est Catherina Senensis) huic Diuæ vigilanti ac ambulanti apparuisse semel & iterū Christum indutum decore, & amictum lumine sicut vestimento. Quid ibi actum cum ea fuerit, eò loci legat qui volet.

Alia ad B. Antonium ex Athan.

Tandem apud Diuum Athanasium in vita Beati Antonij, paulò post initium, colluctantibus Antonio & Sathana, & tandem Antonio, licèt non impunè, vincenti, adfuit B
Christus. Cui Antonius ex imo pectore trahens longa suspiria, ad visionem, quæ ei apparuerat, loquebatur dicens: Vbi eras, bone Iesu, vbi eras? Quarè non à principio affuisti, vt sanares vulnera mea? Et vox ad eum facta est: Antoni, hîc eram, sed expectabam videre certamen tuū. Et quidem hæc Athan. Multa raptim perstrinxi, exemplorum abundè posui.

XVIII. Ratio suadens quòd verè Christus apparuerit.

RAtionum verò, quæ hanc partem suadent, illa mihi videtur potissima, quæ nititur apparitionibus Verbi diuini in veteri Testamento factis. Sanè vt quæst. 1. Expositiua cursim diximus, communior Patrum sententia ea est, vt eò temporis in propria persona plerunque, & non semper Angelorum ministerio, Filius Dei illas apparitiones efficeret, in specie ac similitudine, licèt non in vera substantia hominis, quasi illis apparitionibus se exerceret ad verum corpus humanum aliquando assumendum. Quod ne ceu paradoxon meo capite ortum quisquam reijciat, hoc definit expresè Concilium Syrmiense celebratū sub Iulio Papa ante mille ducentos annos, Canone 14. Concilij autem verba sunt ista: Si quis contra Iacob non filium tanquam hominem luctatum esse, sed ingenitum Deum aut Patrem eius dixerit, anathema sit. Luctam hanc dirimere mihi non licèt. Quantùm tamen licèt colligere ex Genes. 32. & ex Osea 12. quāuis Concilium id taceret, &

Quòd Iacob cum Deo luctatus est, non cū Angelo. Conc. 32. Osee 12.

A D.Leo Papa in Epist. 13. quæ est ad Pulcheriam Augustã, id expressè non diceret, perspicuum fit, Verbum ipsum diuinum cum Iacob fuisse luctatum. Nam vbi habet textus Oseæ, in fortitudine sua directus est cum Angelo, & confortatus est, fleuit & rogauit eũ; 70. & Hebraica litera habent, In labore suo prævaluit Deo. Et quærenti Iacob, Quod est nomen tuum? respondit ille alius, Cur quæris nomen meum quod est mirabile? Nomen autem, Admirabilis, proprium est Messiæ, Isa. 9. Rursus peracta collucta- *Isa. 9.*
tione, dixit Iacob, Vidi Dominũ facie ad faciem, hoc est, mutuò luctatus cũ Deo sum. Item sacer textus Genes. 32. *Genes. 32.*
Si contra Deum victor fuisti, quantò magis contra homi-
B nes prævalebis? Erat ergo Deus cum quo manus cõseruit. Tandem, quòd illi inditum tunc temporis nomen est Israel, quod significat, Qui prævalet Deo ac illum vincit, quid innuit nisi Deum esse cum quo lucta illa inita fuit? Hoc demùm si dixerimus, euitabimus obiecta Lyrani, qui super Oseam cap. 12. ex Rabbi Salomone refert, cum Iacob luctatum fuisse Angelum custodem Esau, qui vi & lucta conabatur impedire Iacobum, ne transiret in terram promissionis ad obtinendas benedictiones & primogenita Isaac, in præiudicium Esau. Deniq; quòd verbum di- *Patres te-*
uinum appareret in Veteri Testament. habet Socrates li- *nent Chri-*
bro 2. Histor. Eccles. cap. 19. habent D. Ambros. ad Co- *stum appa-*
C lossen. 1. Tertul. lib. 5. contra Marcion. Clemen. 5. Const. *ruisse Pa-*
Apost. cap. 19. Euseb. lib. 5. Demonst. Euang. cap. 9. & lib. *tribus in*
1. Histor. Eccle. cap. 1. Philippus Presbyter, libro 2. super *Vet. Test.*
Iob, cap. 2c. Nicephorus, lib. 1. cap. 2. & Cantacuzenus, Iustinus, &c. Vide Vuald. de Sacram. lib. 9. c. 155. nu. 1.

Verumtamen existimandum non est, ita esse certum quòd verbum diuinum appareret per seipsum, & non in persona Angelorum in Veteri Testamento, vt oppositum sit omninò improbabile. Nam plures etiam ex Patribus censent Angelos esse quorum ministerio illæ apparitiones fiebant. Neque refert quòd Concilium Syrmiense oppositum definisse videbatur: nam si ille Canon attentè legatur, non decernit, quòd Verbum luctatum fuerit cum

Iacob, sed definit, non fuisse luctatum Patrem aut ingenitum Deum, & non filium. Aut dico, illud Concilium, quanuis cæteris sanctis & Catholicis Concilijs circunferatur insertum, non esse satis Catholicum: nec à Catholicis confectum, vt potè quòd æqualitati diuini Verbi cum suo Patre, multum detrahat, vt patet ex Canone 2. & 25. ipsius Concilij. A

Ad rem: si probaliter credimus, filium Dei in lege veteri, quæ timoris erat & seruitutis, apparuisse nonnunquã sanctis illius sæculi hominibus, & familiariter & amicè cum eis fuisse conuersarum: quoniam delitiæ eius erant cum filijs hominum: sanè in lege gratiæ, quæ amoris est & beneuolentiæ, non debuit esse harum delitiarum defectus & inopia. Nam licet Eucharisticum Sacramentum præ manibus habeamus, quo personam ipsam verbi diuini cũ duabus, in quibus subsistit, naturis, cumq; tota gloriæ plenitudine quam in cœlo habet, præsentissimam habeamus: & nonnihil incommodi esse videatur, quòd locum illum gloriæ, licèt ad breue tempus, deserat, in quo cum matre sua & cum alijs, si qui ibi sunt cum suis corporibus, vocaliter & visibiliter conuersatur: tamen adhuc multùm decet, vt sub propria forma visibilem, ad fouendam fidem & accendẽdam charitatem & firmandam spem alicuius deditissimi & deuotissimi famulisui, aliquando apparuerit: quod in nullum Cœlicolarum detrimentum cedit. Nam eorum gloria essentialis per hoc minimè decrescit, quæ in visione diuinitatis consistit: accidentalis verò, cuius maxima pars in visione humanitatis Christi sita est, similiter nõ minuitur: cum certò sciant Beati, breuem illam morulam ac absentiam, in plurima ac magna prædestinatorum, qui in via sunt, emolumenta resultare: & sibi quantocyùs restituendam esse humanitatem illam diuini Verbi, in quam desiderant Angeli prospicere, & cuius nos consortio in æternum fruamur, Amen.

Prou. 8. B

Satisfit obiectionibus aduersariorum. C

1. Petr. 1.

QVÆ-

A

QVAESTIO QVINTA EXPOSITIVA.

Circa illud Num. 6. Nouacula non ascendet super caput Nazaræi.

B

Et, Vtrùm Christus fuerit instituti Nazaræorum?

SVMMARIVM.

§. 1. EXplicatur ratio, origo & ritus Nazaræorum.
§. 2. Capillos barbamque aut nutrire aut radere, aut tondere, quale sit.
§. 3. Glorioſum & honorificum eſt barbam & comam nutrire. Tractatur ex ſacris & proſanis.
C §. 4. Arguitur contrà vſus raſuræ eccleſiaſticæ. Hæreticorum in eam odium. Calua Venus, quid.
§. 5. & 6. Varij vſus Gentilium & Chriſtianorum tondendi aut nutriendi radendiue capillos.
§. 7. & 8. Sacerdotes Gentiles radebant capita. Immolabant primitias barbæ Dijs. Aliæ ſuperſtitiones eorum.
§. 9. & 10. Cur Chriſtus dicatur Nazaræus. Quòd nõ fuit de Nazaræis legalibus. Chriſtus Nazaræus per ץ zadic, non per ז zain. Et quid ſit vtrumque.
§. 11. Qui ſunt illi Prophetæ, qui dixerunt, Quoniam Nazaræus vocabitur. Samſon Nazaræus.
§. 12. Rationes ob quas Chriſtus non fuit legalis Nazaræus.



Nihil ad sacrarum Scripturarum intelligentiam spectat, quod non debeat à viro Theologo pertractari. Spectat autem ad diuinam Scripturam disputatio de instituto & ordine Nazaræorũ, præsertim de ritu illo capitis non tondendi: atque adeò id à me præsenti est quæstione tractandum, si me quod hactenùs fecit, vestra attentio dicentem fuerit prosequuta. A

I. *Explicatur initium, ac ritus Nazaræorum.*

NOmen Nazaræorum licèt iam olim ante legem cœperit in vsu esse, ex eo quòd Iacob benedicens filium suum Ioseph, appellauit eum Nazaræum: absolutè tamen affirmandum est, institutum Nazaræorum à Mosaica lege sumpsisse principium. Nam Iacob solùm secundùm etymologiam nominis appellauit Iosephum nomine Nazaræi: eò quòd Nazaræus significat separatum & egregium, aut floridum. De quo permulta dicam in huius quæstionis parte postrema. Ioseph autem insigni erat & præstanti forma, & cæterorum flos & corona fratrum. Vnde Thargum, hoc est, Chaldaicus Paraphrastes, ibi Gene. 49. pro Nazaræo, vertit, separatum à fratribus vel coronatum. Similiter moribundus Moses, Deut. 33. totam Ioseph tribum appellauit Nazaræam. Lex itaque Nazaræorũ à Mose cœpit. Ritus eorum traduntur Nume. 6. In summa hi sunt. Primò, cum quis voto se vellet Deo astringere & consecrare, & sic in Ordine Nazaræorum ascribi, nouacula super caput eius non ascendebat, hoc est, intonsum caput toto tempore Nazaræatus gestabat. Secundò, vinum & vuas, siue recentes siue passas, & acetum mustumvè gustare non debebat. Tertiò, rebus mortuorum interesse vetabatur: idque tàm rigidè, vt neque ossa cadauerũ in agro reperta posset tangere, quod tractat Abulen. Num. 6. initio, & Iudic. 13. quæst. 12. & 1. Reg. 1. quæst. 23. Quinimò si quis coram Nazaræo quocunque pacto moreretur, iam Nazaræus credebatur pollutus: caput proinde ei radebatur, & sacerdotes eum purgabãt, & omnibus diebus, quos

Gene. 49. Deut. 33.

Num. 6.

B

C

in

A in Nazaræatu transegerat, irritatis & minimè computatis, denuò nutrire comam, & suum, vt sic dicam, nouitiatum incipere cogebatur. Erant porrò quidam ad breue tẽpus, quidam ad longum, quidam toto suæ vitæ tempore Nazaræi, prout se voto quisque volebat astringere: nam lege non taxabatur tempus. Nazaræi verò, qui erant perpetui, ad tot cerimonias minimè tenebantur: cuius causas ibi tradit Abul. vbi & obseruat vtriusque sexus homines promiscuè posse in illo ordine cooptari. Patet ex ipso textu Num. 6. Habebantur Nazaræi tanquam politiores, ac suauiorum morum. Thren. 4. Candidiores Nazaræi eius niue, rubicundiores, &c. Circa hæc quàm plurima cum *Thren. 4.*

B iocunda, tum necessaria dici possent: sed eam tantùm ego constitutionem de capitibus non radendis tractãdam assumpsi, hanc prosequar.

II. *Pilosi in Scriptura sunt Dæmones.*

PRincipiò, pilosi in sacra Scriptura non rectè audiunt Isa. 13. & 34. inter reliquas bestias, quæ desertam & vastatam Babylonem habitaturæ erant, enumerãtur pilosi: nam textus sic habet, Requiescẽt ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum Dæmonibus, & pilosi saltabunt ibi. Et cap. 34. Pilosus clamabit alter ad alterum, ibi cubabit Lamia, &c. D. Hieron. Isa. 13. dicit: Pilosos ibi vocari spectra quædam & simulacra Dæmoniorum, horribilibus figuris deformata. Et 70. loco pilosorum, Dæmonia transtulerũt. Et Leuit. 17. vbi nos legimus. Non immolabunt vltra vi- *Isai. 13. & 34.* *Leuit. 17.*

C ctimas Dæmonibus, in Hebræo ad verbum est, pilosis. Et Cyrillus & Procopius idem intelligunt ibi Isa. 13. & D. Thom. & Hugo & Dionys. & omnes. Quanuis Aymo. & Vatab. pilosos ibi dicant esse Faunos & Satyros. Sed eòdem tendunt.

Rasi malè audiunt in Scriptura.

Contrà verò per aliud extremum, barbam & capillum radere in malam partem acceptum reperitur: nam primũ id esse signum lasciuiæ & animi mollis & effœminati tradit Diuus Hieron. lib. 13. super Ezechielem, cap. 44. & lib. 6. super Isa. c. 15. & lib. 3. c. 3. Consentit D. Epiphanius lib. 3. Panarij, & adducit Apostolicam constitutionem contra eos, qui pilos barbæ secant. Secundò, caput & barbam

Deut.33. radere, signum erat captiuitatis & seruitutis, Deutero.33. A
De cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimicorũ
capitis. Vbi Chaldæus: Auferam coronas de capite hostis
& inimici. Posuit autem coronam pro coma, quæ pro co-
Ezech.24. rona hominibus est: vt fortè ibi Ezechiel.24. Corona tua
circumligata sit tibi, id est, comam nõ radas, quanuis vxor
tua animam efflauerit, & in morte vxorum radere soleãt
viri capita. Tertiò, signum mœroris & tristitiæ rasura est,
Iob.2. sic Iob, audita filiorum nece, tonso capite corruit in terrã.
Mich.1. Et Micheæ.1. Decaluare & tondere super filios delicia-
Isai.22. rum tuarum, dilata caluitiũ tuum, sicut aquila. Et Isai.22.
Vocauit vos Dominus ad caluitium, & ecce gaudiũ, id est,
ad fletum, & vos ridetis. Quartò, tandem supplicij & con- B
2. Par.19. tumeliæ nota erat. Hinc Rex Ammonitarum nuncios
2. Esdr.13. Dauid decaluauit. Et, Obiurgaui eos & maledixi & de-
Isai.7. caluaui. Et Isai.7. In illa die radet Dominus in nouacu-
la conducta, caput & pilos pedum, & barbam vniuer-
sam, id est, afficiet eos magna contumelia. Ita in Scriptura
passim.

III. Nutrire comã, & barbam est glorioſum, & ſanctum.

HInc per locum ab oppositis arguitur, nutrire comam
& barbam, signum esse fortitudinis, libertatis, gloriæ
& lætitiæ. Id ex sacris promiscuè, & ex profanis probemus
authoribus. Diuus Ambrosius, lib.6. Hexameron, ait: co-
mam esse reuerendam in senibus, venerandam in sacerdo
tibus, terribilem in bellatoribus, decoram in adolescenti- C
bus, comptam in mulieribus, dulcem in pueris. Tolle arbo
ris comam, arbor ingrata est, tolle humani capitis capil-
lum, tota pulcritudo flaccescit. Et Apuleius apud Cœlium
Rhodig. lib. 10. cap. 10. Mulier venustissima si capillitio
nudetur, licèt Venus ipsa fuerit, licèt cunctis cupidinum
donis prædita, & baltheo suo cincta, cynnama fragrans &
balsama rorans, si calua processerit, placere non potest,
ne Vulcano quidem suo. Ita habet Lucius Apuleius, lib.2.
de Asino aureo. Et refert etiã Tiraquellus, in 15.leg. con-
nub. num.34. Ideò Lycurgus, apud eundem Cœlium li-
bro 8.lectio.antiquar.cap.29. assuefaciebat iuuenes, vt co-
mam nutrirent: quoniam pulchros quidem, decentiores
faceret:

A faceret: deformes verò, terribiliores. Aristot. etiam lib. 1. Rhetor. ait: comam esse libertatis argumentum, nec enim comantem facile est seruile opus subire. Sic apud Aristophanem legimus, Seruus cum sis, comam nutris? Sanè Ouid. rectè,

Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus,
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.

Et optimè Iuuenalis,

——— *Et duræ per bracchia setæ*
Promittunt atrocem animum.

Quocirca Clemens Alexand. libr. 3. Pædag. cap. 11. locum Psalm. tractans sic dicit: Iam Psalmographus barbæ co- *Psal. 132.*
B ma delectatus, sicut vnguentum, inquit, quod descendit in barbam, barbam Aaronis: cùm barbæ conduplicatione decorem laudasset, vultum exhilarauit vnguento Domini. Itaque vox *barba*, per epizeuxin repetita, longitudinem barbæ significat. Quod verò sequitur de vnguento, quod descendit in oram vestimenti, non intelligas vsque ad inferiorem extremam partem: sed vsquè ad capitium seu aperturam vestis: nam allusio est ad Exod. *Exod. 28.*
cap. 28. vbi de hoc Aaronis vestimento dicitur, In medio eius erit capitium & ora. Quinimò non solùm multam barbam & comam nutrire, verùm etiam per totum corpus pilos & setas habere, signum esse credebatur hominis constantis & excellentis. Sic, authore Plinio, li-
C bro 11. cap. 37. fortissimus ille & strenuus Dux Aristomenes, qui trecentos solus occidit Lacedæmonios, post mortem repertus est habere cor villosum & hirsutum. Ita dicit paulò post medium illius capitis. Sed & de Leonide Rege fortissimo, idem memorat Plutarchus in Parallelis. Et de Hermogene idem tradit Ludouic. Cœl. libro 11. cap. 40. Quod non potest lectori non multam admirationem facessere. Ergo vt Polyphemus apud Ouid. lib. 13. dicebat,

Duces strenui etiã corda habuerunt villosa, & pilis plena.

Barba viros, hirtæq; decent in corpore setæ.

Et, vt dicebat Virgilianus Pastor,

Hirsutumq; supercilium, prolixaq; barba.

Alexand. equos et mulos totondit in signum tristitiæ. *Baruc. 6.* *Ezech. 44.* *Leuit. 9.*

Quocircà quòd Magnus Alexander in funere Ephestionis amantissimi, sibi suisque Principibus capita & barbas rasit, & equos similiter & mulos totondit, non potuit nõ esse suprema miserię & calamitatis certissimum argumẽtum. Et quòd Baruch 6. sacerdotes Idolorum sedebant habentes capita & barbam rasam, meritò execratus Dominus præcepit, Sacerdotes caput suum non radant. Et, Non attondebitis caput in rotundum, nec barbam radetis, &c. Si verò doctrina hactenùs tradita vera est, perspicuum fit, eatenùs Nazaræis prohiberi rasuram atque tõsuram, quatenùs fortitudinis & ingenuitatis ac gloriæ insigne, barbam & comam gererent, vt vel externo hoc signo omnem seruilitatem exuerent, & ad illustria & fortissima quæque gesta perpetranda, calcar sibi appositum existimarent. A B

IIII. Arguitur & defenditur rasura et tonsura. *Num. 6.* *1. Cor. 11.*

HÆc licèt non solùm curiosè, sed constanter etiam & firmiter asserta videantur, his tamen quæ sequuntur argumentis validissimè quatiuntur. Nam primò, si nutrire barbam & comam glorioſum & rectum est, cur Nazaræatus completo tempore, raditur ex vi legis Nazaręus? Numerorum 6. Nunquid enim qui sanctè Nazaræatus votum absoluit, hoc ignominiæ & incommodi reportare debet, vt gloria barbæ & capillorum priuetur? Secundò, Paulus dixit, Vir si comam nutriat, ignominia est illi: at Paulus id nequaquam diceret, si nutrire comam esset honorificum & decens. Neque verò solùm id dixit Paulus, sed & fecit: nam Actorum 21. hortatu Iacobi Apostoli, vnà cum alijs Christi seruis cæsariem sibi abrasit. Et priùs Actorum 18. Priscilla & Aquila, sancti homines, ex voto sibi caput totonderunt. Tertiò, & vbi sunt statuta Ecclesiæ? vbi laudabilis Ecclesiasticorum consuetudo? vbi Pontificum & Conciliorum decreta, quibus tonsuræ rasuræque commendantur & præcipiuntur? Legat qui volet Epistolam Aniceti Papæ ad Episcopos Galliæ, & Concilium Carthaginense 4. capit. 44. & Toletanum 4. Canone 40. & Clementem libro 1. Constitut. Apostolicarum c. 3. & D. Gregorium, libro 8. Epistolarum C

Act. 21. *Act. 18.* *3. Argum.* *Vsus rasuræ Ecclesiasticæ.*

Episto-

A Epistola.10.quæ est ad Glorioſum, & D. Isidorum libro.2. de Officijs Ecclesiæ. cap. 4. & Bedam lib. 5. Hist. Anglorum, & Anselm. lib. de similitud. 69. cap. 93.& alia loca, siue Pontificum siue Patrum:& videbit,non solùm in laude, verùm etiam in præcepto poni rasuras virorum atque tonsuras. Natura certè (vt verbis vtar Diui Chrysostomi super Paulum.1.ad Corinth.11.) humano generi etiam in cultu capillorum,dedit præsidentiæ ac subiectionis symbola. Virum enim iussit resecta coma,libero & adaperto capite, principatus signum præseferre: mulierem verò comam gestare voluit, veluti quoddam submissionis velamen, ac seruitutis insigne. Quartò: Inde constat sanctissi- *4.argum.*

B mam & iam inueteratam esse Ecclesiasticæ rasuræ consuetudinem, quòd Hæretici nostri temporis,præsertim Magdeburgenses (tradente & disceptante contra eos piè & eruditè Francisco Turriano, libr. 5. pro Epistolis decretalibus c. 19. & super Clementem lib.1. Constit. Apost.c.3.& in fine libri)& Hortensius quidam Landus in libello hæretico quem attitulauit,de Persecutione barbarum,quem,præter sixtum Senen. refert etiam Bellarm. tom. 1. lib.2. de Monachis,cap.40.hunc morem Ecclesiæ exibilant & irridēt.Quintò tandem, quia omnis lasciuiendi occasio viris remoueri debet:capillitium autem non modicam lasciuiæ materiam subministrat, vt latè in Ludo. Cœli. lib. 10.cap. 10. vbi multa dicit contra capillos ad lenocinij decorem

C promissos, & anxia quadam cura fractos in gradum, & libro 4. cap. 23. notatos, ait, fuisse Euboicos, teste Polluce, quòd comam perterga fusam alerent, qualem fertur Hector habuisse. Vnde acceptum adagium est: Nullus comatus, qui idem non sit cynedus. Qua capillorum longitudine delectatos Hispanos olim, dixit Catullus, & Martialis etiam ibi.

Hæretici persequuntur rasuras.

5.tandem.

Capilli lasciuiendi occasio.

Hispanis ego contumax capillis.

Vnde inter politiores Gentiles aliquando etiam in vsu fuit barbam rasitare viris nobilibus,vt videre licet in Aulo Gellio, lib.3.c.4. de quo vidēdus etiā est Tiraquellus,lib.de legibus cōnubialibus, lege 3. Glossæ. 1.p.3.num.45.vsq;51.

6. Arg. Calua Venus.

& Erasmus, lib. 4. Apophthegmatum, nume. 10. Postremò, A Quid obest si fœminę ipsę radãtur & tondeantur, cum, referente Lactantio, Venerem caluam Romani colebant, eò quòd cùm, Vrbe à Gallis combusta, iam Capitolium caperetur, ex mulierum capillis tormenta connexuerunt, quibus Gallos propulsarẽt? * Alij dicunt quod quia Venus caluos facit, quod dicit Lactant, lib. 1. cap. 20. D. Aug. Epist. 44. D. Cypr. & alij, de quibus Tiraquel. in 15. leg. connub. num. 34.] Plutar. etiam lib. de Fœnore, refert, Carthaginẽses fœminas aliquando sibi capillos resecuisse ad bellicas machinas & funes conficiendos. Sed & Aquileienses mulieres, authore Iulio Capitolino, in Maximino, tantam seruauerũt fidẽ pro senatu suo aduersus Maximinũ, vt neruis deficientibus, capillos suos resectos offerrẽt viris, vt ex eis funes necterent ad excutiendas sagittas. B

Capilli mulierũ ad tormẽta bellica contra hostes.

V. Explicãtur hæc argum.

MInimè dubiũ est, quin hæc argumenta efficiant quod intendunt, & multam mihi materiam suppetant ad dicendum: quam ego libenter arriperem, nisi ad alia quæ mea diligentia opus habẽt, festinarem. Duobus itaq; dictis meum in hac causa iudicium proferam.

Quòd radere, aut non radere nec est bonum, nec malum secundũ se.

Primùm est, materiam hanc de radendis seu nutriẽdis capillis, de genere earum esse, quas Theologi vocant non intrinsecè bonas aut malas: sed potiùs indifferentes. Ex quo fit vt hoc loco & tẽpore, aut hoc etiam fine & intentione, malum sit barbam & comam vellere, quod tamen variatis C hisce circustantijs bonum erit. Non est insolitum in Scriptura, res aliquas nunc in bonam, nunc in malam partem promiscuè vsurpari, iuxtà varias rationes & proprietates, quæ, in rebus illis considerari possunt.

Not. hæc exempla.

Hoc illustremus exemplis. Lapis in scriptura, in bonam partem interdum capitur, vt cum significat Christum: &. in malam, cùm lapideos homines repręsentat. Ita Hiero. super Abdiam, & Grego. 18. Moralium. c. 20. Sol etiam iam

Sap. 2. in bonum, vt Sapien. 2. Sol iustitiæ non est ortus nobis, &

Mala. 4. Malach. 4. Iam verò in malum, vt Marci. 14. femina verbi

Mar. 14. Dei orto sole aruerunt. Ita D. Greg. homil. 19. in Ezechie-

Can. 5. lem, & Luysius Legionen. in caput 5. Canti. ibi, Quia de-

colorauit

A colorauit me sol. Sol, inquit, hoc loco est vis illa ignea mala concupiscentiæ nostris sensibus indita. Præterea Cedrus iam in bonam partem, quia immarcessibilis & odorata est; iam in malam, quia sterilis est & inflexibilis. Ex Euthymio super Psalm. 28.

Ad hunc modum: Nutrire barbam & capillos, etiam in modum horrentis & setosi apri, vt nutrierunt Sancti Eremicolæ, in bonam partem capi potuit, quatenùs notamen erat & signum animi sancti despicientis ornatum seculi, & omnem cultura exterioris speciem. Contrà verò totum caput & barbam abradere, in bonam etiam partem verti potest, vt scilicèt, tradente Beda, in Comment. super Esdram, sit signum humilitatis. Hinc & viri & fœminæ re-

B ligioni sese dedentes, omnem capillorum gloriam deponunt & abijciunt. Cùm enim rasuræ huiusmodi, signa olim essent seruitutis & ignominiæ, iam religiosi nudantes & radentes capita & barbas, ignominia & probro se afficiunt. Rursus, mediocris barbæ & capillorum modus, vt ab extremo pilosorum & nudatorum vsu declinaret, & nunc & olim placuit multis regionibus probè institutis. Sic de insigni illo Scipione, Silius Italicus cecinit lib. 8. Punicorum:

Excusantur prolixæ barbæ, & cæsaries.

Rasura excusatur.

Mediocris tonsura laudatur.

Scipio Afri.

Martia frons, facilesque comæ, nec ponè retroq;
Cæsaries breuior. &c.

C Hanc mediocritatem commendauit Martialis, lib. 2.

Pectere te nolim, sed nec turbare capillos,
Splendida sit, nolo, sordida, nolo, cutis.
Nec tibi mitrarum, nec sit tibi barba reorum,
Nolo virum nimium, Pannice, nolo parùm.

Demum modus alter despiciendi prorsùs omnem capillorum curam, placuit viris grauissimis. Et hęc causa est, iuxta Diony. Carth. Iud. 13. ar. 22. & 1. reg. 1. ar. 11. ob quã Nazaræi nõ erat tõdendi. Aelianus enim li. 8. de Varia hist. refert Alex. Magnũ, fortem illũ & famigeratissimum Principem, absq; aliqua cura, capillos dissectos & cõfusos gestare solitum. Ab incomptis etiam capillis laudat Catonẽ Horatius lib. 2, Ode. 15. quem secutus Lucanus, de eodem ait:

Neglectus totalis capillorũ etiã laudatur.

Alexand. Mag.

Ille

Ille nec horrificam sancto dimouit ab ore
Cæsariem. A

Et mox.

Intonsos rigidam in frontem descendere crines,
Passus erat, &c.

Iulius Cæsar barbam penitus radebat.

Ab hoc ipso M. Curiũ laudat idẽ Horatius, libro 1. Carm. Ode. 12. Quàm secùs Iulius Cæsar, de quo memoriæ prodidit Suetonius in eius vita, ea morositate ac diligentia rasisse barbam, vt pilos etiam pertenues velleret. Otho adhuc delicatiùs, quotidiè sibi faciem rasitabat, ac panno madido liniebat: idque fecit à tempore pubertatis, ne barbatus vnquam esset: sed semper imberbis instar fœminarum. De quibus diligenter, vt solet, loquutus est Syxtus Sen. lib. 5. B Biblioth. annot. 244.

VI. *Vnusquisque in rasura & tonsura sequi debet morem suorum.*

ALterum est, teneri vnumquemque morem suæ regionis, & eorum, quibuscum conuersatur, & Maiorum præcepta hac in parte seruare. Hinc enim multam petijt D. Hieronymus laudem Nepotiano, in Epist. ad Heliodorum, quòd in cultu morem sequeretur suæ prouinciæ. Et Gloss. in. c. si quis virorum. 30. d. & in. cap. 1. 31. quæst. 4. In vestibus, inquit, & ornatu inspiciẽda regionis est consuetudo. Quàm sanctè autem, quàm consultò & matura deliberatione Pontifices, Concilia, Patres, Regiones ac peculiares Ecclesiæ & Ordines, modos tõsuræ faciẽdę, aut nutriẽdæ radẽdæve barbæ seruauerint ac seruare instituerint: & vnde in Ecclesia Romana mos radendi caput supernè in C forma sphærica; & relinquendi capillorum sertum in modum coronæ temporibus circunductum, inoleuerit; non mei est muneris examinare, remitto vos ad Isidorum, Bedam, Turrianum, Syxtum locis commemoratis* vt nunc preteream Bellarminum, qui libr. 2. de. Monachis, cap. 40. ex ipsis nascentis ecclesiæ primoribus, Dionysio, Clemente, Aniceto, Athanasio, Epiph. August. Hieron. & alijs rem deducit.] Et hinc facile est elicere solutionem eorum argumentorum, quæ suprà posuimus; vno excepto, quòd nos propiùs respicit, & non contemnendam habet difficultatem.

Expli-

A EXplicandum ergo est quid sibi velit, quod tempore Nazaræatus non erat tondendus aut radendus Nazarę nus: at illo finito tempore & tonderi & radi præcipiebatur. Sciendum est, quòd olim Nazaræis, nutrire comã erat præceptum & vsitatum, ea ratione, vt, scilicèt, longè abessent à superstitione vicinarum gentium, quarum sacerdotes raso capite immolabant idolis; Quod dicunt D. Theodoret. q. 28. in Leuit. & D. Cyril. in Leuit. Lyran. Eugub. Oleast. Caiet. & omnes super lib. Num. cap. 6. Verum est tamen quod Eugubin. ablegare hanc doctrinam conatur, nam dicit, nihil religionis Hebræos à Gentibus didicisse, imò multum Gentiles ab Hebręis. Sed quidquid de hoc sit,

B sanè de sacerdotibus Gentilium, in Epistola Hieremiæ, quę habetur Baruch. cap. 6. dicitur, Sacerdotes sedent habentes capita & barbam rasam. Quinimo, vt D. Cyrillus, quem etiam allegant Eugubinus & Oleaster super Num. 6. ait: Gentilium mos erat comas capitis sui Dijs immolare & offerre: & ideò Moyses cum intelligeret, Hebræos non facilè deponere posse errores, quos in AEgypto imbibissent, iussit, vt qui sacris seruire debebant, caput & barbam non tonderent: certè vt eis occasionem pręriperet superstitiones faciendi & immolandi suas comas. Et ideò Leuit. 19. hoc pręceptum simul iniungitur cum alijs ad superstitiones attinentibus. Nõ augurabimini, neq; obseruabitis somnia, neque in rotũdum attondębitis comam, nec radetis

C barbam, & super mortuo ne incidatis carnes vestras: nec figuras aliquas aut stigmata facietis vobis. Hoc est, nihil superstitiosum faciatis, quorum vnum est comam & barbam radere, videlicèt, ad offerendam eam Dęmonibus, vt faciebant AEgyptij. Hoc etiam habet Theodoretus in Leuit. q. 28. At verò completo Nazarçatus tempore, cum iam homo à sacratiori illo instituto secedebat, prçcipiebatur, vt more cęterorum secularium ac sacerdotũ capillos tonderet. Verùm propter periculum immolãdi Dęmonijs capillos euulsos, statutum erat lege, vt ipsa cęsaries & capilli, qui creuerãt toto illo Nazarçatus tẽpore, offerrentur Domino. Igitur, vt tota amputaretur occasio superstitionis viris

VII. *Cur post Nazaræatũ iubebatur Nazaræus radi & tonderi.*

Gentiles immolabãt capillos Dijs.

Baruch. 6. Sacerdotes Gentilium raso capite immolabãt.

Leuit. 19.

Capilli Nazaræorum

eremandi. Nume. 6.

viris sanctioribus, lege sancitum erat, vt non raderent capita, & cum rasissent, offerrent pilos Deo, in igne scilicèt, diuinorum sacrificiorum exurendos. A

VIII. *Quòd primitias barbæ Gentiles Dijs immolabant.*

VEerùm non erit abs re, ex profanis etiam authoribus comprobare, quòd solerent Gentiles cæsaries suas idolis offerre. Nam Suetonius in Nerone, sic ait: Nero inter buthysiæ apparatum barbam primam posuit, conditam in aureâ pyxidem, & pretiosissimis margaritis adornatam, Capitolio consecrauit. Martialis de quodam alio, dixit:

Consilium formæ speculum dulcesque capillos,
Pergameo posuit, dona sacrata, Deo.

Achilles, & Theseus primã barbã Dijs obtulerunt.

Potissimùm verò cum primò quis pubertatis annos incipiens, pubesceret, & primò barbam tonderet, illam primam barbam abscissam Dijs offerebat. Vigebat, inquit Plutarch. in Theseo, illis temporibus consuetudo, vt qui ex ephebis excessissent, delati in Delphos, de comis Deo primitias darent: Accessit Theseus in Delphos, & anteriorem capitis partem solam abrasit, &c. Et Achilles apud Homerum non tantùm suæ barbæ primitias, sed & aliam dono dedit Dijs, vt etiam tradit Cœlius libro. 4. capit. 22. vbi & dicit, Fluminibus & Apollini solitas esse dicari barbas, id est, aquæ & Soli, eo argumento, quòd ex humecta feruidaque natura costant animantium incrementa. Et præallegatus Martialis loquens de illo liberto Domitiani, qui AEsculapio, in aurea pyxide reconditos crines misit, dicit: B

Accipe laudatos, iuuenis Phebæie, crines
Quos tibi Cæsareus donat habere puer.

Eius etiam consuetudinis meminit Iuuenalis, sat. 3.

Ille metit barbam, crinem hic deponit amati,
Plena domus libis venalibus, &c.

*Alterum etiam Gentilium ritum tetigit Ouidius, in Canace, circa fin. quem versibus tantùm recitatis perstringam:

Non mihi te licuit lachrimis perfundere iustis,
Intua nec tonsas ferre sepulchra comas.]

In tonsura ac rasura in

VNde omnes Patrum præsertim Diui Hieronymi authoritates, initiò allegatæ, perfacilem habent iam inter-

A interpretationem, nam cum tonſuram & raſuram prohibere videntur, ſolùm prohibent peruerſam animi intentionẽ eorũ, qui ſuperſtitionis gratia ad imitationẽ Gentiliũ ſacerdotum, barbã radebãt. Vnde Theodoretus ſuper Leuit. q. 28. expendens omnes illas ſuperſtitiones, quæ Leuit. c. 19. enumerantur, de quibus ſuprà, ſic ait: Moris eſt apud Græcos, in pueris capillorum extremitates non attondere, ſed ſinere capillos promitti: & aliquando pòſt tempore eos Dæmonibus dedicare. Conſueuerant etiam radere barbam, cum aliquem elugerent: & genas incidere in honorem defunctorum, nec nõ aliquas corporis partes acu perforabant: & nigro veſtiebãtur, in reuerentiam Dæmonum.

Spiciendum eſt ad intentionem, & animũ &c.

B Hæc Theod. Quod verò ad ſuperſtitiones attineat, id quod ibi dicitur, Leuit. 19. Non attondebitis comam in rotundum, tractat doctè, vt cætera, Caiet. ibi ſuper Leuit. dicens: Iuxtà Hebræum habetur, Non facietis circumgyrare angulum capitis veſtri; Nihil dicitur de tonſione, ſed de gyratione: & crediderim inhiberi ſuperſtitionem ſertorum, qua gyrabantur capita celebrantium ſacra Deorum. Coronati enim circulo hederæ ſacra Bacchi celebrabant, vt refert liber Machabæorum. Nec radetis barbam. Hebraicè, & non facies deſtruere angulum barbæ tuæ. Inhibetur ad literam totalis raſio angulorum barbæ: & appellantur anguli barbæ, vt Hebræi teſtantur, ſupremæ partes barbæ, quæ iunguntur temporibus: Et vſque hodie Hebræi piloſos ſeruant hos angulos, quamuis reliquum barbæ radant. Et hæc quidem de prima quæſtionis parte, dicta ſint.

Leuit. 19. Superſtitiones gentiliũ ex capillitio.

2. Macb. 3.

C

Dubium,

Dubium, An Christus Dominus fuerit instituti Nazaræorum.

A

REm multis plenam scrupulis explanandam aggredior: quod si fecero, vereor ne pro gratia calúniam sim reportaturus. Nã talis merces hoc seculo proponitur, his qui nouum aliquod & insolitum in disciplinis afferunt.

IX. *Tribus modis stat Christũ dici Nazaræum.*

ERgo, tribus modis stat Christum appellari Nazaræũ. Primò, propter patriam Nazareth, à qua oriundus erat. Secundò, propter etymologiam nominis. Tertiò, propter institutum ac ritum illorum religiosorũ, quos sub nomine Nazaræorum instituit Moyses. Et quidem, quòd Christus primis duobus modis fuerit Nazaræus, extra cõtrouersiam positũ est, non ita tertio. Andreas Osiander in annotationibus ad librum primum in Armoniam euangelicam, blasphemos eos appellabat, qui Christum annumerant inter legales illos Nazaræos, de quibus Num. 6. Cuius ratio ea est: quia tota illa Nazaræorum disciplina, ad domandam per inediam & asperitatem, carnem, à Deo instituta, & ab hominibus suscepta fuit. Vnde hostiam pro peccato offerens Nazaræus ibi Num. 6. peccatorem se esse fatebatur. Christus autem nec asperitate vitæ ad superandam carnem, nec sacrificijs ad eluendum peccatum, indigebat: non ergo esse potuit Nazaræus. Hoc ferè etiam est argumentum Sylu. in Rosa aur. Tract. 3. q. 13. super Euang. Prętereà, quia circa Christi tempora, non est simile veri consistere adhuc ordinem illum Nazarçorum, sed locum illorum ac vicem obtinuerant Pharisęi, Sadducęi &c. quos Christo non erat insolens, sed satis vsitatum exprobrare & reprehendere: tantùm abest vt instituti illorum esset sectator. Has duas causas ac rationes examinare ego inferiùs ad calcẽ quæstionis debeo. Tertiam proinde apponamus.

B

Prima ratio ob quam Christus nõ fuit de ordine Nazaræorum.

Num. 6.

C

Secunda.

Tertiò

A. Tertiò itaque probatur, Christum non fuisse de illis Nazaræis; quia, vt ad calcem etiam quæstionis paulò fusiùs disceptabo, secundùm historiam, aliquem Nazaræorum ritum obseruasse Christum, non perhibent Euangelistæ: imò his opposita semper fecit, vt bibere vinum, assistere mortuis, &c. At si de illorum secta esset, secùs faceret. *Tertia.* Quartò, quia neutiquam expediebat, vt singularem viuendi normam & ritum Christus haberet, qui generaliter omnium futurus erat dux & doctor: qui non solùm verbo doceret, sed opere & exemplo imitandum se exhiberet. *Quarta.* Quintò, quia ex tàm multis scriptoribus, qui de Christi gestis loquuntur, ausim dicere & persanctè iurare, nullum *Quinta.*

B. prorsus esse, qui id dixerit, nec quidem insinuauerit: tàm multos nanq; hac in parte consului. De quo in fine huius q. At si de horum legalium Nazaræorum numero Christus fuisset, non solùm non latuisset scriptores catholicos, verùm & ipsi Euangelistæ tradidissent.

X.

Probatur efficatiùs Christus nõ fuerit de illis legalibus Nazaræis.

AD nominis etymon accurramus, vt inde perspicuum fiat, Christum aliter fuisse Nazarẹum, quàm fuerint illi. Sanè Nazarẹus, vt Christo tribuitur, non est omnino diuersum à nomine Nazarẹorum, quo illi legales insigniti erãt. Nam cum vox Nazarẹi possit Hebraicè scribi per Zain ז, aut per Zade צ: si per Zain scribatur, significat Nazaræos illos; si per צ Zade vel Tsade, significat Christum.

C. Quod triplici irrefragabili argumento cõstat. Primò, quia Sãctes Pagninꝰ, & Stephanus Salazarius testes oculati sunt, titulum Crucis Christi, qui nunc habetur Romę, in AEde sanctę Crucis in Hierusalem, habere nomen Nazaræi per צ Zade seu Zadic. Idẽ habet Syxtus Senen. lib. 2. bibl. verb. Pontius Pil. licèt id negent alij, Rodericus Yepensis *Hieronymianus*, in Descriptione Palæsthinę, & peregrinatione Christi: & Leo Castrẽsis super Iai. c. 11. Sed verè in ipso Euãgelio D. Matthęi, quod nunc temporis Hebraicè adseruatur, per Tsade habetur scriptum nomen Nazaræi. Ego propterea à Pagnino, & Salazario assentior. Prętereà, quia satis dilucidè ipse D. Matth. c. 2. significauit, Christum eò dici Nazarenum, non quia esset de illis Nazarẹis per Zain, sed quia

Christus Nazaræus per Zadic, non per Zain.

Titulꝰ Crucis Christi.

de oppido Nazareth esset ipse, ac parentes eius. Nazareth A
Iosu. 11. autem, cuius apud librum Iosue, dicunt aliqui, fieri mentio: nem, per eandem literam Zadic scribitur, scilicet, נְצוֹר Hasor, vel Henasor, quæ Hebraicè est Nazor vel Natsor, siue etiam Nasor: nam Zadc seu Zade Hebræum, omnibus illis modis Latinè scribi potest, nempe, per Z. vel Tt, vel S. Rursus Diuus Hiero. quem communiter sequuntur cæ-
Matt. 2. teri, in illo loco Matth. 2. Et veniés habitauit in Nazareth, vt adimpleretur quod dictũ est per Prophetas, Quoniam Nazaræus vocabitur (licèt ad alia etiã scripturæ loca credat, fieri allusionẽ à D. Matth.) tamẽ particulariter existimat,
Isai. 11. hoc testimoniũ desumpsisse D. Matth. ex Isai. cap. vbi dicitur, Egredietur virga de radice Iesse, & Nazaræus (sic enim B
habent Hebraica veneti ser נְצֶר) de radice eius ascendet. Quod etiã aiunt plures alij, quos infrà referemus. In illo autẽ loco Isaiæ, de Messia loqui Prophetã ad literã, patet ex Paraphasi Chaldaica, quæ ibi sic habet: Egredietur Rex de filijs Isai, & Christus de filijs filiorum eius crescet. Quòd verò ibi Nazaræus scriptũ sit per Zadic, patet ex voce Hebræa, נֵצֶר Netser, vel Nezer, quæ ibi habetur. Erat itaque Christus aliter Nazaræus, quàm illi legales essent.

Christũ etiã dici Nazaræum per Zain, id est, sanctum, & consecratũ Deo.
Dan. 9.
Luc. 1.

Non eo inficias id nomen etiam secundùm etymologiam nominis Nazaræi, scripti per Zain ז, vt tribuebatur illis legalibus, conuenire etiam Christo: nam Nazer vel C
Nezir per Zain, significat sanctum & separatum & consecratum Domino: Christum autem sanctum futurum, vniuersæ scripturæ habent, præsertim Dan. 9. & Lucæ. 1. Et idem nomen si, vt dicebat Osiander, significet quidquid sponte sua crescit, vt est in homine barba & cæsaries, in agro gramina, herba, &c. aut quidquid omnino absq; cultura prouenit: nam dicit ille, idcircò religiosos illos dici Nazaræos, quòd barbam & cæsariem sponte crescentem haberent: profectò ratio non deest, vt Christo nomen illud tribuatur, qui absq; cultura aliqua ex vtero Virginis spontè creuit, quasi Virgultum de terra sitienti. Ni-
Isai. 53. hilominus tamen quadrantior expositio, & non omninò diuersa, ea erit, vt dictus sit Christus Nazaræus, non à nomine

A mine Nezir, per Zain, sed à radice Netser per Tsadic. Net
ser autē, נֵצֶר florem, Germē, fructum ve significat: Christū
autē appellari germen non mihi probatu difficile est: nam Zach. 3. & 6
Zechar. 6. sic habet textus Hebraicus, Ecce vir, Germen no Isai. 4. 13.
men eius. Et c. 3. Ecce ego adducam seruum meum, Ger- & 33.
men. Et Isa. 4. Erit Germen Domini in magnificētia. Et Isai. Hiere. 23.
13. & 33. idem. & Hierem. 23. & 33. & 33.

Plura adhuc latent in nomine Netser, per Tsadic: nam, Nazaræus
vt habet Pagninus, in Thesauro, & obseruauit Paulus de Pa per Zade, si
lacio, Matt. 2. in fine, & Stephanus de Salazar, in Genea gnificat, flo
logia Saluatoris, Nomen Netser significat etiam custodire rem, germē,
& deuastare seu prædari: Christo autē nomen custodis & custodē, &
B deprædantis iampridē inditum est, apud Isai. 8. Voca no- vastatorē,
men eius, spolia, prædare. Et apud Iob, c. 7. Quid faciam ti- Isai. 8.
bi, ò custos hominū? Quibus locis verti potest, custos, deua Iob. 7.
stator, seu Nazaræus. His itaq; omnibus modis Christus di
ci habet Nazaræus, nō verò illo altero modo, quasi esset de
instituto Nazarçorū. Quod Greçanicę etiā scripturę cōmo
strāt: nā, vt notat Iansenius, in Cōcordia, c. 11. cū nomē Na
zaræi tribuitur religiosis illis cōsecratis ac separatis, scribi- Christus Na
tur cū litera A. in medio, sic, Nazaræus: cū verò de Christo zoræus, po
dicitur, scribitur per ω Omega, in medio, sic, Ναζωραῖος Na ni quā Na-
zoræus. Vt patet Matt. 2. & 6. & Ioan. 18. & 19. & Luc. 18. zaræus.
& Act. 2. Solus Marcus Latinos imitatus, scribit Christū,
C Nazarænum per, α, A. Ira dicit Iansenius, & verum dicit.

Ex ijs confrādi penitùs manent conatus Hieronymi de la Rua Tolet. recentissimi scriptoris, Controuer- sia 4. Positiua, aduersùs Syxtum Senensem, & Leo- nis Castrensis, super Isai. 11. aduersùs Pagninum, quasi soli Pagninus & Syxtus, essent huius assertores sententiæ, & non potiùs D. Hieronym. & alij innumeri, quorum Catalogum in fine. §. 11. recensebo. Contendunt itaq; Rua, & Castrensis, Christum neqnaquam dici Nazaræum per ז Tsadic sed per Zain. Quod quidem, mea sententia, ipsi non probant: nam quamuis probent id quod probatione non indigebat, (tam in confesso est apud omnes) Chri- stum secundùm rem esse Nazaræum per Zain, id est, es-

se separatum aut consecratum Deo: non inde fit eius agnomen esse Nazaræum per Zain & non per Tsadic, Imò crediderim, licèt vtroq; modo sit Christus Nazareus, appellari tamen altero tantùm modo, nimirùm per Zadic, vt consonet patrię, dictę Nazareth, per Zadic, & dissonet àritu illo Nazarę̃orum, quorum nomen scribebatur per Zain, & quorum instituti Christus non fuit, vt iam vidimus, & videbimus apertiùs statim: vtque tandem consonet locis illis, ex quibus desumpsisse D. Matth. creditur testimonium illud quod retulit Matth. 2. Sic explicandus est Augustin. Eug. super Num. c. 6. initio. * Hinc tamen priùs quàm discedam, scito, sicut Christũ, Nazarę̃ũ, sic eius assecłas & discipulos, Nazaræos olim dictos, vt notabat D. Hierony. super Isai. c. 52. Epiphan. aduersus Nazarę̃os, hęresi. 29. De quo F. Ludouic. de S. Franc. lib. 10. Globi canonũ & arcanorũ. Legenda porrò omninò est Homil. 4. Chrysc. ex varijs, in Vigilia Epiphanię, vbi scribit: Nazarę̃us autem saluator noster tã ex loci appellatione, hoc est, ciuitatis Nazareth, quàm ex sacramento legis est nũcupatus, &c. Deinde illũ Samsoni comparat elegantissimè. Itaque vtroque modo Nazarę̃us fuit, tametsi vno tantùm vocatus.]

Nazaræi Christiani.

XI. *Qui sint illi prophetæ, ex quibus D. Matth. desumpsit illud, Quoniã Nazarænus vocabitur.*

1. *Explicatio.*

IAm nullus dubitandi locus relinquitur, in re de qua eruditi vehementer addubitarunt: quinam, scilicèt, sint illi Prophetę, quos allegat Matth. cum dicit: Vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas, Quoniam Nazarę̃us vocabitur. Primùm enim omnium Andreas Osiander, in Annotationibus ad primum librum Harmonię, triplex Prophetarum genus distinguebat, in quorum tertio loco constituebat prophetas quosdam, qui edocti fuerant à prioribus prophetis, & eorum vaticinia declarabãt populo: non tamen sine diuina illustratione: quamuis ipsi nihil de suo prophetarent. Hi prophetę, aiebat ille, sunt, quos Matth. citat. Osiandrum sequutus est Isid. Clari. Sed plures licèt alios assecłas haberet, similem veri non faceret hanc doctrinam. Laborant Iasenius in Concordia Euang. c. 11. Stephanus Salazarius, in Genealogia Saluatoris, Martinus in Hypotyposibus, li. 6. c. 1. in relegãdo hoc tertio Prophetarũ genere:

A genere: mea ideò opera hìc opus non esse video. Locum proinde adducamus, ex prophetis, vnde Matt. protulerit hoc testimonium, Quoniam Nazaræus vocabitur.

2. quod ex historia Sꝫ sonis, qui fuit Nazaræus. Iud. 13.

Claudius Guilialdus, Matth. 2. existimat, nullum esse locum, vnde id desumere D. Matth. potuerit, nisi Iud. 13. vbi Angelus loquens ad vxorem Manue, dicit, parituram esse Samsonem, qui Nazaræus Dei erit. Hoc verò testimonium desumptum dicitur ex prophetis, eo quòd liber ille Iudicum, licèt vnus sit, multorum tamen sibi succedentium historiam continet. Id priùs dixerant D. Chrysost. homil. 3. ex Matth. in Vigilia Epiphaniæ, & Eucherius, lib. 3. in Gene. & pòst Leo Castren. super Isai. c. 11. & Hiero. de la Rua, & perplures alij.

B

3. explicatio. Psal. 131.

Alij, de quorum numero est Paulus Burgensis, in Additio. 2. super. c. 2. Matth. & latissimè super Psal. 131. in fine, dicunt, Matthæum id protulisse ex illo versu Psal. 131. Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Ibi nanq; Christus à Dauide vocatur Nazaræus, per Zain, quasi habens Nazaræitatem: nam pro sanctificatione, habetur ibi, Nazaræitas. Et mox impugnat Lyranum, quòd dixerit, illum locum Matth. desumptum esse ex Isai. 11. Et flos seu Natsaræus de radice eius ascendet.

Alij de quorum numero est Ioannes Xuarez, Tractu. 5. in cap. 2. Matth. & prior illo Rupertus Abbas, existimant

4. explic. Gen. 49. Deut. 33.

C alluisse Matthæum ad Gene. 49. vbi Iacob appellat Iosephum, Nazaræum dicens: Fiant in capite Ioseph, & in uertice Nazaræi inter fratres suos. Et simul adglomerant loca alia, Daniel. 9. Num. 6. Deut. 33. & simul Isai. 11. in quibus iam per Zain, iam per Zadic Christus appellatur Nazaræus.

5. explic.

D. Chrysost. super Matth. 2. hos Prophetas, ex quibus hausit Matthæus illud testimonium, non inueniens, in eam venit sententiam, vt assereret, circa tempora D. Matthæi extitisse quosdam propheticos libros, vnde dictum illud depromere Matthæus potuit, qui tamen libri deinde aut negligentia Christianorum obsoluerunt, aut numia diligentia Iudæorum aboliti & extincti sunt. Certè

Diuus Athanasius, in Synopsi, ad finem, multos ex sa- A
cris libris intercidisse dicit. Quod excutere nunc minimè
vacat.

6. Explic. Anabaptistæ, ex eo quòd nusquam in veteri testamento scriptum illud reperiunt, Quoniã Nazaræus vocabitur, dicunt adiectitia esse & cõficta hæc verba, & non de vero textu Beati Matthæi. Refert Syxtus lib. 7. Biblioth.

Verior explicatio qđ ex. c. 11. Isa. hauserit Matthæus locum.

Nos tamen breuiter, his duabus sententijs vltimis prætermissis, reliquas ceu probabiles amplectimur: liberius tamen in eam imus, quæ communior est, & asserit ex Isai. 11. desumptum illud esse testimonium, Egredietur virga de radice Iesse, & Nazaræus de radice eius ascendet. Ita habet D. Hiero. libr. 7. super Isai. cap. 11. & super Matth. B
2. & ad Pammachium, vbi suprà. Licèt nonnullas etiam ex præallegatis explicationibus probet. Idem dicunt Adrianus Finus libr. 6. Flagelli Iudæorum. cap. 18. Glossa. ordin. & Lyranus, & Author replicarum super Matth. cap. 2. & ibidem Caiet. Palacios, Osiander, Erasmus, Isid. Clar. Gagneius, Iansen. Syxtus Sen. lib. 7. Biblioth. hæresi. 2. in fine, Eugub. in Num. cap. 6. Salazar suprà, Sylu. in Rosa aur. Tract. 3. q. 13. super Euang. Et quidem miror, quòd doctissimus Abul. super Matth. 2. q. 90. præter suum morem breuiter se ab hac q. eximit, dicẽs, appellari Christum Nazaræũ, quia nat⁹ est in Nazreth, id est, educatus ibi, & inde originẽ trahẽs. Nã licèt in Bethleem natus sit, quia tamẽ per occasionem ac præter spem communem propinquorũ Chri- C
sti ibi natus est, ideò nõ Bethleemites, à Bethleem: sed Nazaræus potiùs à Nazareth debuit appellari. Tractat Abul. super Matth. 21. q. 55. Itaq; vt ab instituto Nazaræorum alienum esse Christum ostendamus, crediderim nõ alluisse Matthæum ad loca illa Genes. 49. Deut. 33. Iud. 13. & 16. 1. Reg. 1. &c. in quibus scribitur Nazaræus, per Zain: sed ad locum Isai. 11. vbi scribitur per Zade.

Cur dixit Matt. scriptũ est in Prophetis, cum

Quòd si enucleandi loci Euangelici gratia, scisciteris. Quare dixit Matthæus, cum ad solum Isaiam respiceret, sicut scriptum est per Prophetas? Solutio in promptu est: nam nomen plurale accepit pro singulari: vt alias

fæpe

A sæpe, Lucæ. 23. Similiter latrones improperabant Christo, id est, vnus latronum. Et Matth. 26. Videntes discipuli indignati sunt, dicentes, Vt quid perditio hæc? Et tamen solus Iudas indignatus est, vt patet Ioan. 12. Et Genes. 28. Tulit Iacob de lapidibus, & supposuit capiti suo, id est, vnū lapidē, nam statim dicitur: Surrexit Iacob manè & tulit lapidē quē posuerat sub capite. Nisi admittere velis traditionē Hebræorū, quā ibi Genes. 28. refert, & approbat Lyra, & verè tres lapides supposuit capiti suo: & manè in vnum lapidem tres per miraculum, coaluisse, & coadunatos vidit. Demum exemplorum abundè posuimus, illud reliquum est, Ioan. 16. scriptum est, in Prophetis, Erunt omnes docibi-

B les Dei, Et tamen ex vno Propheta, nimirum Isai. 54. desumpsit illud Ioannes testimonium.* Addamus, si placet, vice auctarij, illud psal. 135. Qui diuisit mare rubrum in diuisiones, cum tamē in vnam fuerit sectū diuisionem; nam quod post Orig. & Hist. schol. dicit Abulen. super Exo. 14. quæstion. 7. fuisse in duodecim diuisum vias ac semitas, quibus singulæ sigillatim tribus incederent, nec Theodoreto, nec Lyrano, nec alijs probatur. De quo alias.]

in vno tātū scriptū esset. *Luc. 23.* *Matt. 26.* *Ioan. 12.* *Gen. 28.* *Not. miraculum.* *Ioan. 16.* *Isai. 54.* * *Psal. 135.* *Mare rubrū in. 12. vias dissectum.*

C EXperiamur modò vires earum rationum, quibus permoti, negabamus Christum esse alumnum, & religiosum de ordine Nazaræorum. Prima ratio, qua recumbebat Osiander, facilè diruitur, si dicamus: quemadmodum Christus alias corpus suum macerabat, ita potuisse inedia & asperitate Nazaræorum se affligere: neq; inde fit quòd eas actiones faceret vt carnem suam edomaret, & spiritui seruire compelleret: sed potiùs vt abstinendi & pœnitendi exemplum daret nobis. Rursus quòd hostia, ac si esset peccator, pro ipso offerretur Domino, sicut pro cæteris Nazaræis, nihil derogaret eius sanctitati, postquàm, vt habet Lucas, circumcisus & præsentatus in templo est, veluti cæteri peccatores. Secunda ratio, quòd iam tempestate Christi non essent Nazaræi, nescio an vim habeat. Nam Beentius Germ. hæreticus, hom. 10. in Lucam, apud

XII. Expēdūtur rationes ob quas Christus nō fuit Nazaræus.

Luc. 2.

Petrum Canis.lib.1.de Corruptelis Verbi Dei,in Vita Sancti Præcursoris Christi, cap.2. ad fin. existimabat, D. Ioan. Baptistam de ordine Nazaræorum fuisse: & ad horum institutum allusisse Angelum quando de Ioanne dixit, Luc. 1. Vinum & siceram non bibet. At Ioannes contemporaneus Christo fuit. Rursu Vvolphangus Iatius in Descriptione terræ sanctæ, putabat Christum, 40. dies, quos egit in deserto, fuisse in societate Nazaræorum, qui se gregati agebant in syluis & saltibus. D. Greg. Naz. in Monodia in Vitam Basilij, ad illa vsq; tempora perdurasse Nazaræorum institutum insinuat. His proinde rationibus destructis, astruamus & firmemus cæteras, quas adduximus. A

Quòd Christus nõobserauit ritus Nazaræorum.

Erat itaq; tertia ratio, ob quam Christum ab instituto Nazaræorum longè abesse dicebamus, quia illorum ritus non seruauit. Primùm enim omnium Nazaræi á vino penitus abstinebant. Secundò, rebus mortuorum non assistebant. Tertiò, nec radere, nec tondere caput aut barbam permitebantur. Quartò, hostias pro peccato cum certis ceremonijs offerebant. Horum nihil Christus gessit. Nusquam enim legitur, quòd vino abstinuerit: imò illud bibebat, quãuis sobriè, & neutiquam ad crapulam, vt crapulati illi obijciebant, eum appellantes voratorem & potatorem vini. B

Christus vinum bibebat.

Luc.7.

Luc.7.

Rursus, mortuis astitit, & aliquãdo tetigit eos vt suscitaret,

Matth.15.

vtq; doceret nihilò pollui ac inquinari homines cadaueribus, sed solis peccatis, vt ipse alicubi dixit. C

Deinde ritum illum de capite non tondendo, Christum seruasse, non credo. Certè ritus ille erat: vt nec nouacula, nec ferrum ascenderet super caput Nazaræi: quod obseruauit Abulen. super Iudic. 13. q. 19. Quòd si obiceris, solùm fieri mentionem de nouacula, ne, scilicèt, raderentur, vt patet Num. 6. & Iud. 13. & 1. Reg. 1. vbi sermo est de hac Nazaræorum obseruãtia. Respodetur, Samsonem, qui Nazaræus fuit, satis explicuisse nec nouacula, nec forcipe, aut aliquo quouis gladio radendum aut tondendum Nazaræum: nam dixit ad Dalilam, Ferrum nunquam ascendit super caput meum, quia Nazaræus sum de vtero matris meæ. Itaq; nec tonderi nec radi de-

Iud.16.

bebat

A bebat Nazaræus. Præterea, quia illo tempore sanctiores erant Nazaræi quàm sacerdotes: nam Nazaræis interdictum erat vinum, acetum, &c. Sacerdotibus verò licitum erat eis vti. Solùm quando intrabant ad immolandum, vino abstinere tenebantur, vt patet ex Leuit. 10. & Ezech. 44. Quod tractat Abulen. super Num. 6. q. 3. Erant itaque ob hanc & ob alias causas Nazaræi sanctiores Sacerdotibus, id est, austerioris & singularioris vitæ. At Sacerdotibus rasura prorsus interdicta erat: permissa verò & præcepta tonsura, vt patet Ezech. 44. Sacerdotes caput suũ non radant, sed tondentes tondebũt, &c. Proinde, vt rigidioris ac sanctioris vitæ Nazaræi se esse præseferrent: neq; rasura

B nec tonsura, nec novacula nec forcipe, aut ferro alio vtebantur. Finito autem Nazaræatus tempore, capite & barba radendi erant, & capilli abscisi, in igne sacrificiorum cum certis hostijs pro peccato, erant comburendi.

Sacerdotibus licebat vsus vini, non Nazaræis.

Leuit. 10.

Ezech. 44.

Sacerdotibus non rasura, sed tõsura licebat: Nazaræis verò neutra.

Iam quis credat, Christum vnquam capillos barbæ aut capitis combussisse, & immolasse Deo? Planè nullus. At dices, Toto suæ vitæ tempore fuisse Nazaræum ac proinde caput & barbam non rasisse, aut totondisse vnquam. Hoc autem minus est persuasibile: imò credendum omninò est tonsori interdum Christum caput submisisse. Nam licèt barbam & capillos haberet paulò prolixiores, & infrà aures demissos, ad modum Nazaræorum, vt patet ex Epi-

C stola Publij Lentuli ad Senatum Romanum, & ex Nicephoro lib. 1. Hist. Ecclesiast. cap. 40. & ex D. Anselmo, in quadam Digressione, quæ habetur in fine suorum Opusculorum; & ex alijs: tamen non ad longitudinem Nazaræorum. Sic nanque hirsuto supercilio, & prolixa barba, & disiectis ac deformibus capillis, potiùs ablegaret à se, quàm alliceret ad se homines. Hæc itaque ratio adiuncta alijs, quæ examinandæ supererant, sed examinatione non indigent, suadet Christum, propriè de ordine Nazaræorum non fuisse. In huius autem disputationis gratiam, si quis aliquid quadrantiùs, dilucidiùs & meliùs afferre poterit, me volente & gratulante facturus est.

Christus nõ combussit capillos suos, &c.

Christus aliquãdo tõsura vsus est.

A

QVAESTIO SEXTA SCHOLASTICA.

Vtrùm in damnatis sit alternatio & vicissitudo pœnarum & tormentorum.

B

SVMMARIVM.

§. 1. *ARgnitur quòd damnati aliqualem tormentorum pausam habeant ex Patribus & Theologis. Et ex orationibus viuentium pro illis. Et ex eo quod transeunt de vno in aliud tormentum per medium.*

§. 2. et 3. *Oppositũ asseritur. Probatur ex optimis locis Scripturæ.*

§. 4. *Christi anima etiã purgatorium adijt, & an inde omnes vel aliquas eduxerit animas. Rationabilenè sit animarũ Purgatorij opem implorare.*

C

§. 5. *Damnatis non prosunt suffragia. Cur Purgatorium appelletur infernus, tartarus, os leonis, profundum, portæ inferi. Venialia puniuntur pœna æterna.*

§. 6. *Digressio de portis inferni an aliquæ sint. Ex Gentilibus multa. Montes igniuomi. Aeneas, & alij infernum viserunt.*

§. 7. *Pro beatis orare, blasphemium est.*

§. 8. & 9. *Calor & frigus non alternis, sed simul agunt in damnatos. Probatur latissimè non esse transitum tormentorum.*

§. 10. *Digressio de numero, & genere tormentorum. Igne, eius fomentis, niuibus, vermibus, lacrymis, stridore dentium, fœtore, tenebris, febribus, &c.*

§. 12. *Explicatur locus Iob, Ab aquis niuium ad ignes, &c.*

§. 13.

A §.13. *Latè tractatur, Quòd calor & frigus simul agant in corpora damnatorum.*

§.14 & 15. *Arguitur contra hoc, difficillimè. Respõdetur. Quòd calor & frigus non agant Physicè in inferno. Quod licèt cesset motus cœli sint ibi hæ actiones.*

§.16. *De beatis nonnihil, an in cœlo exerceant operationes sensuum exteriorum.*

B INuisa hæc in scholis est disputatio, sed non ideò ingrata erit: præsertim cum vtilitas ac iocunditas amicè in ea conspirauerint. Omne autem punctum tulisse eum, qui miscuit vtile dulci, iã pridem obseruatum est ab Horatio. Hoc me in præsenti quæstione præstare, non solùm opto, sed spero. Prę-monitos tamen lectores velim, voluptatis & vtilitatis comitem in diuiduam, hac in parte futuram difficultatem: nã Philosophiæ naturalis ac Theologiæ plurimum habebit præsens tractatus admissum. Bifida porrò erit disputatio. Nam primò perquirimus, an damnati in tormẽtis suis intercalarem aliquantulam requiem aut alleuationem pœnarum sentiant. Deinde inuestigabimus, vtrùm sit in eis alternatio tormentorum, ita vt nunc his, nunc illis vexentur tormentis: an verò iidem perpetuò, sine variatione aliqua & vicissitudine crucientur? *Sensus quæst.*

C ARgumentor primò ad probandum, damnatos aliquam tormentorum paulam aut mitigationem experiri: nam Patrum Ecclesiæ authoritas in hanc partem declinat. Aurelius Prudentius Cæsaraugustanus, Doctor Christianus, & Poëta suo tempore celebris, in hymno de lumine Paschali, dicit in nocte Resurrectionis Domini, quã totam olim fideles orationibus & sacrificijs peragebant, animas damnatorum, vi suffragiorum, quiescere à tormentis. Sic enim dicit: *I. Argum. quòd damnati nonnihil aliquando quiescãt à tormẽtis.*

Sunt & spiritibus sæpè nocentibus,
Pœnarum celebres sub Styge feriæ:

Illa

Illa nocte Sacer, qua redijt Deus
Stagnis, ad superos, ex Acheronticis.
Marcent supplicijs Tartara mitibus,
Exultatque sui carceris ocio
Vmbrarum populus liber ab ignibus,
Nec feruent solito sulphure flumina.

Historia B. Macarij.

Diuus Damascenus in Sermone de Mortuis adiuuandis, refert cum S. Pater Macarius assiduè pro mortuis deprecaretur, & aliquando per viam incederet, caput cuiusdã mortui, qui fuerat Gentilis, loquutũ ei esse, dicens: Quando tu, ò Macari, pro mortuis offers preces, nos interim aliquid lenimẽti sentimus. Diuus Chrysostomus, homil. 3. in Epist. ad Philip. his qui in diuitijs mortui sunt, nec peccata sua diluerunt, prodesse orationes viuorum dicit, modicam consolationem eis afferendo. Et infrà, cum dixisset, his qui in fide decesserunt prodesse orationes viuorũ, opponit eis Catechumenos, qui sine fide mortui sunt, aut saltem sine gratia Dei: & dicit, eos etiam aliquid refrigerij capere, quãdo pro ipsis bona opera fiunt à viuis. Diuus Augustinus in Enchiridio, cap. 110. cum distinxisset tria defunctorum genera, scilicèt, valdè bonorum, & valdè malorum, & quorundam mediocriter malorum: intelligens per valdè bonos, eos qui nihil purgandum ferunt: & per mediocres, qui ad purgatorium deferuntur: & per valdè malos, eos qui damnantur, dicit: Valdè malis prodesse suffragia ad hoc vt sit plena remissio, aut ad hoc vt tolerabilior fiat ipsa dãnatio. Et c. 112. permittit nobis vt credamus, pœnas damnatorum certis temporum interuallis aliquatenùs mitigari. Et cap. 113. in eam partem satis propendit: insinuans, hanc sententiam fuisse suo tempore celebrem apud Catholicos.

2. Argum. ex authoritate Theologorum.

Secundò ex antiquis Theologis arguitur: Præpositus Leodiensis Ecclesiæ presbyter, in Compendio suæ Theologiæ scriptum reliquit, preces viuorum tàm multum prodesse damnatis, vt posit illarum vi, omnis damnatorum pœna remitti, non tamen in perpetuum, vt censebat Origenes, sed vsque ad diem iudicij: tunc verò re-

resumptis

A sumptis corporibus, retrudendi erant in inferno damnati, & ibi in æternum cruciandi: eò quòd post iudicij diē nullus suis precibus eos suffragari poterit. Ita refert Sanctus Thomas, 4. distinctione 45. quæstione 2. articulo 2. quæstione 1. Syxtus Senen. libro 6. Bibliothe. annot. 47. Sotus in 4. distinctione 45. quæstione 2. artic. 2. Sed & Gilbertus Porretanus, quem præallegati Doctores etiā commemorant, Pictauiēsis Episcopus, lib. Quæstionum Theologicarum, dixit, nunquam finienda esse damnatorum tormenta, etiam si viuorum precibus & suffragijs indies minuantur: eò quòd in diminutione pœnarum per suffragia, eo modo proceditur, sicut proceditur in diuisione linearum, quæ cum sint finitæ, tamen in infinitum diuidi possunt, absque eo quòd finiantur, dummodò minuantur per partes proportionales æquales. Ergo ait, per primum suffragium diminui aliquotam partem pœnæ: & per secundum, partem aliquam remanentis, secūdùm eandem proportionem: & per tertium alteram partem minorem, & sic in infinitum, absque eo quòd finiatur. Hæc explicatio placuit Glossæ, & alijs Iuristis super cap. tempus. 13. quęstione 2. vt etiam refert Durandus 4. distinct. 45. quæst. 2. numero 7. Altisiodorensis Episcopus, in fine suę Summæ, quem etiam allegat Sanctus Thomas loco citato, alia procedit via, nam dixit, Per suffragia quidem viuorum nō remitti aut minui pœnas tartareas, sed tamen corroborātur (ait) ipsi dānati, vt minùs eas sentiant: sicut si quis hominē ingenti ponderis onere prægrauatū, cibo recreet, vel rore perfundat & refrigeret, illum sanè reddet sustinēdo oneri fortiorem, de pondere tamen ne tantillùm quidem diminuet. Linconiensis, peruetustus etiam Theologus, cuius meminit Syxtus, loco citato, in Summa Theologica, nō lō gè à fine, dicit, Viuorum suffragijs nec auferri, nec diminui, nec interrumpi damnatorum tormenta, subtrahi tamen illis aliquam grauioris miseriæ occasionem, dum sentiunt se non omninò despectos esse à viuis: sed habere potiùs aliquos qui condoleant malis suis.

Quomodo pœna inferni non tandē finiatur, si suffragijs indies minuitur.

B

Alter modus dicēdi.

C

Alter.

Tertio, quia Ecclesia preces & orationes fundit pro dānatis,

3. *Argum. ex eo quòd*

Ecclesia etiam orare videtur pro damnatis.

natis, ergo damnati refrigerium aliquod his orationibus sentiūt: alioqui incassum iactaret preces Ecclesia. Probatur Antecedens, nam sic canimus in Missa defunctorum; Domine Iesu Christe, Rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu, de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, &c. Qua precandi formula pro damnatis orat Ecclesia, nam ipsi sunt, quibus imminēt illa mala, profundi lacus, tartari, & leonis tartarei. Et quid est, quod Ecclesia passim cantat, A porta inferi, erue Domine animas eorum? sanè istæ portæ nihil sunt aliud, quam infernæ & diabolicæ potestates, de quibus dicitur Matthæi 16. Et portæ inferi non prævalebunt aduersùs eam. Cum autem animæ Purgatorij securæ sint harum portarum, videtur quòd pro damnatis fundat preces Ecclesia, vt à portis illis Deus eos eripiat. Ne ergo frustra Ecclesia pro damnatis oret, dicamus, his orationibus * nonnullum commodum reportare damnatos. * Confirmo hoc, quia cum peccata damnatorum venialia, quæ hìc commisserunt, puniantur simul cum mortalibus in inferno, finito venialium supplicio, quod constat nō fore perpetuum, minuetur tantisper damnatorum tortura.]

Matth.16.

A

B

4. Argum. quia Beatis prosunt nostræ preces.

Quartò: Eadem prorsus esse videtur ratio de Beatis ac de Damnatis, cum vtrique in termino ac statione postrema constituti sint: sed beatis prosunt nostra suffragia ad augmentum gloriæ, ergo & damnatis ad nonnullum decremētum pœnarum. Probatur minor, nam Diuus Chrysostomus in Liturgia diuini sacrificij, conscripsit formulam precandi & offerendi pro defunctis, in hæc verba: Offerimus tibi rationalem hunc cultum pro in fide requiescentibus, Patribus, Patriarchis, Prophetis & Apostolis, præconibus & Euangelistis, Martyribus, &c. Et in cap. cū Marthæ. de Celebratione Missar. dicitur, quòd in Oratione secreta de Sancto Leone, scriptum erat olim: Annue nobis, quæsumus, Domine, vt animæ famuli tui Leonis hæc prosit oratio. Et nunc temporis in quadam collecta, cuius author est Diuus Gregorius, dicitur: Vt sicut sanctis tuis prosunt ad gloriam, &c. Lege Diuum Thomam in 4. distinctione

C

A stinctione 45. quæst. 2. artic. 2. quæst. 4. vbi in quarto argumento inducit Damascenum, qui ex sententia D. Chrysostomi, idem affirmat.

Postremò, & est cæteris fortius argumentum, quia iocunditas & delectatio sita est in quadam rerum permutatione & alternatione: sed damnatorum tormenta permutantur & alternantur, hæc ergo vicissitudo & variatio pœnarum non nihil refrigerij eis afferat, necessum est. Minor probatur ex illo loco Iob, cap. 24. Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium. Confirmatur, nam cum certum sit frigore & calore torqueri damnatos: certè si simul vtroque torquentur, iam damnatorum pœna ex
B parte decrescet, quandoquidem qualitates illæ extremæ contrariæ mutuò secum pugnantes, & circa idem subiectum agentes, inuicem se remitterent & impederent: ac proinde ad medium deuenirent, quod est delectabile. Si verò dicamus, ordine quodam & successiuè, calore & frigore cruciari damnatos, iam illis contrarijs mutuò in adiectum agentibus, dùm de vno transitur in aliud, necessum est vt temperetur frigus calore, & calor frigore: & sic in intermedio illo transitu ac successione, non potest non vis caloris ac frigoris aliqua ex parte leniri ac mitigari.

Vltim. Argum. ex eo quòd in dãnatis est permutatio tormentorum.

Iob. 24.

C §. It in hac re conclusio: Viuorum preces & suffragia nihil prorsus emolumenti, solatij aut refrigerij damnatis afferunt, aut afferre possunt. Hanc sententiam docent communiter sancti Patres, sancta Ecclesia, Theologi & Doctores omnes ferè. Probatur multipliciter à Diuo August. libro 21. de ciuitate Dei, cap. 24. & Gregorius, homil. 34. super Euangelium. Alexan. 4. p. quæst. 93. memb. 2. ar. 7. §. 1. S. Tho. Duran. d. 45. in 4. Sent. & ab Adriano in 4. de Claubus. q. de Remissione peccatorum post mortem, & à Ioãne Medina Cod. de Oratione, in q. de valore orationis pro alio fusæ, & ab Antonio Corduben. lib. 1. Quæstionarij, q. 51. in fine, Soto 4. distinct. 45. quæst. 2. artic. 2. Et quòd hæc sit Ecclesiæ & Patrum mens, patet ex cap. pro obeuntibus, 13. quæst. 2. ex Diuo Gregorio in Epistola ad Bonifacium,

II. Quòd suffragijs, & precibus nihil tormenti prorsus minuitur damnatis.

facium, vbi dicitur: Quanuis peccatis omnes subiaceamus, congruit vt sacerdos pro mortuis Catholicis memoriam faciat & intercedat: non tamen pro impijs, quanuis Christiani fuerint, tale quid agere licebit. Et in Concilio Braccharen. 1. cap. 34. & habetur in cap. placuit. 23. quæst. 5. enumeratis quibusdam peccatis impœnitentiæ finalibus, præcipitur, ne pro eiusmodi mortuis peccatoribus quisquam oret. Et in c. in præsenti. & cap. fures. 13. quæst. 2. & in cap. Audiuimus. de Reliq. & vener. sanct. Denum trium est illud Augustini. Si scirem matrem meam esse in inferno, non magis orarem pro ea quàm pro Diabolo. Et, Si Ecclesia sciret, aliquem esse reprobum, non magis oraret pro illo quàm pro Diabolo. A

Augu. non oraret pro matre sua, si sciret eã esse in infer no.

Deinde ex diuinarum Scripturarum testimonijs id ipsum persuasum reddere poterimus: nam Eccles. 11. Vbi ceciderit, inquit, lignũ, siue ad Austrum, siue ad Aquilonẽ, ibi erit. Hæc loquutio tropica est & metaphorica: nã per casum, mors: per lignum, homo: per Aquilonem, infernus significatur: nam Diabolus in lateribus Aquilonis suã fixit sedem, ait Isaias, vbi frigus & tenebræ sedem habẽt. Ergo est sensus, siue homo moriens decedat in statu salutis, siue damnationis, planè immotũ & immobile in æternum persistet, absque interpolatione & crementó siue decremento pœnarum, &c. Ducitur metaphora ab eo qui in syluis ligna cædit procera & immania: nam ea cũ succîdit, facilè est in hanc vel illam partem flectere, nam vel digito potest decidua, quò volet, vertere: at semel flexum & iactum in vnam partem lignum, iam sanè immobile est. Loquimur secundùm communem legem. Et adducitur is locus ab Adriano suprà. Item ad idem est locus Apocalyp. 14. Cruciabitur igne & sulphure, & fumus tormentorum eorũ ascendet in sęcula sęculorum: nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam. Notandum est quod dicitur, Nec habent requiem, &c. Rursus Alexã. 4. parte, quæst. 93. mem. 6. artic. 7. §. 1. citat illud ex 1. Ioan. vltimo: Est peccatum ad mortem, non pro eo dico, vt oret quis. Id est, Pro peccato continuato vsque ad mortẽ, hoc B C

Ex Scriptura probatur conclusio.

Eccl. 11.

Nota locũ.

Isa. 14.

Alter locꝰ Apoc. 14.

1. Ioan. vltimo.

A hoc est, pro his qui in mortali decesserunt, nullus oret. Si verò quis ex ignorantia pro illo orauerit, oratio eius in sinum suum reuertetur, vt habet Dauid. Vtrumque locum ita ibi explicat Glossa. Illo etiam probatur conclusio, quod canit Ecclesia, In inferno nulla est redemptio: non solùm, ait, non est redemptio, sed dicit, nulla est redemptio, videlicèt, nec possunt inde exire, nec eorum pœna remitti, interrumpi, seu quolibet alio modo leuari. *Psalm.*

Demùm pro conclusione potissima ratio ea est, & adducitur ab Alexand. suprà, quòd damnati, cum in odio & inimicitia Dei, inque superbia atque cæteris prauis affectionibus sint obstinati, iuxtà illud Psalm. Superbia eorũ, qui te oderunt, ascendit semper, sanè omninò diuinæ mu- *Probatur conclusio ratione. Psal. 73.*

B sericordiæ incapaces se reddunt, & fructum passionis Christi capere minimè possunt: per quam solam & culpa omnis, & eam consequens pœna remitti habet. Efficax etiam videtur esse ratio, quam attulit Durandus, in 4. distinctione 45. quæstione 2. num. 10. quia, scilicèt, suffragia vnius non possunt alteri prodesse, nisi eiusdẽ membrũ sit corporis: sed damnati non sunt membra Ecclesiæ, cum sint præcisi irreuocabiliter per finalem sententiam, ergo. Tandem certior est hæc conclusio, quàm vt multis indigeat probationibus; nam neque peccata venialia damnatorum remittuntur, sed in æternum puniuntur, propter coniunctionem cum mortalibus, vt benè Adrianus, quæstione ci-

C tata de remissione peccatorum post mortem, ex S. Thom. & alijs, contra Scotum.

AD primum, quod ex Prudentio, Damasceno, Chrysostomo, & Augustino, in causa damnatorum productum est, respondemus, Prudentium in primis nomine Stygis, Tartari, Stagni, carceris, sulphuris, vmbræ, non infernum damnatorũ, sed locum purgatorij designasse: ea, scilicèt, loquendi phrasi, qua Ecclesia idem purgatorium appellat profundum lacum, & os leonis, & tartarum, & portas inferi, &c. Quod verò animas ibi existentes, vocat spiritus nocentes, nihil derogat animarum purgatorij sanctitati; nam, cùm tàm acriter ibi puniantur, dicendum *III. Ad argum. Respond. Animæ purgatorij dicũtur torqueri Styge, tartaro, sulphure.*

est ,cum in hac vita degerent,fuisse nocentes. Illa ergo re- A
surrectionis Dominicæ nocte, propter iuges fideliũ pre-
ces, leniebatur doloris acerbitas in animabus purgatorij.

IIII. An Christ⁹ in triduo ad purgatoriũ venerit, & inde animas eduxerit.

VErùm cursim liceat mihi duo, omni animaduersione dignissima,his inferere.Primũ est circa id quod non-
nulli iam olim in dubium vocauerunt, An in ipsa nocte,
qua revera Christus ad inferna descendit,& purgatorium
etiam inuisit,animæ ibi existentes leuatæ sint à tormentis,
aut prorsus liberatæ.Dicam sanè,esse sententiam quorun-
dam,inter quos, vt alios omittam,sunt D. Thom.3.parte,
quæstione 52.artic.8.& in 3.distinctione 22.quæst.2.ar.2.
quæstione 4. Durandus eadem distinct. quæstio.4. Palud.
Sententia S.Thom. q.3.Richard.ar.3.q.2.Abul.in Paradoxa 5.c.118.quòd per B
Christi descensum, nihil penitùs ablatum aut imminu-
tum fuit pœnæ , illis animabus: sed solùm Christus inde
quasdam extraxit, eas, scilicèt, quæ alioqui iam secundùm
legem communem extrahebantur, quia omnem prorsus
pœnam , ad quam diuina sententia destinatæ fuerant , ex-
Altera sententia verior. oluerant. Cæterùm , hoc ego mihi persuadere nec volo
nec possum:quin potiùs, descendente ad purgatoriũ Chri
sto , ereptas existimo aut omnes aut quàm plurimas ani-
mas,quæ illo carcere præpediebantur:reliquis verò longè
mitigatas & imminutas fuisse pœnas.Fuit nanque dies ille
triumphalis,& multis titulis alacer & longè indulgentior
quàm cæteri dies, in quibus nostris suffragijs eripi solent C
animæ ab illis ignibus.Ne autem temerè me in præallega-
tos Doctores insurrexisse quisquam suggillet, patronos
habeo,quos in hac parte sequar,D.Bonauent.in 3.distin-
ctione 22.quæst.5. sed hic licèt vulgò citatur pro hac par-
te,non constat an id asserat. Habeo tamen & Gabr.quæst.
vni.artic.2.dub.3.Franciscum de Christo,quæst.6.propo-
sitione 4.Marsilium quæst.13.artic.2.dub.3.qui post mul-
ta, tandem in hanc partem declinat, & allegat pro eadem
* Thomam Argent.Idem habet Maioris * in 3.distinctione
22. & ferè supplem. Gabr. 4. distinctione 45. quæstione
1. articulo 1. Turrian. libro 4. contra Magdeburgen. cap.
12. & ex Patribus fauent plurimi, Augustinus, Grego-
rius,

A rius, Anselmus, de quo aliàs. Lege etiam Iacob. de Val: super Canticum Abach. in illo versu, Incuruati sunt colles mundi.]

Alterum, quod in quæstionem nonnulli vertunt, Animæne purgatorij, quæ nostris iuuantur suffragijs rependunt vicem nobis, orãdo ac impetrando à Deo nobis gratiam? Nolo in hac parte meum iudiciũ interponere, quod feci in præcedenti. Producam pro vtraque parte Doctores secũ pugnãtes: Cui libuerit, ac licuerit eorũ litem componat, aut ad quos voluerit, transeat. Richardus, in 4. distinct. 45. artic. 7. quæst. 3. ad tertium, Gabriel super Cano, lectione 58. circa finem. Ioannes de Medina, Codice de Pœnitent. Tractatu de Oratione, in quæst. speciali, & quidam alij affirmantem partem defendunt. In aduersum militant Sanctus Thomas, in 4. distinct. 15. quæst. 4. art. 5. quæst. 2. & in 2. 2. quæst. 83. artic. 4. ad tertium, & artic. 9. ad 2. & art. 11. ad 3. & Alexand. Halen. 4. part. q. 92. membro 1. art. 3. Abulens. super Matth. tomo 3. quæst. 93. & super cap. 6. quæst. 87. Diuus Antoninus 4. part. tit. 5. cap. 8. §. 2. Syluester, verbo, Oratio. §. 3. Nauarro, super. c. quando, &c. Quocirca Victoria, Relectione de Magia, num. 17. sentit, non esse adeò constantem & religiosam consuetudinem quorundam hominum, & præsertim fœminarũ, quæ in suis casibus ac miserijs implorant animarum purgatorij opem atque fauorem. Meam ego sententiam nũc suspendens: ad solùm dixero, sanctum ac vtile esse inuocare & implorare opem illarum animarũ: nam siue, quandiù sunt in Purgatorio, orare pro nobis valeant, aut nõ valeant: certè cum inde exeant, vnde exituras certum est: & ad regnum perueniant, in quod peruenturæ sunt: non est dubium quòd tunc preces fundant, ac orent Deum pro ijs qui se ipsos eis commendauerant, & eas suffragijs ac precibus iuuerant.

Animæ purgatorij an orẽt pro nobis.

An rectè faciant qui in necessitatibus se commendat animabus purgatorij.

V.

Prosequutio solutionis argumẽtorum.

AD rem itaque dico, caput illud, quod, vt habetur in D. Damasceno, in via iacebat, non fuisse hominis dãnati, sed iusti existentis in purgatorio: nam Damascenus non dicit in illo sermone, quòd fuerit hominis Gẽtilis, vt

vt ibi patet. Quòd si Diuus Thomas hanc historiam referens ex Vitis Patrum, dicit fuisse caput Gentilis, ipse nodum hunc tenetur enodare. Quod & fecit, in 4. distinctione 45. quæst. 2. artic. 2. quæst. 1. ad quartum. Quem locum consulat qui volet. A

Ad Chrysostomum, ex eius dictis liquidò colligitur quid dicendum sit: nam apertè loquitur de his qui post mortem in purgatorium perducti sunt, propterea quòd hoc in sæculo non satis pœnituerunt. Quod dicit de Catechumenis similem exposcit solutionem: nã nihil prohibet, quin Catechumeni in Purgatorium etiam perducãtur, cum ante Baptismum resusceptum, potuissent fide & charitate donari à Deo. Nec verò. c. placuit. nobis aduersatur, quia licèt ibi prohibentur fideles preces fundere pro Catechumenis defunctis, tamẽ ideò hoc Ecclesia aliquando prohibuit, quia verisimiliter credebat quosdam Catechumenos ex ignauia Baptismum differre. Et ideò priuauit eos suffragijs fideliũ, vt hac pœna perterriti, quã primùm ad baptisma properarent. B

Pro Catechumenis non fiunt suffragia.

Ad Diuum Augustinum dicã breuiter, eius verba multifariam explicari à Iurisperitis, super cap. tempus. 13. quæstione 2. Nos dicimus, nomine damnationis, intelligi ab Augustino, pœnam purgatorij. Et ita dicit prodesse preces viuorum defunctis, ad hoc vt sit plena remissio, aut ad hoc vt tolerabilior fiat ipsa damnatio. Ita Alexãder 4. parte, quæstione vltima, membro etiam vltimo, & artic. vltimo. Diuus Thomas in 4. suprà, ad secundum, & Durand. ad primum. Aliquid tamen ampliùs expostulat locus ille Augustin. nã apertè de damnatis loquitur, videlicèt de valdè malis: ac proinde dixerim, hanc tempore Augustin. apud aliquos viguisse sententiam, quòd viuorum suffragia prosint damnatis. Et ideò dicit ibi Augustin. quòd, quibus hæc sententia placuerit (non dicit tamen eam sibi placere, vt patet ex. c. 112. & 113.) caueat ne dicat, tormenta dãnatorũ finiri, aut eos ab ira Dei & damnatione eripiendos, quanuis leuamen aliquod suis interponeretur tormentis, vt illi credebant. C

Ad

A Ad secundum respondetur, responsione non indigere id quod Præpositiuus asserebat, quoniã nec vmbram probabilitatis habet. Quod verò contendebat Porretanus, & quidam ex Iuristis, multipliciter refellitur à D. Tho. in 4. dist. 45. q. 2. artic. 1. q. 1. Vnicè tamen confutabitur à nobis, quia si per viuorum suffragia semper demitur aliquid de pœnis damnatorum, iam sequeretur quòd post multa suffragia tàm multùm pœna decresceret, & tàm parua remaneret, vt iam nõ esset grauis, & infesta damnatis: sicut per multam diuisionem & diminutionem continui, veniri posset ad hoc vt continuum nõ sentiretur actu. Alterum, quod Antissiodorensis attulit, friuolum est & omninò im-
B probabile: quinimò id appellat D. Thom. loco citato, præsumptuosum, & dictis sanctorum contrarium, & vanum & nulla authoritate fultũ & irrationabile. Et similiter Lincolniensis imaginationem refutat D. Tho. tacito authoris nomine. Lege D. Thom.

Refelluntur illi Theologi, de quib⁹ in 2. argu.

Ad tertium respondetur ex dictis in solutione primi, nomine inferni & lacus & oris leonis & portarum inferi intelligi pœnam purgatorij. Huius appellationis tres sunt causæ, quas Alexander tangit his verbis: Vel propter pœnarum purgatorij acerbitatem ostẽdendam, vel ad ostendendam propinquitatem purgatorij ad infernum, vel hoc dicitur inspiciendo purè ad hoc quod est absque diuina
C misericordia, ad merita animarum, quæ pœnam acerbissimam meruerunt. Hæc ille. Orat ergo Ecclesia, ne absorbeat animas sanctas locus purgatorij, id est, ne detineat, vt benè Adrianus in quæstione de remissione peccatorum post mortem. His adiungunt quidam alteram explicationem, quòd, scilicèt, Ecclesia in illa oratione precatur Deum, ne vratur sua potentia absoluta, conijciendo illas animas in infernũ damnatorum. Sed & tertiã producunt, nempè, orare Ecclesiam pro animabus purgatorij, vt Deus illis præstet mentem æquam ac sanam, vt patienter pœnas illas ferant: ne si impatientes & indignabundæ resiliant & auersentur, Deus hac earum indignatione cõmotus, detrudat eas in barathrum Gehennæ. At

Cur purgatorium appelletur profundus, lacus, os leonis, tartarus, &c.

postremę istæ explicationes indignę sunt viro Theologo. A

* * Ad confirmationem dico, punctum hoc magno testimoniorum & rationum strepitu à Theologis inter sese magnoperè discrepantibus agitari: nam Scot. Almai. Gabr. Veg. Medin. Nauar. cẽsent, venialis peccati pœnam in inferno non esse perpetuã, sed finiri. Contrà Diuus Thomas, Ricard. Adrian. Caietan. Sot. & Thomistæ omnes: hæcque mihi probatur sententia, quia solutio pœnæ & satisfactio apud Deum debet esse amici. Vnde nullus potest ab obligatione pœnæ liberari, nisi interueniente ex parte Dei acceptatione talis pœnæ, aut passionis vel satisfactionis amicabili. Hæc verò acceptatio Dei erga damnatos nulla est. Punitur ergo veniale in inferno pœna æterna, nõ per se aut propter se, sed propterea quòd coniunctum est cum mortali; & inibi nullus est satisfactionis aut remissionis locus. Neque verò ex tali coniunctione sortitur veniale grauitatem sed irremissibilitatem. Quare nec vltra condignum punitur, nam indignum non est, imò valdè dignum, quòd in inferno nulla sit remissioni locus. Legantur Thomistæ, 12. quæst. 87. art. 5.]

Veniale in inferno cur puniatur æterna pœna. B

VI. Digressio quænã sint portæ inferi, & quid de his senserе Poetæ.

ILlud verò quod de portis inferi tangitur in argumento, quanuis satis, vt arbitror, explicatum relinquitur, prolubium mihi subijt in humanarum literarum studiosorum gratiam commentari, productis ex Gentilium scriptorum scrinijs, nonnullis sententijs, in quibus portarum inferni meminerunt. Ouid. 4. Met. C

Est via declinis funesta nubila taxo,
Ducit ad infernas per muta silentia sedes:
Mille capax aditus, & apertas vndique portas
Vrbs habet, &c.

Tænarus, Aethna, Vesuuius, montes fumantes, & ardẽtes, credebãtur esse portæ inferi.

Has inferorum portas credebant antiqui, esse voragines quorundam montium fumantes & ardentes, vt in monte Tænaro, in quo fauces erant ad inferna deducentes, vt verbis vtar Suidæ. Et per illam ianuam, Herculem, & Orpheum ijsse ac redijsse commemorant. Virgil. 4. Georgicon:

Tænareas adijt fauces, alitosque dicis.

Et

A Et Ouid.

Ad Styga Tænarea ausus est descendere portæ.

In monte etiam Vesuuio, seu Væseuo hiatus quidã flammam fumumque vomens erat, quæ porta inferi esse credebatur, & Plinium Naturalis Historiæ scriptorem, qui cognoscendi cupiditate eò se contulerat, absorbuit & cõbusit, vt patet ex Epistola Plinij Iunioris, quæ naturali historiæ præfigitur. Æthnam, vulgò Mongibellum, quis nescit in Sicilia montem esse perpetuo clarum incendio, & per illius montis antra ad infernum deueniri? Hunc curiositatis gratia visens Empedocles, ab igne & fumo erumpente præfocatus est. Licèt Horatius in Arte poeticarem hanc aliter enarret dicens:

Plinius flãmis Væsuui combustus.

Empedocles flãmis Aethnæ.

B

——— Siculiq; Poetæ
Narrabo interitum, Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aethnam
Insiluit, &c.

Sed Horatius hac in parte Empedoclem falsò dehonorauit. De quo Abul. in Repetitione de statu animarum, numero 324. & infrà.

Infernum propriè nullas habere portas.

VErum tamen hęc figmenta esse, & nullas habere infernum ianuas, ostẽdit optimè Abulẽsis super Matthæũ, cap. 25. quæstione 521. & accuratè etiam in Paradoxa de Aquila, part. 5. cap. 99. 101. & 102. & pòst, cap. 178. vsque 181. & in Repetitione de statu animarum, à numero 310. Quin non solùm portas has, sed & quidquid de infernis docet fides, & antiqui Poëtæ concinuerant, irridere solent alij. Nam * vt nunc Caluinum præteream, negantem cuncta loca subterranea, quæ ponit fides, infernum, purgatorium, limbum, quod suprà tetigisse me memini; quæst. 1. expos. §. 6. vt omittam etiam quod apud Laurentium Vallam, lib. 2. de Voluptate, cap. 38. inducuntur quidam ex Tullio, in principio Tusculanarum, irridentes Cerberum tricipitem, transuectionem Acherontis, Cocytum, Furiasque, Megeram, Alecton, Tisiphonem, cæteraque inferni familiam: vt omittam etiam Plinium, Plutarchum Tullumque & Gẽtiles alios infernũ prorsa ora

Poetæ irridentiac negant infernum.

*

tione negantes; sanè vorsa id ipsum negare Poëtæ solent; A
Poëtæ, inquam, qui vt nullum nobis figmentum credendum non objiciunt, sic quæuis incredibilia aliorum somnia pro re habent indubia. Tractat Cælius Rhodig. libro 6. capit. 12.] Igitur Ouidij libro 15. Metamorph. illa sunt carmina:

O genus attonitum, gelidæ formidine mortis,
Quid Styga, quid manes, quid numina vana timetis?
Materiæ vatum, falsi que pericula mundi, &c.

Falsum mundum appellat, quem futurum post hanc vitã docet fides. Et Iuuenal. Satyra 2.

Esse aliquos Manes, & subterranea regna,
Et contum, & Stygio ranas in æquore nigras:
Atque vna transire vadum tot millia cymba, B
Nec pueri credunt, nisi qui nondum æra lauantur.

id est, qui tam parui sunt, vt nondum soluant pretium in * balneis, aut Thermis, quibus adulti lauari solét. * Vt idem Iuuenal. alibi,

—— Quadrante lauari.

Et Horatius,

——— Dum tu quadrante lauatum,
Rex ibis.]

Sed ad rem: Lucretius lib. 3.

Cerberus & furiæ, iam verò lucis egenus
Tartarus, horriferos eructans faucibus æstus,
Qui neque sunt vsquam, neque possunt esse profectò. C

Cur Poetæ fingebant infernũ habere portas.

Vnde cum Poëtæ portas assignarunt inferorum, id planè fecerunt, vt ipsi verosimiles facerent eas fabulas, quas suadere nitebantur. Si nanq; fabulabantur, Herculem, Theseum, Pirithoum ijsse ad infernos & redijsse, vt ponit Ouidius 7. Metam. & Seneca in Tragœdia prima: & Aeneam & Sibyllam & Orpheum, vt ponit Virgilius 6. Aeneid. & 4. Georgic. profectò & portas inferi ponerent necessum erat. Similiter itaq; (vt post næniias has ad seriam nostram conuertamur disputationem) certè nullas infernus habet portas, ac proinde quoties de portis inferi est sermo in Scriptura, vulgariter, & iuxta consuetũ loquendi hominum

A num mo rem, accipienda est talis loquutio. Aut dixerim, nomine portarum inferi, significari eam potestatem ac ditionem, quam Deus illis locis exercet aduersus peccatores. Abundè exemplorum reperire in scriptura, perfacile est, in quibus nomine portarum authoritas ac potestas iudicis exprimitur. Prouer. 31. Nobilis in portis vir eius, quando sedent cum iudicibus. Et Psal. Non confundetur, cum loquetur inimicis suis in portâ. Rationé huius lege in Hieronymo, super Zachar. cap. 8. & super Amos, cap. 5. & super Ezechielé, c. 40. & in D. Gregorio lib. 19. Moralium, c. 11. & in Theodor. super Amos. c. 5.

Portæ in scriptura, quid.

Prouer. 31.

Psalm. 126

B AD quartum argumentum, fatemur non licere preces fundere pro beatis: tamé, vt rectè Alex. 4. p. quæst. 93. membr. 1. art. 9. ad. 1. quando de salute alicuius probabiliter dubitamus, sanctum est pro illo orare. Quando tamen certiores facti sumus de eius salute, id facere non licèt. Hùc spectat illud Aug. sermone. 17. de Verbis Apostoli, & habetur c. cum Marthæ. de Celeb. miss. & in Mag. sent. 4. d. 45. Iniuria est orare pro martyre, cuius nos debemus orationibus commendari. Ideircò, nego quòd preces nostræ pro sint beatis ad augmentum gloriæ. Porrò illa formula precandi pro Apostolis, Martyribus &c. mentò per desuetudinem exoleuit. Idem dico de Oratione illa de D. Leone, cuius orationis loco hæc substituta est, Annue nobis, quæ-

C sumus Domine, vt intercessione famuli tui Leonis. Ita habetur in illo c. cum Marthæ §. Tertio loco. Vide Syxtum Senen. lib. 6. annot. 47.

VII. *Pro his quos cõstat esse in cœlo, orare, blasphemũ est.*

Ad vltimum argumentum respõdere quidem volumus, sed non possumus, nisi in forma disputationis scholasticæ, secundam, quam promisimus, propositæ quæstionis partem tractemus.

Dubium alterum, an alternis an verò simul calor & frigus, & cæteratormenta in damnatos agant.

A

VIII. Argum. 1. quòd detur transitus in inferno de vno tormento in aliud. Iob. 24.

QVod alternis & successiuè sęuiant in damnatos prædictæ pœnę, probatur primò, ex illo loco Iob 24. Ad nimium calorem transiet ab aquis niuium: quod de cruciatibus perditorũ exponunt Sancti: si ergo est transitus de vno in aliud, alternis agunt, non simul. Secundò, hæc videtur B esse sententia Theologorum, S. Thom. 1. part. quæst. 10. artic. 3. ad secundum, vbi, cum sibi obiecisset, ignem inferni dici æternum, ex quo sequi videbatur, quòd nõ solus Deus esset æternus: respondet, quòd in pœnis damnatorum est vera tranſmutatio vnius in aliud: atque adeò eorum pœnæ dicuntur æternæ, solùm propter durationem, iuxta illud *Psalm. 80.* Psalmi, Et erit tempus eorum in sęcula. Et 1. 2. q. 67. art. 4. ad. 2. apertè dicit, in damnatis esse successionem pœnarum. Idem habet Quodlibeto 8. art. 18. de quo etiam videndus est Quodlib. 7. art. 11. Henricus de Gandauo, in Quodlibeto. 12. de hoc fecit quæstionem. 11. & Capreolus in. 4. d. 44. q. 2. ar. 2. Sed Abulen. in Repetitione de statu animarum, nume. 309. id habet expressiùs: nam dicit, In pœnis inferni nullus ordo in permanẽdo est: quia cum aliquis nunc fuerit in nimio calore, transferetur ad maximũ frigus: cum autem in frigore, ad calorem. Et super Matth. 25. q. 546. ait, dici posse quòd sit alternatio & transitus de vno tormento in aliud. Clariùs Ricar. d. 44. art. 2. q. 10. C

2. Arg.

3. Arg. difficillimum.

Tertiò ratione id suadetur, nam si simul ac semel frigus & calor in corpora damnatorum efferuent, punctum est longè difficillimum explicatu, quomodò qualitates ipsæ mutuò non se impediant? quomodò vicissim in seipsas non agant? nõ se tẽperẽt & remittãt? ac proinde nõ satis intelligitur quomodò illa corpora simul caleãt & frigeãt, & vtrũque

A que in ſummo. Imò tepebunt potiùs: atque adeò ne tepeant, dicamus, non ſimul illas oppoſitas qualitates agere circa idem ſubiectum, ſed ſucceſsiuè vnam poſt aliam.

IX. Non eſſe in inferno trã ſitũ de vno tormento in aliud.

ALtera concluſione huic dubio reſpondemus: Nulla in tormentis damnatorum tranſmutatio, aut viciſſitudo pœnarum reperitur, ſed ijſdem prorſus alligati tormẽtis à principio ſuæ damnationis, per totam æternitatem excruciantur. Hoc tenet expreſsè Abulen. ſuper Matth. c. 25. q. 546. & . q. 551. cuius ratio amplificanda, & expendenda eſt à me ſolut. ad vlt. argum. Interim id ego probare adnitar coniecturis ex ſacris literis, & vera Theologia ac Philoſophia depromptis. Primò Apocalyp. 18. cum de damnatione impiæ Babylonis eſt ſermo, ſic dicitur: Ideò in vna die venient plagæ eius mors, luctus & fames, & igne comburetur. Et ſtatim, Væ væ ciuitas illa magna Babylon, quoniam vna hora veniet iudicium. Ex quo, quantum coniecturis aſſequi poſſum, exiſtimo: quod dicitur, In vna die & in vna hora, inſinuat ſimul & à principio omnes plagas & miſerias ſuperuenturas dãnatis, non ordine aliquo & tranſmutatione. Secundò, ille locus Eccleſiaſt. 11. Siue ceciderit lignum ad Auſtrũ, ſiue ad Aquilonẽ, ibi erit, innuit, quòd vbi in initio caſus ſeu damnationis humanum lignum ceciderit, ibi ſuper vno recumbet latere, ibi perpetuò intranſmutabile permanebit. Tertiò, quòd æterna dicuntur in ſcriptura tormenta damnatorum, nõnihil nobis videtur conniuere: eò quòd æternorum hoc eſt proprium, quòd perpetuò citra aliquam nouitatem & mutationẽ durent eodem ſtatu, ſitu, modo, &c.

Prob. ex ſcriptura.

Apoc. 18.

Eccl. 11.

Quartò, veriſimillimum hoc redditur, ex eo quòd ad torturam & pœnam miſerorum facit, vt ijſdem ſemper malis affixi hæreant, & de vno in aliud minimè commigrent: nã ſanè pœnarum tranſmutatio, licèt ſit in deterius, leuat quodammodò. Et quare, inquam, dicamus, Deum inimicis ſuis pertinaciſsimis leuamen aliquod cruciatibus interponere? Profectò manna, dictus panis Angelorũ, & omne delectamentum ſaporis in ſe habens, multoties repetitũ faſtidium generabat. Vnde dicebant illi, Nauſeat anima noſtra ſuper

Probatur concl. ratio nibus.

Sap. 16. Nume. 21. Pſal. 77.

Psalm.106 *Sap. 16.* *Mãna dicitur omnis esca.*

per cibo isto. Et in Psal. Omnem escam abominata est anima eorum, id est, mãna, vt quidam volunt, quod dicitur omnis esca, propterea quòd esset vice omnis esca, & omnigena saporum suauitate præstaret. Ponendum itaque in malis damnatorum est, vt ijsdem tormentis absque mutatione aliqua fastidiosissimè vexentur. A

Absurda quæ sequuntur ex eo quòd detur transitus tormẽtorum.

Quintò, ex incommodis, quæ sequi videntur ex ipsissima eorundem tormentorum & simultanea actione, quæ relata sũt in tertio argumento, nullum est tám absurdum quàm esse videntur ea quæ ex opposita sententia sequuntur. Nam, inquiro, si succesiuè frigus post calorem, & calor post frigus agunt in corpora damnatorum, iam sequitur primò quòd quandiù vnum agit, cesset aliud ab actione, & B consequẽter corpus dãnati quiescat à passione illius, cuius actio cessat. Dicere autem quòd signabile sit aliquod tempus, in quo damnatus non excrucietur calore, & ardeat igne, illo, videlicèt, interuallo quo friget & alger, vix credi potest. Deinde si mutuò calorẽ pellit frigus & frigus calor, id subitò & in instãti nõ potest fieri, nisi magno Dei miraculo, quod sine necessitate non est ponendum. Restat ergo vt paulatim se expellant: paulatim autem expellere se non possunt, nisi cum magno lucro ac refrigeratione dãnati, vt probatũ est in superioribus. Prætereà, vix potest intelligi, quo situ & ordine dispositа sint apud inferos tormenta illa & plagæ caloris & frigoris, vt vicissim agant in C damnatos, non simul. Et quis eos de vno tormento transfert ad aliud? vnde nouæ torturæ superueniũt instrumẽta? &c. Demũ, si dicamus simul omnes pœnas perpeti inuariabiliter, euitantur incommoda supradicta, & sine magna difficultate explicatur, qua ratione qualitates illæ contrariæ simul agere in corpora damnatorum possint, vt perspicuè percipiet qui patienter expectauerit, & me tertio argumento audiuerit respondentem: In quo multas argumentorum machinas in aciem producam, in quibus plurima philosophica vestris auribus digna continentur: quanuis ingenij mei, ac præscripti temporis angustia, vereor ne ad ea tractanda sufficiat.

Nehak-

A NE hallucinetur Theologus, cum de tormentis, quæ apud inferos sunt, sermo sese offert, sed distinguere probè sciat quæ ibi sint propriè, quæ metaphoricè visum mihi est paucis explanare, an in inferno sint veri ignes, veræ niues & frigora, sulphura, stridor dentium, fletus, vermes, fames, fœtor, tenebræ, quæ sint illorum ignium nutrimenta & materies &c. Cum enim apud sacros scriptores horum omnium peculiaris mentio interdum fiat, expedit nec omnia ad metaphoram transferre, nec verò in sensu proprio omnia intelligere. Hoc autem disputare non est extra chorum saltare, vt aiunt, siquidem examinare non possumus, an sit vera in tormentis alternatio, nisi priùs ex-
B ploratum sit quodlibet tormentorum genus, quo damnati torquentur.* Sed præmitte, si hoc rectè percipere cupis, locum D. Ant. 4. p. tit. 14. cap. 5. §. 3. vbi nomina congerit loci illius. 5. infernum, caminum, auernum, tartarum, barathrum, herebum, acherontem, lacum puteum: & circa horum quodlibet non inerudite diuagatur.]

X. *Pulchra digressio de numero ac genere tormentorum, quæ sunt in inferno.*

* *Ignes veri, & proprij sunt in inferno.*

Ergo veri ignes in inferno sunt. Id licèt Græci negauerint, quos sequutus est Auicenna, sancti tamen Patres, Augusti. Hiero. Greg. Damasc. quidquid in Græcorum fauorem afferantur, hanc catholicam veritatem non negant, vt liquet ex S. Tho. in. 4. d. 44. q. 3. art. 2. q. 1. & 2. Palud. Maior. Duran. d. 44. Soto. d. 50. Syxto, qui sanctorum dicta expendunt & explicant. lege etiam Abulen. super Matth. c. 25.
C q. 403. & q. 490. vsque ad q. 504. Caiet. Oratione. 5. habita ad Iulium secundum. Est sanè ignis viuacissimus in agendo, & qui à qualitate propria & naturali non potest transmutari, sicut cætera elementa, quæ peregrinas impressiones pati possunt, vt habet Arist. 4. Metaphy. Nec verò solùm ignes illi veri sunt, sed & elementares, & eiusdem speciei cum his ignibus, qui apud nos sunt. Quidquid contra nitatur Ambr. Cath. Opus. c. de Præmio bonorum, & mal. suppl.

Quibus fomentis nutriatur, &

Quæ sit illorum ignium materia, quæ fomenta, ex Isai. cap. 30. & Apocaly. 19. 20. & 21. & Psalm. 10. videtur colligi, sulphura esse: non ita quòd ignis ardeat in illis, quasi combu-

ardeant ignes inferni. *Psalm.* 10. *Apoc.* 19. 20. & 22.

comburantur & consumantur sulphura, & ex illis generetur ignis: omnis enim actio corruptiua & generatiua cessatura est post iudicium, vt infrà dicemus. Sed erunt ibi sulphura veluti ferrum candens, quæ semel accensa nunquam extinguentur. Accendet aũt illa Deus: vtq; in æternũ durent, ipse Deus, vt ita dicamus, sufflabit, vt habet elegans & tremẽdum illud testimonium Isai. c. 30. Præparata est ab heri Tophet, nutrimẽta eius ignis & ligna multa: flatus Domini, sicut torrens sulphuris, succendens eam. Quid sit Tophet, nõ vacat explicare, liquet ex Hierem. c. 7. & 19. & ex. 4. Reg. certũ est tropicè infernum significare: fortasis totum hoc transfatitiè & per metaphorã dicitur, ac proinde existimo ignes tartareos nullis fomẽtis nutriri, ac nullis nutrimentis foueri. Quis inficiabitur, ignẽ, qui penes concauum Lunæ est, conseruari perpetuò, absq; nutrimẽtis? Quod inde prouenit, quòd ibi residet in proprio loco ac situ naturali. Similiter cõseruare Deus potest ignes illos tartareos absq; nutrimẽtis: id tamen nõ per continuũ miraculũ, quod alicui videbitur incõmodum, sed per hoc quòd Deus loco illi profundo & subterraneo, dare poterit conditiones illas & qualitates, quas habet sphæra illa concaua Lunæ. A

Isai. 30.

Hierem. 7. & 19. *4. Reg.*

Niues, & aquæ non sunt propriè in inferno. *Zacha.* 9. *Luc.* 16. *Iob.* 24.

Vtrùm sint veræ niues & aquæ, multi in dubium vocant. D. Greg. lib. 16. Moral. c. 30. negat. Sequitur Iansenius in Concordia. c. 45. iuuat scriptura, Zachariæ. 9. Tu autem in sanguine testamenti eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Et Lucæ. 16. inducitur dives ab Abrahamo sic efflagitans, Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aqua, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flãma. Nec verò locus Iob, Ab aquis niuium transeat ad calores ignis, contra nos est: quia, aut non est ibi sermo de pœnis Tartari, aut secundùm metaphoram capi debet propter eas absurditates, quæ sequũtur, ex eo quòd verè niues aut aquæ in inferno constituantur. Quocirca Abulen. in Repetitione de statu animarum, num. 303. & 308. non tam probabiliter hac in parte loquitur: nã ponit in inferno veras ac frigidissimas aquas, licèt super Matth. eas neget. De quo rursus statim. B C

Frigore

A Frigore nihilominus vehementissimo ac proprio excruciantur damnati: nam stridor ille dentium, de quo in scriptura tam sæpè fit mẽtio, effectus est frigoris. * Et Tartatarus ἀπὸ τῦ ταρταρίζειν, id est, à timore frigoris dictus est: quamuis alij à turbatione & tumultu deriuent; de quo eruditè loquitur Ant. 4. p. tit. 14. c. 5. §. 3. & 5. qui locus omnino videatur.] Prouenit verò frigus hoc, vt tradit Abulen. super Matth. suprà, à terra quæ circunstat damnatos, & est valde frigida: & quò solidior est eò est maior in illa frigiditas; nõ habet enim ibi vnde à frigiditate sua naturali immutari possit: nam cessante motu cœli nullus motus, aut alteratio naturalis reliqua esse potest. Neq; verò oportet quòd tangat
B damnatos, vt illos cruciet: cum enim operatio illa sit intentionalis, fiet per speciem ab obiecto susceptam in sensu, quæ immutare poterit sensum tactus, & magnũ illi dolorẽ incutere, absq; naturali transmutatione. De quo plura statim, in solutione ad. 3.

Frigore vero cruciantur dãnati. *

De verme, an propriè sit in damnatis, quærimus, propterea quòd tam sæpè, & tam apertè in scriptura fit mẽtio de verme, quo vexãdi sunt impij. Isai. 66. Vermis eorũ non morietur, & Iudith, 16. Dabit ignem & vermes in carnes eorum. Et Eccles. 7. & Marc. 9. &c. dicimus tropicè ad animam transferri, ita vt nihil sit aliud vermis quàm, vt dixit Poeta,

Vermes nõ sunt propriè, &c. *Isai. 66.* *Iud. 16.* *Eccl. 7.* *Mar. 9.*

Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.

C Et alibi de illis loquitur:

——Quos diri conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit:
Occulto quatiente animum tortore flagellum.

Itaq; vermis est cõscientia peccatorum, vt etiam habet D. Hieron. super Esai. c. 14. & 66. D. August. lib. 21. de Ciuit. c. 9. & Origen. Matth. 13. De quo multa Abulen. in Paradoxa de Aquila, c. 60. & in Repetitione de statu animarum, c. 91. & super Matth. 25. q. 553. Hæ sunt illæ furiæ, & vltrices curæ, quas in inferni vestibulo posuit Poeta:

Vestibulum ante ipsum, primisq; in faucibus Orci
Luctus & vltrices posuere cubilia, Curæ.

Vbi

Vbi Seruius, Vltrices curæ, id est, peccata & remorsus conscientiæ, quæ puniunt semper nocentes. A

Fletus, & lacrymæ an sint in damnatis.

Fletum & lacrymas, qui dixerit propriè in inferno esse, hæc dispendia subire debet: nam explicandum illi est, quo modo fletus, qui per resolutionem lacrymarum fit, possit in damnatis esse perpetuus? Lacrymæ enim, humor quidam sunt quem necesse est tãdem deficere, etiam si totum corpus resoluatur in lacrymas: eò quòd in damnatis nulla sit restauratio humoris, cum nullus ibi sit cibus: quod tractat D. Thom. quodlibeto. 7. artic. 13. Quia tamen Matt. 8. 13. & 22. & Apocalyp. 18. & alibi sæpè, constituitur fletus apud inferos, & propriè, vt vidimus, poni non potest: dicimus, fore fletum in damnatis, quantùm ad eam commotionem & conturbationem capitis & oculorum, quæ fletum comitari solent. Licèt autem cessante motu cœli, cessabit omnis motus, cuius principium est motus cœli, non tamen cessabit motus voluntarius, cuius principium est voluntas, vel appetitus: & quia appetitus est principium motus localis, ideò cessante motu cœli, poterit homo moueri localiter: illa autem commotio capitis, & complicatio, vel contorsio partium corporis, motus localis esse videtur. B

Matth. Apoc. 18.

Stridor dentium propriè in damnatis.

Apoc. 16. Matth. 8. 22. 24. 25.

Sed quid de stridore dentium, dico futurum propriè in damnatis, cum corpora reassument. Et ita habet D. Augustin. Epistol. 111. quæ est ad Iulianũ, & insinuatur in Apocalyp. AEstuauerunt homines ab æstu magno, & commanducauerunt linguas suas. Et passim in Euangelio, Ibi erit fletus & stridor dentiũ. Matt. 8. 22. 24. & 25. Et ratio est, quia stridor iste nihil aliud est, quàm concussio dentium, quæ ad motum localem pertinet. Sequitur porrò ex duplici causa, nempe ex indignatione, sicut nobis valde indignatis accidit sæpè stridere. Et secundò ex nimio frigore, quod futurum esse iam diximus: licet Abulen. quæst. 555. hanc secundam causam improbet: eius tamen improbationem ego non probo, nam existimo stridere damnatos etiam ex frigido irrepente sensim per totum corpus, & cruciante illud, non per alterationem, qua qualitas frigida recipiatur in cor- C

pore

A pore: sed per speciem frigoris non frigidam, sensilem tamen & intentionalem impressam sensui tactus. De quo rursus in solutione ad vltimum.* Adde & iuges morbos & * febrem continuam, de quibus D. Ant. sup. §. 5. quanuis hos nec morbos propriè nec febres crediderim, quia non ab intrinsecis prouenient humoribus, vel corporis deordinatione.]

Pollicitus etiam sum de fœtore dicturum me. Ergo dico, non futurum propriè in inferno: quia necessum est, vt de re fœtente fiat fumalis euaporatio, ex qua multiplicentur species sine materia, vsq; ad sensum olfactus: apud inferos autem talis euaporatio nusquam erit, cum illa sit
B continua & iugis quædam rei corruptio & generatio, quæ cessante motu cœli, nunquam erit. Dicit tamen Abulens. quæstione, 560. fœtorem adhuc esse posse, licèt desit fumalis euaporatio: cum sensatio fiat per solam speciem, quæ est intentio formæ, & non per rem ipsam, vt dicturi sumus in solutione ad vltimum. Quò pertinent quæ de sensationibus beatorum, doctè tradidit Soto, in. 4. dist. 49. q. 4. articul. 5. Et sic in germano sensu explicari possunt loca illa, Isai. 29. De cadauenbus eorum ascendet fœtor, & Ioel. 2. Ascēdet fœtor eius, & ascendet putredo eius, quia superbè egit. Et Apocalyp. 14. Et fumus tormentorum eius ascendet in secula seculorum. Lege Ant. 4. p. tit. 14. c. 5. §. 3. 5. 6. &c.

Fœtor propriè an sit in inferno.

Isai. 29.
Ioel. 2.
Apoc. 14.

C Restant infernæ tenebræ explicandæ. Sunt itaque veræ & propriæ, non tamen est omnimoda tenebra, sed parùm lucida, vmbrosa & fusca, fortè sicut per noctem, in qua licèt non admodum distinctè, multa tamen videri possunt. Vtrunq; ad pœnam perditorum spectat: quia enim, vt dicitur Eccl. 11. Dulce lumen & delectabile in oculis hominum: & Tobiæ. 3. Quale gaudium mihi esse potest, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? ideò auferre à damnatis lumen debemus. Quia tamen multa ibi sunt, quæ videri à damnatis opus est, ingratissima & horribilissima visu, ideò nonnihil lucis ibi ponunt sancti, Gregorius lib. 9. Moralium, cap. 46. super illud, Iob. 10. Vbi

Tenebræ in inferno non sunt omnimodæ sed cum luce quadam.

Eccl. 11.
Tob. 3.

Iob. 10. *Psal.* 28. vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Concinit locus Psalmi. 28. Vox Domini interci- A
dentis flammam ignis, adiecta glossa Beati Basilij super illum locum, vbi contendit, naturam ignis post iudicium diuidendam esse. Sunt nanque duæ ignis facultates, altera lucere, & ignire altera, licèt lucere non sit tam propria, vt
Ignis infernivrit, non lucet. dicit D. Thom. in. 4. dist. 44. quæst. 3. ar. 2. q. 2. ad. 4. Itaq; intercidit Deus & intersecat voce & voluntate sua vnam ab alia: nam aliquando lucet, non vrit: quod contigit cũ pue-
Dan. 3. ris sanctis, apud Danielem. Aliquando verò, vt contingit in inferno, vrit & nõ lucet, nisi admodũ remissè, vt dictum est. Vide Marsili. in 4. q. vltima, ar. vltimo, in. 1. argumento. Lud. Cœlium. lib. 6. lect. Antiq. cap. 11. B
4. elementis vruciãdi impij. His vt vltimam manũ imponamus, Richardus in. 4. d. 44. art. 2. q. 10. ait ab omnibus elemẽtis vexãdos damnatos. De igne, satis liquet. De aqua probat ex illo Sap. 5. Cãdescet in
Sap. 5. *Iob.* 24. illos aqua maris, & flumina cõcurrẽt duriter, & illo, Iob. 24 ab aquis niuiũ trãseat, &c. Rursus ex illo Psal. 10. Ignis, sul-
Psal. 10. phur, spiritus procellarũ, pars calicis eorũ, probat eos igne & terra fœtida, quæ significatur per sulphur: & aëre procelloso, qui dicitur spiritus tempestatis secundùm Augustin. 12. super Gen. longè post principium, torquendos esse dam-
Sap. 5. & 11 natos. Deinde ex illo Sapien. 11. Per quæ peccat quis, per hæc & torquebitur, & Sap. 5. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum, probat ab omnibus elementis affligendos. Sed vice auctarij accipe velut in epitome redactas, prę- C
cipuas barathri gehennalis pœnas, quas * D. Greg. in Moralib. his verbis retulit: In inferno est frigus insuperabile, ignis inextinguibilis, vermis immortalis, fætor intolerabilis, tenebræ palpabiles, flagella cędentium, horrida visio dæmonum, confusio peccatorum, desperatio omnium bo-
Epitometor mẽtorũ inferni, ex Virg. norum. Refert D. Ant. 4. p. tit. 14. c. 5. §. 2. Eadem Æneid. 6. Virgil. eleganter supputat: quo nihil verius, nihil Christianius dici potest.

Vestibulum ante ipsum, primisq; in faucibus Orci
Luctus, & vltrices posuere cubilia, Curæ.

Pallen-

A *Pallentesq; habitant morbi, tristisq; senectus,*
Et metus, & malesuada fames, & turpis egestas:
Terribiles visu formæ, lethumq; laborq;
Multarum interea variarum monstra ferarum, &c.

Et his similiter quædam alia, vsque ad illud,

Non mihi si centum linguæ sint, oraq; centum,
**Omnia pœnarum percurrere nomina possem.* *

Et illa silentio non prętereamus; nam de animabus ijsdem loquens, sic ait:

——————Nec auras
Respiciunt, clausæ tenebris & carcere cæco.
Ergo exercentur pœnis, veterumq; malorum
B *Supplicia expendunt, aliæ panduntur inanes*
Suspensæ ad ventos, alijs sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igne.]

XII. *Explicatur locus Iob, Ad nimium calorẽ trãseat ab aquis niuium.*

AD primum argumentum, vt respondeamus, explicemus locum Iob, qui in vulgatis codicibus sic habet: Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius. Optat Iob, vt in hominem sceleratissimum, qualẽ superiùs descripserat, maiora inferni tormenta desæuiant. Et hæc est communis explanatio. Verùm iuxta Hebræum ibi, sic legitur: Siccitas & calor auferũt aquas niuis, inferos peccauerunt, vt sit sensus, iuxta Rabbi Leui, quẽ citat Eugubinus ibi, Ecce scelerati nullas
C in præsenti vita pœnas pertulerunt, & tamẽ sine angustijs, & cũ suauitate ad sepulchrum descẽdunt, sicut suauiter & facilè calor liquefacit niues. Ita etiam Rabbi Abraham, & Vatabl. & Isidorus Clarius. Sed tamen hanc expositionem nunc mittamus, & Hebraicam veritatem cum Vulgata facilè hoc modo conciliemus: Ariditas & calor auferunt aquas niuis, nempe in gehenna, in qua dum algore terribili frigent damnati, supervenit ignis & calor vehemens qui eos torret & vexat atrocissimè. Stat tamen adhuc difficultas, quo pacto de vno tormento in aliud transeant: nam ex hoc loco Iob, Richardus suprà, artic. 2. quæstione 20. in fin. tenet, alternationẽ etiam futuram tormentorum,

in inferno: cui proinde in solutione ad. 3. statim respõdebo. A

Ad secundum argumentum dico, in nullius me hodie verba iurasse: & sic in propositam sententiam ducor, quandiù rationes & authoritates scripturæ potiùs suffragantur meæ sententiæ, vt probatum est, & liquebit adhuc ampliùs ex solutione sequentis argumenti.

XIII. *Explicatur latissimè, vt calor & frigus simul agentia in corpus damnati, non se remittunt, & impediũt.*

AD tertium, in quo stat difficultas, primùm dicò, æquè procedere contra alteram opinionem: nam posito, quòd successiuè calor & frigus agunt in damnatos, perplexus nodus implicatur, qua ratione dum frigus & calor se mutuò pellunt, non transeunt ad teporem: & sic vel leuem doloris pausam non præsentiscunt damnati. Proinde explicandi nodi isti sunt, ex D. Thom Quodlib. 7. art. 11. B & Quodlib. 8. artic. 18. Capreolo, in. 4. dist. 44. quæst. 2. ar. 2. Argentin. quæst. 1. ar. 3. Richard. art. 2. quæst. 6. initio corporis, & ad secundum, in fin. Abulens. super Matth. 25. suprà, Henrico de Ganda. quodlib. 12. quæst. 11. Caietan. in oratione. 5. ad Iulium. 2. & alijs: ex quibus habemus post diem iudicij, posse calorem & frigus simul agere, & simul sentiri à corporibus damnatorum, eò quòd in illo statu nulla erit actio naturalis corruptiua aut alteratiua: atque adeò actio illa afflictiua, qua damnati torquebuntur à calore & frigore, non erit naturalis, sed intentionalis & secundùm esse sensibile. Itaque corpus damnati verè non frigefiet aut calefiet: erit tamen species caloris & frigoris in sensu tactus tam fortis & tam intensa, ac si esset organum tactus physicè transmutatum per calorem & frigus in se susceptum, & non solùm intentionaliter immutatum, vt reuera erit. Et hæc est causa ob quam potest esse dolor & acerrimus & æternus: quia, scilicet, ex illo dolore non sequitur aliqua mutatio dispositionis naturalis. Scio plurimos, quos infrà referam, præsertim, Henricum, Quodlibeto vndecimo, quæstione octaua, dicere, quòd absque immutatione reali corruptiua, impossibile est quòd sit dolor in animali. Verùm oppositum dicerent, si meminissent Aristotelis 2. de Anima, text. 121. & 138. dicentis, Sensus recipit speciem sine materia, sicut cera figuram

Cur nõ corrumpuntur corpora dãnatorum ab igne.

C

A figuram figilli. Quamobrem sine eo quòd corpora illa calefiant aut frigefiant, atque adeò sine eo quòd corrumpantur, poterũt in æternum simul & semel, frigus & calor, siccitas & humiditas, & cætera torm̃ēta in miserrima illa corpora vehementer irruere & desæuire.

Caiet. suprà & prior illo Abulens. & ante ambos Scotus in. 4. distinct. 44. quæstione. 3. articul. 1. hanc difficultatem illustrant hoc exemplo: si quis rigentem manum præ algoris magnitudine, ad ignem vehementem propiùs admouerit, protinùs intimè irrepit & cruciat, vt hominem propè exanimem reddat. Vnde quæso tunc ille dolor? Nùm ex calore? nequaquam. Tam enim nihil, aut parùm caloris adhuc inhæsit, vt si altera manu quis attenB tet, plus frigere sentiat, quàm calescere. Cruciatur ergo ex eo quòd suscipit in sensu speciem excedentis sensibilis, nempe speciem vehementissimi caloris, licèt non calidam. Rursus, quòd ex eo damnati crucientur, quia recipiunt speciem vehementis sensibilis, & non quia suscipiunt calorem, patet: quia lapis & arbor suscipere quidem possunt in se calorem ac frigus, & tamen affligi neutiquam possunt, quia speciem sensibilem non suscipiunt. Species itaque intẽtionalis ac sensilis impressa sentiui animalis, si prouenit ab aliquo improportionato & excedenti sensibili, est quæ illum lædit & affligit. Ex quo fit quòd, quia ignis & frigus species sensibiles tantùm imprimunt C damnatis, & inter illas non reperitur contrarietas, vt dixit Commentator, 7. met. tex. 23. idcircò nec se destruunt, nec remittũt in eodem subiecto: sicut & species albi & nigri minimè secum pugnant, quandoquidem in eadem vnius oculi pupilla recipiuntur. Ita dicit Thomas de Argentin. in. 4. d. 44. q. 1. art. 3. concl. 1. ad. 2. quòd ignis ille in se habebit esse reale, sed in damnatis intentionale, & spirituale: licèt Rich. ibi, ar. 2. q. 10. ad. 2. id non placere sibi satis insinuet. Sed & idem constare videtur experientia. Sanè statim atque manu, aut pede, aut alia corporis parte ignem tangimus, nos per totũ corpus acerbissimo dolore cõtremiscimus: hoc autem per ipsum verũ calorem, qui

Sine eo quòd quis in se recipiat calorem pòt igne, & calore vehemẽter cruciari.

Calor & frigus quomodò non contrarientur, nec se impediãt in damnatis.

in momento per totum corpus diffundatur, nõ videtur posse fieri. Fit ergo per solam speciem caloris immaterialem, quæ sese ingerit per organa tactus, in totum corpus, in momento temporis, imò in vnico instanti: nam à tempore minimè pendet actio intentionalis. Et hæc est causa, ob quam cessante tẽpore post diem iudicij, & quiescente cœlo, actiones intentionales exerceri poterunt, non verò alterationes, corruptiones, &c. A

XIIII. *Argumẽta difficillima contra doctrinam traditam.*

HAEC D. Thomæ sententia, alioqui firmiter cõstituta, concutitur multis argumentis: quorum quædam, vt dilucidiùs veritas appareat, proferam. Principiò non placet hæc sentẽtia Richardo. 4. dist. 44. art. 2. quæst. 7. Henrico, Quodlibeto. 11. quæst. 8. Scoto in. 4. dist. 48. q. 2. & dist. 49. quæst. 13. Durando. dist. 44. quæst. 10. art. 2. Maiori, quæst. 4. Aureolo, Diony. Palac. & alijs quorum rationes adducit Palude eadem dist. quæst. 6. artic. 3. à numer. 11. vsque ad. 20. sed præcipuè sunt. 1. quia per immutationem intẽtionalem nihil reale abijcitur à corporibus damnatorum, nihil reale suscipitur, sed solùm id quod est naturæ conueniens, scilicèt, species sensibilis, qua potiùs perficitur quàm læditur sensus. Confirmatur, quia si tota passio damnatorum reducitur ad intentionalem, & non ad realem susceptionem caloris & frigoris, iam nõ affligentur damnati secundùm veritatem ab igne & frigore, sed solùm à sua falsa apprehensione aut imaginatione. Vnde Henricus in illa quæstion. 8. hanc rationem plurimum exaggerans, dicit, nullo modo posse causari dolorem, si non adsint duæ causæ, quarum prima est immutatio corruptiua realis: secunda verò, apprehensio talis immutationis. Et quidem in soluendo hoc argumento multum desudant Palude suprà ar. 2. Capreolus eadem. d. 44. q. 2. artic. 2. B C

1. arg. quia sine immutatione reali nullᵃ potest verè pati.

2. *Ex scripturis.* *Apo. 16.* *Luc. 16.* *Ioan. 15.*

Secundò insurgit quidam recens scriptor, contra eandem nostram doctrinam, dicens: Diuinas scripturas, quãdo id dicuerit, sub propria verborum significatione oportet accipere: sed scriptura dicit, AEstuauerunt homines ab æstu magno. Et diues dicebat, Crucior in hac flamma. Et illud,

A lud, In ignem mittent, & ardet, &c. Non ergo licèt ad tropicum & translatitium sensum hæc tam expressa verba deflectere, vt dicamus, solùm per speciem sensibilem caloris, non per verum calorem cruciari damnatos. Ita Michael de Palacios in. 4. d. 45. Disput. 2.

Tertiò contra illam rationẽ, quæ nititur cœlorum motui, argunt Durand. in. 2. dist. 15. quæst. 3. Richard. suprà. q. 6. & Henricus suprà, & alij ex articulo Parisiensi, qui sic habet: Dicere quòd cessante motu cœli, si ignis esset iuxta stuppam, non combureret eam, error: saltem respectu damnatorum omninò expedit vt id dicamus, quod verissimè dictum est à Thoma de Argent. in. 4. d. 44. q. 1. art. 3. concl. B 1. ad 1. quòd post iudicium absoluetur ille ignis ab ordine & dependentia naturali: & ideò non aget in virtute cœli sed in virtute Dei. Confirmatur, quia non satis intelligitur hæc dependentia omnium actionum naturalium à motu cœli: nam inquiro, motus ille cœli, est ne principium alicuius alterationis? non sanè: quia motus localis non est aliqua qualitas aut forma, & sic nec formale alicuius motus principium.

3. *Quia cessante motu cœli, potest esse actio, &c.*

Quarto, Maius miraculum est esse in igne, etiam post diem iudicij, & non alterari realiter, quàm alterari & non corrumpi, cum nonnulla sint, quæ in igne conseruari, imò & viuere naturà possunt. Subijciam Arist. verba, lib. 5. de C Hist. ani. c. 19. In Cypro insula, bestiolæ in medio igne nascuntur pennatæ, quæ per ignem saliant atq; ambulent. Salamandra claro documento est, quæ, vt aiunt, ignem, per eum inambulans, non extinguit. Hæc Arist. Sed audi D. Aug. lib. 21. de Ciuit. c. 2. Animalia, inquit, sunt, quæ in medijs ignibus viuant, &c. & mox: Mirabile est dolere in ignibus, & tamen viuere; sed mirabilius viuere in ignibus, nec dolere. Si autem hoc creditur, cur non & illud? &c. lege Cœlium, lib. 6. lect. Antiq. c. 10. & 11. quorum capitum hoc ferè est argumentum.

4. *quia multa animalia in igne viuunt.*

Postremò Richar. d. 44. art. 2. q. 10. ad. 2. fortiter impugnat illud exemplum de specie albi & nigri, quæ simul recipitur in oculo. Nam dicit, quod si illæ duæ species simul

recipiuntur in eadem parte oculi, impediunt se à sua actione, sicut cum per vitrum rubeum respicitur aliquid album. Multò ergo fortiùs species calidi & frigidi simul in tactu receptæ sese in suis actionibus impedirent, cum tactus sit sensus longè minus spiritualis quàm visus. Et quidem sunt argumenta difficillima. Hoc vltimo mouetur Richar. ad tenendum quòd sit alternatio & transitus caloris & frigoris in damnatis. A

XV. *Refutatur hæc argumenta.*

AD primum horum dicimus, reuera appetitum animalis à nullo lædi aut delectari, nisi mediante apprehensione: quod & Scotus obseruat, d. 44. quæst. 3. art. 1. quam ob causam lapis aut lignum, doloris & delectationis non sunt capacia: propterea quòd quantumuis immutentur naturaliter à qualitate contraria: non immutantur intentionaliter per sensationem. Quid si arguas, si corpus beati poneretur in igne, minimè læderetur, & tamen per sensum tactus sentiret calorem, ergo non consistit dolor in sensatione intentionali, sed in passione reali: quod est etiam argum. Scoti. d. 44. q. 3. §. Contra. 2. ar. Ad hoc Palud. supra, quæst. 6. num. 24. haud dubiè dicit, quòd sentiret beatus tactu calorem. Cùm verò petitur, Quare non læderetur & doleret? Causam reddit ab extrinseco, scilicèt, à voluntate Dei, quæ læsionem impediret. Eandem causam approbare videtur Capreolus, d. 44. quæst. 4. art. 3. ad. 2. Durand. contra primam conclusionem, licèt statim in solutione ad 3. eam deserat: & quidem meritò, eo quòd in his rebus philosophicis, non est statim recurrendum ad solum Dei placitum, sed ad naturalem intrinsecam causam talis effectus. Quapropter causam, alij eam esse dicunt, quia beatus non apprehenderet illum calorem vt nociuum: contrà verò damnatus. Non enim immeritò dixit Auicenna, 9. Metaph. animas interdum torqueri ex similitudine quadam apprehensa, qualis est somniantium. Et vulgò dicitur, Imaginatio facit casum. Hinc enim prouenit, quòd plerique nimio ac insolito timore aut mœrore correpti, exhalant animas, sine eo quòd immutentur realiter, vt etiam obseruauit Palacios, Disput. 2, licèt id non satis probet. B

Si corpus beati poneretur in igne, non cruciaretur, et quare.

1. Causa.

Vide Bellar. tom. 1. col. 1448. 2. causa. C

Reddi

A Reddi etiam alia huius aduersitatis potest causa, & hæc est impassibilitas, & cæteræ gloriæ dotes: quibus à læsione quacunque seruatur beatus. Et sic multùm licèt iuxta ignẽ constituatur beatus, neutiquam dolore etiam pertenui lędi poterit, non sic damnatus. Hinc Henricus Quodlibeto 9. quæst. 16. ad finem sic ait: Qualescunque sint actiones in corpore beato, siue ad extra siue ad intra, nõ plus patietur, quàm modò patitur sphæra Lunæ à calore ignis, quem in sua concauitate continet. Idem habet ad verbum Thom. Argent. suprà, concluſ. 2. *3. Causa.*

Ad secundum respondetur, iam ostensum à nobis esse, quæ absurda sequantur, ex eo quòd vera actione Physica & alteratione naturali, ignis & frigus agant in corpora B damnatorum: nam ea vt in epitome reducamus, sunt: Primùm, quia cessante motu cœli, vt reuera cessabit, cum reassumptis corporibus nocentes cruciabuntur, nulla physica alteratio esse poterit. Secundum, quia iam corpore damnati qualitates illas caloris & frigoris suscipiente aut simul aut successiuè: oportet vnam qualitatem ab altera remitti ac impediri, aut misceri, & sic dolorem damnati magna ex parte leuari. Tertium, quia si Physicè ac naturaliter immutantur illa corpora, necessum est vt tãdem dissoluantur ac corrumpantur: quia planè si corpus verè & physicè calefit & ardet, non potest tandem non resolui ac corrumpi, nisi ingenti ac iugi & continuo Dei miraculo C præseruetur. Præstat, vt quoad fieri poterit, exclusis miraculis, naturas & actiones rerũ seruari dicamus: ac proinde postquàm sola actione intentionali satis torqueri damnatos ostendimus, eam solam actionem ponamus, ne in prædictis offendamus scopulis & incommodis. *Absurda quæ sequantur, ex eo quòd ignis & frigus physicè agant in dãnatos.*

Ad tertium dicit Aristot. 2. Cœli. text. 2. circulationem cœli esse causam principij motus aliorũ. Et text. 17. & 20. & 28. idem ferè dicitur, & 8. Physicorum, text. 1. & lib. 2. de Gener. text. 57. & 1. Meteororum, &c. idem inculcat fæpenumerò: nempè, motum cœli causam esse motuum inferiorum. Est namque cœlum, primum agens, primum mouens respectu motuum eiusdem ordinis: non sic re *Motus localis cœli, est causa omnium motuum, & actionũ naturalium.*

ſpectu actionum intentionalium. Ideò rebus ſuæ naturæ relictis, nec ſtuppa ab igne, nec corpora damnatorum à frigore aut calore vnquam vſquam poſt diē iudicij, patientur aut corrumpentur. Exacta huius explicatio videatur in Capreolo in 4. diſt. 44. quæſt. 4. art. 3. §. Ad argumenta Durandi 2. loco inducta: vbi copioſè de iſtis diſſerit, & excutit articulum illum Pariſienſem. Vide etiam queſt. 2. art. 3. Sed & Henricus Quodlibeto 11. quæſt. 15. longam inſtituit diſputationem, ſub hoc tenore: Vtrùm ceſſatio motus cœli poſt iudicium, erit cauſa incorruptionis corporum damnatorum. Qui locus à viro Philoſopho ac Theologo nulla ratione prætereundus eſt. Licèt autem motus localis cœli non ſit eius virtus, qua agit, eſt tamen cauſa, ſine qua non ageret in his inferioribus. Simile eſt in corde, quod ſi à motu ceſſaret, minimè viuere poſſet animal: at certum eſt motum localem non eſſe cordi rationem formalem viuificandi.

Motus localis cœli nō eſt cauſa formalis, ſed cauſa ſine qua nō, agēdi.

A

B

* Ad quartum dico, illis animantibus naturale eſſe in ignibus viuere: ſicut & quædam alia eò loci refert Ariſtot. libro 5. cap. 19. quæ in medijs niuibus degunt, & inde extracta ſtatim perēunt. At homini, humanoque corpori id citra magnum miraculum (quod nos vehementer fugimus ponere) quomodò quæſo continget?]

*

Ad vltimum dicimus, ita eſſe, impediri tunc temporis illas viſiones, non tamen propter ſpecies quæ ſe impediāt, ſed propter indiſpoſitionem medij. Quod in cæteris etiā ſenſuum medijs facile eſt videre. Porrò ſi doctrina hactenùs à nobis tradita, vera eſt: & quidem vera eſt, ſi ego rectè diſpicere ac collimare potui, eadem ratione cæteri ſenſus damnatorum à proprijs obiectis improportionatis ac excellentibus validiſsimè affligentur. Verùm cum fœtor, ſapor, & ſonus non poſsint ſuas ſpecies multiplicare in inferno, partim propter defectum medij, partim propter defectum alterationis & fumalis euaporationis, & realis corporum confractionis, quæ vt odor, ſapor, & ſonus cauſentur, neceſſariæ ſunt: res mihi eſt longè difficillima intellectu, quo pacto poſt iudicium, quando omnis corruptio

An cætera obiecta ſenſuum imprimant ſuas ſpecies in ſenſibus dānatorum.

C

A ptio & alteratio cessabit, exerceri sensationes illæ possint auditus, gustus & olfactus. Et de Beatis post resurrectionem corporum par est dubitandi ratio, si rerum naturas, & non peculiares Dei dispensationes attendamus.

Breuiter sic diffinio: Beatos imprimis loquuturos, imò Hebraica loquuturos lingua sunt multi qui teneant, cum Galatino, lib. 12. de Arc. cap. penult. hacque sola lingua, iuxta illud Sophon. 3. Expecta me in die resurrectionis, &c. Et reddam populis labium electum vt inuocent omnes in nomine Domini, & seruiant ei humero vno, &c. Quod etiam tenuere alij, quos suprà quæst. 3. expos. citabam: quanuis probabilius videatur, eos, sicut omnium B nationum linguas noscent, sic qualibet vsuros libere: & fortè futuram inibi aliam, quæ careat omnibus imperfectionibus, quæ vnicuique idiomati nostro insunt. Insunt verò non paucæ linguæ Hebraicæ, nam nec suauis, nec perspicua, nec copiosa est, imò æquiuocatione & asperitate sui non admodum grata. Loquentur itaque, & formabunt voces, easque vicissim percipient; earum speciebus intentionaliter imprimis multiplicatis, sicque ad aliorum aures beatorum perductis. Sonum verò futurum ibi verũ nescio quomodò in dubium verti à Theologo possit: nã species audibiles sine sono dari, chimæricum est. Adde quòd alioqui deciperentur beati, dum sonos, qui non essent, audirent. Sonus porrò fiet per diuisionem & motionem alicuius partis cœli Empirei; quòd sicut in vsus Beato rum conditum est, sic sine sui corruptione poterit diuidi, rarefieri & condensari, instar aëris sublunaris sonum ex collisione partium emittentis. Sed & sunt qui dicant, in pulmone, stomacho, pectore, gutture, ore, futurũ aërem, quo & respirare attrahendo & expellendo aërem valeãt, & quem percutere & verberare loquendo possint. Quòd verò tangere corpora illa beatorum possint, certius videtur, non præuia alteratione reali, sed immutatione intentionali: sic vna manu tangere alteram, sic se mutuò amplecti, sic pede libero cœlos pulsare licebit. Demùm gustus & olfactus

Hebraicanè lingua loquentur beati? Soph. 3.

Vox & sonus in cœlo.

Beati tangent, gustabunt, olfacient.

olfactus suis obiectis conuenientissimis debito modo ap- A
plicatis, in beatas operationes se exerent perfectissimas, imperfectionibus quibusque prorsus excluſis. De visu minor est dubitandi ratio. Sic ergo se alternis videbunt, audient, tangent; nec vnus alteri obijcere poterit quod Troianus ille heros matri suæ:

Cur natum toties, crudelis, tu quoque falsis
Ludis imaginibus? cur dextram iungere dextræ
Non datur, ac veras audire & reddere voces.]

De his me aliquando in huius quæstionis calce plura dicturum pollicitus sum. Sed metu prolixitatis interceptus fidem ex parte frangere cogor. Tantum metus ille vestra patientia & attentione abutendi me deterret. Remitto B
vos ad Abul. in Matth. cap. 25. quæstione 560. Sanctũ Thomam in 2. distinct. 2. quæst. 2. art. 2. & in 4. sentent. latissimè, Henricum, quodlib. 7. quęstione 7. vbi planè post multa, recurrit ad miraculum, Sot. 4. distinctione 49. quæstione 4. articulo 5. In quorum explicationem si multas ego moras nunc traherem, in detrimentum aliorum, quæ adhuc hodiè tractanda supersunt, verteretur.

Ne ergo vertatur, ego me ad aliam conuerto disputationem.

(·.·)

QVÆ.

A

QVAESTIO SEXTA EXPOSITIVA.

B *Sitnê in Veteris Testamenti voluminibus apertus locus, in quo Deus ipse, & non tantùm Christus passurus esse dicatur?*

SVMMARIVM.

§. 1. CODices Hebræos nunquam fuisse vitiatos. Citantur authores. Mahoma tota Biblia nostra esse corrupta dicebat.

§. 2. Locus Isai. 53. ex quo Iudæi Africani conuersi, notandus.

§. 3. Alter Deut. 21. Maledictus qui pendet in ligno, variè versus. Cur eadem die erant sepeliendi, &c.

C

§. 4. Alter, Psalm. 40. Puncta & vocales Hebræorum non sunt sacra Scriptura, nec de eius essentia.

§. 5. Alter, Zach. 12. Aspicient ad me, quem confixerunt.

§. 6. Quòd nomen Iehouah insinuet Dei tormenta.

§. 7. Alter, Threnorum 4. Spiritus oris nostri, &c. Non de Iosia aut Sedechia. Iehouah, nomen Messiæ.

§. 8. & 9. Alij ex Isaia & Psalmis. Et vbi sit illud, Dominus regnauit â ligno. Viri aliter crucifigebantur quàm fœminæ.

§. 10. Alter ex Deuteronomio, & alter ex Psalm. vterque mirabilis.

Latissi-



Atissimus campus sese nobis aperiebat, in quo lõgè liberiùs quàm vsquã vnquam ac libentiùs expatiarer, si à me impetrare potuissem, vt in superioribus disputationibus parciùs me gessissem. Ergo disputationem hanc temporis breuitati accommodabo, quandoquidem tempus ipsi accommodare non possum. A

1. An Codices Hebræi, quibus nũc vtimur, vitiati sint.

RAptum veruntamen à me admonitos vos esse volo, nullam habendam esse rationem quorundam doctorum, qui vt inueniant scripturas, in quibus Dei mors ac passio contineatur, confingunt (vt ità dicam) scripturam quandam sacram, ab ea quam nunc Ecclesia tenet & veneratur, longè disidentem: nã contendunt, Codices Hebraicos, quos nunc temporis habemus, vitiatos esse & corruptos, & à veris originalibus distare quàm plurimùm. Quoniam, dicunt (vnum aut alterum vt è multis deligamus exemplum) Iob. 32. vbi nunc habetur Hebraicè, Et condemnabunt Iob, erat olim, Et condemnabunt Deum. Et Num. 11. vbi dixit Moysès ad Deum, Obsecro vt interficias me, vt non cogar videre malum meum: scriptum erat olim, Et non cogar videre malum tuum. Et Malachiæ 1. vbi nunc legimus: Ecce de labore & exufflastis illud, dicit Dominus: scriptum erat olim, Exufflastis me, seu expirare fecistis me. Ira referunt Porchetus 1. part. Victoriæ aduersus Iudæos, c. 15. Galatinus lib. 1. de Arcanis, cap. 8. Adrianus Finus, lib. 3. & 6. Flagelli Iudæorũ. Videatur Cano, libr. 2. de Locis, c. 13. & 14. vbi plurimos Patres citat pro hac parte: Hermas Lætmatius, lib. 8. de Instaurãda religione, cap. 6. Iacobus de Valentia, Petrus Antonius Beuther, Figuerola, Lindanus, Titelmanus, Leo Castrensis, & multi alij, quorum concors sententia hæc est, quòd data opera Hebraicos Codices corruperint Iudæi. B

Iob. 32.

Num. 11.

Malach. 1.

C

Quod Iudæi sana intẽtione corruperint.

Sana tamen ac recta intentione, vt quidam eorum referunt. Nam dicunt, Rabbi Iohanam, ex nomine Rabbi Simeon scriptum reliquisse, Bonum est vt euellas literam vnam

A vnam de lege, & sanctificetur nomen Dei in publico. Quasi diceret: Expedit puncta aliqua mutare, & literulas inuertere de sacris voluminibus, ne res tam absurdæ de Deo dicantur, vtpotè quod passurus & probris afficiendus & morte plectendus aliquando Deus sit. Vide Syxtũ Senen. lib. 2. hæresi. 2. In eandem sententiam incidisse vidētur Orig. homil. 12. super Hieremiam, Euseb. lib. 4. Histor. Eccle. c. 18. D. Hier. ad Galat. 3. & alij, quos q. 3. exposit. §. 1. numerabam, & Iustinus, cuius tamē in illo Dialogo mentem, arbitror non satis accuratè legisse eos, qui eum allegant pro hac parte. * Nec prætereũdum est quod Pintus, in Danielem, cap. 13. initio commemorat, Iudæos olim duo Danielis capita deleuisse de Hebræo Codice, B quòd ex illis colligeretur, duos illos impios senes, qui Susannam sollicitauerant, fuisse lapidibus obrutos. Nam inquiunt, de illis dixisse Hieremiã, cap. 29. Quos frixit Rex Babylonis, &c.]

ruperũt Codices Hebraicos.

*

Dan. 13.

Hiere. 29.

In hanc tamen ego sententiam nunquam descendam, vt existimem, vitiatos esse vnquam Hebraicos Codices: imò censeo incorruptos & intemeratos seruari ab eis tẽporibus, quibus scripti sunt, ad nostra vsque tempora. Nec destituta est hæc sententia patronis grauissimis. Eam tuentur Augustinus Eugubinus, Driedo, Caietanus, Lyranus, Burgensis, Vega, Syxtus, & Diuus Hieronymus vbique locorum & quidam alij nostri temporis, doctrina C & pietate præstantes viri. Sed præsertim ab illis verbis lege Diuum Hieronymum in Commen. Isai. cap. 6. Si quis, inquit, dicat, Hebræos libros à Iudæis esse falsatos, audiat Origenem, &c. vsque ad, Vt Iudæi falsaturi erant. Vide Diuum Thomam, in Epistola ad Rom. c. 9. ibi, Maior seruiet Minori. Tertul. in Apolog. cap. 18. & 19. Et omnium optimè D. Augu. 15. de Ciuit. c. 13. Nullus prudens (ait) debet credere, Iudæos tam longè latèque dispersos conuenisse & conspirasse in sacrorum voluminum corruptione, vt dum alijs inuidebant, scripturæ se priuarent pura veritate, &c. Vide ibi Diuum Augustinũ. * Videlicèt hoc Mahometus vellit, hoc magno mercẽtur Sarraceni. Hac enim de

Tenendum est Hebraicos Codices nulla in parte corruptos.

*

Mahomet dicebat Codices Hebr. esse vitiatos.

de causa seductor ille somnia sua pro diuinis vendebat A
oraculis, asserens, veteris test. libros à Iudæis, noui verò à
Christianis fuisse deprauatos: sibi autē certa diuinitùs da-
ta esse responsa, quibus vtraque corrigeret. Quam impo-
sturam validè confutauit Bernardus Bredembachius, vir
planè eruditus, in libro, quem De sua in Syriam peregri-
natione, ante 140. annos conscripsit. Refert B. Arias, vbi
§.4. statim allegabitur. Faxit Deus hanc ego vt controuer
siam aliquando differam; velis remisque (quod aiunt) ad-
nauigabo, totoque Marte tunc nitar vt hanc partem defen
dam.] Et quidem cum res hæc grauissima sit, præstaret eā
silentio inuoluisse, quàm tam parcè tractasse. Tempus me
tamen deficit, quem minimè deficeret magna rerum co- B
pia, qua assererem ac vindicarem hanc diuinorum volu-
minum puritatem ac integritatem. Illis ergo locis præter-
missis, inuestigandi & inquirendi nobis sunt alij ex veris
thesauris sacrorum voluminum, quos nunc habemus, &
quos semper nos habuisse credendum est. Porrò ex innu-
meris, quæ possem loca depromere, hæc paucis explicata
propono.

I.I. Primus locus valdè notandus. Isai.53.

ISai.53. vbi vulgò legimus, Et nos putauimus eum quasi
leprosum, percussum à Deo, & humiliatum: in Hebrai-
co textu ad verbum sic habetur, *Et nos putauimus eum tactū,*
percussum Deum & humiliatum. Quinimò magis ad verbū,
quàm si vertamus, Percussum à Deo, eò quòd in Hebræo
non habetur præpositio illa, A. Quod & Leo Castrensis C
ibi aduertit. Vbi & dicit, Diuum Hieronymū & 70. ver-
tisse, *Percussum à Deo*, quia fortasis 70. tunc temporis for-
midarent vertere, *Percussum Deum*, quia pro Gentilibus
vertebant Hebraicos codices. Hac enim de causa permul
ta fidei mysteria silentio conuoluerunt 70. ne blasphe-
mandi occasionem Gentilibus, in quorum gratiam verte-
bant scripturas, darent: quod dicit Hieronymus in Epi-
stola illa, quæ incipit: Desiderij mei. Refert autem Die-
Iudæi Afri conuersi ad Christū ex gus Paiua Dandrada Lusitanus, optimè de Christiana re-
ligione meritus, in Defensione Tridentinæ fidei, libro 4.
nouisse se multos Hebræorum non vulgares ex Africanis,

qui

A qui sola lectione huius capitis 53. Isai. inducti fuere ad deferendum Iudaismum, & amplectendam fidem Christi. Cum verò Paiua quosdam eorum sæpenumerò rogitasset, quidnam in illo c. 53. reperissent, quòd eos ita commouisset, dicebant: illis verbis, *Percussum Deum & humiliatum*, se eatenùs esse persuasos, vt non possent non credere, Iesum Christum, qui sic fuit percussus & humiliatus, & de quo in illo cap. 53. tam apertè scribitur, esse verum Deum. Hæc ergo verba passim deuotissimè repetebãt, *Percussum Deum & humiliatum.* *lectione huius loci, Isa. 53.*

III. 2. loc. Deu. 21. Deus suspensus in ligno.

B ALter locus affinis præcedenti est, quem breui proferam, Deut. 21. vbi de homine flagitioso, ob sua scelera crucifixo, sic dicitur: Nõ permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur, quia maledictus à Deo est qui pendet in ligno: & nequaquam contaminabis terram tuam. Breuiter multiplex huius loci versio sic constituitur ab Adamo, in Epist. ad Galat. c. 3. Septuaginta vertẽrũt, Maledictus à Deo omnis qui pendet in ligno. Aquila verò & Theodotio, Maledictio Dei est qui suspensus est. Symmachus, Propter blasphemiã Dei est suspensus. Rabbi Dauid in lib. Radicum, Ob maledictionem Dei suspensus est. Hebeon ille hæresiarcha semiiudæus & semichristianus, vertit, Iniuria Dei suspensus est. Barchanina Iudæus, quo nocturno præceptore vsus est Hiero. ad hunc modum legit, *Contumelioſè Deus ſuſpenſus eſt.* Harũ lectionum hæc vltima arridere nobis debet. Et certè est mirabilis: cui proinde nihil derogat, quòd à Iudæo perfido addu

C ctasit. Tum quidem, quoniam Hebraica litera optimè patitur hãc versionem: tum etiam, quia si inimici nostri sunt iudices, vt habet Scriptura, & tamẽ ipsi nobis hac in parte suffragantur, cur eorum censuram ac sententiam refutabimus? Iuuat Procopius Gazæus, qui, vt refert Leo Castrensis, in Apologetico, lib. 5. sic verti posse illum locum dicit, *Maledictus est omnis Deus, qui pendet in ligno.* Quam lectionẽ si sequamur, probè quadrant quæ mihi adijciuntur: Non permaneat cadauer hominis crucifixi in ligno, vsque ad diem alteram, quoniam *contumelioſè Deus ſuſpenſus*, seu *ſuſpen-* *Deut. 33.* *Crucifixi eadem die erant sepeliendi apud Iudæos.*

suspendendus est. In honorem ergo Dei aliquando suspendendi in ligno, lege cautum erat, vt crucifixi iam vita functi honorifica afficerentur sepultura, quanuis vitii ignominiosa morte succubuissent. Eò quòd Deus etiam ignominiosè occidendus, & in patibulum agendus erat: & tamen glorioſum ſepulchrum erat habiturus, vt habet Isai. 11. A

Isai.11.

* * Nec huic doctrinæ aduersatur, quod doctissimus ille Massius, super Iosue capit. 8. versic. 28. satis eruditè & verosimiliter deducit, ideò Mosaica lege præcipi vt exanimus homo, non diu in cruce penderet, sed humaretur: ne quis in extinctæ animæ opinionem induceretur, & minùs rectè de corporum resurrectione cogitaret. Ideò nãque Hebræi, imò ex Ethnicis non pauci sepulturæ curam habebant, quòd resurrectionis notio quædam eorum animis insiderat. Eo enim ipso quòd inhumati vt belluæ relinquebantur, parem cum belluis putabantur habere summæ corruptionis & consumptionis sortem. Ideò Iosue c. 8. Regem Hai suspendit ex ligno vsque ad vesperã. Quòd si dubites, quid est quod 2. Reg. 21. Dauid diuinæ cæteroqui legis obseruantissimus, septem filios Saulis suspensos non autem è patibulo deponi & humari consensit, quàm cœlesti aqua eorum cadauera essent cõsperſa? solutionem videbis in prędicto And. Massio. Nam ego rem hanc à meo alienam instituto iudico.]

Cur eadem die sepeliebantur. B

Iosu.8.

2. Reg.21.

IIII. 3. locus ex Psalm.40. Deum egenũ, & pauperem.

TErtius locus produci potest ex Psalm. 40. vbi namque nos legimus: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, punctis variatis certissimum est sic verti posse: Beatus qui intelligit *Deum egenum & pauperem.* Nam vox Hebræa, אל El, quæ ibi habetur, & quæ cũ puncto Segol, significat, super: cum puncto, Cere, significat Deum. Est autem certo certius, pũcta illa ad sacram Scripturam minimè pertinere: ac proinde salua semper & intemerata permanente sacrorum voluminum authoritate ac puritate, reijci ac mutari possunt: nam & Hebræi ipsi, vbi suam Torach, id est, legem & scripturã incorruptam & sacrosanctam seruant, non habent illam punctis distinctam, ac vocalibus illis dispunctam. Certè D. Hieron. puncta ad li- C

Puncta, & vocales Hebræorum codicum non sunt sacra Scriptura.

bitum

A bitum ponere & variare, dūmodò textus rectè cohæreat & literæ relinquantur intactæ, nobis permittit. Nā in Epistola ad Euagrium, sic habet: Nec refert, vtrùm Salim vel Salem nominetur, cum pro voluntate lectorum & varietate regionum, eadem verba diuersis sonis & accentibus proferantur. Et super Isa. c. 21. in illis verbis: Ad me clamat ex Seir, dicit: Si volueris legere, Eli, sonat, Deus meus: Si verò legas, Elai, sonat, Ad me. Ecce vbi permittit vtrouis modo legere. Et super Isa. 26. in illis verbis: Morientes non viuant, dicit, Vbi nos habemus, Perdidisti omnem memoriam eorum. Legunt 70. Perdidisti omnem masculum eorum. Nam si legas, Zecher, significabis memoriam: si verò, Zachar, masculum. Et subdit, inde quosdā opinari deceptum fuisse Saulem, 1. Reg. 15. quia præcipiēte illi Deo, vt disperderet Amalechum & omnem eius memoriam; ipse intellexit: Et omnem eius masculum; & ideò interfecit quidem omnem masculum, reseruauit tamen sibi multa alia. * Legatur B. Arias Mont. in Commentatione dè Varia Hebr. librorum scriptione & lectione, quam præposuit Biblijs Hebraicis cum versione Xantis Pagnini, vbi sæpè repetit & commendat dictum Hieronymi, Puncta & vocales adhibētur pro consequētia & arbitrio, &c.]

Isai. 21. *Isai. 26.* *1. Reg. 15.*

B *Cur Saul nondestruexit omnem memoriam Amalech, vt Deus iusserat.*

* V. 4. *locus ex Zach. 12.*

C Varti loci authoritas plurima est ad nostrum propositum, & expēditur ab Adria. Fino lib. 3. c. 13. & lib. 6. c. 71. nam Zacha. c. 12. sic loquitur Deus per Propherā, In illa die quæram conterere omnes gentes, quę veniūt contra Hierusalem: & effundam super domum Dauid, & super habitatores Hierusalem, spiritum gratiæ & precum: & aspicient *ad me, quem confixerunt*, & plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, &c. Profectò per quàm illustre & perspicuum est hoc testimonium: nam primùm omnium Deus de se ipso apertissimè loquitur, dum ait: Quæram conterere omnes gentes, & effundam spiritum gratiæ. Et quomodò enim hæc alicui, siue homini siue Angelo adaptari possunt? præter quàm quòd ibi dicitur, verba illa esse Dei: nā habetur: Hæc dicit Dominus, &c. Et mox ait, *Aspicient in me quem confixerunt*,

& plangent super eo,id est,super me:mutatio personę familiarissima est in Scriptura. Vnum veruntamẽ mihi hoc loco obseruandum videtur,Græcos hoc testimonium Zachariæ nusquam reperire:nam in translatione 70. non reperitur,eò quòd ipsi sic verterunt locum illum, Aspicient ad me pro eo quod insultauerunt. Cuius versionis occasio ait Diuus Hieronymus, fuit similitudo elementorum ד Daleth,& ר Res, quæ paruo tantùm apice,apud Hebræos distinguuntur:nam Dacar דָּקַר, perfodere seu trãsfigere: Racad רָקַד verò saltare vel subsilire significat, vt patet ex Pagni. in Thesau. Vide Oleastrum super Leuitic. cap.24.ibi,Et maledixit filius mulieris,&c. D. verò Ioann. cap.19.hoc allegans testimonium, non coniecit oculos in id quod 70.verterant,sed Hebraicam sequutus est veritatem. Ad idem alluſit idem Ioannes Apocalyp.1. Ecce venit cum nubibus,& videbit eum omnis oculus, *& qui eum pupugerũt*; Vbi pro *pupugerũt*, Græcis est idẽ verbum quod hoc loco. Porrò & statim sequitur in Zacharia, *Plangent super eo, & dolebunt super eo*, videlicèt, super Deo & Dño suo: nam tam miserè erat plectendus Deus,& tàm multis tormentis conficiendus,vt lacrymas eliceret ex omnium ócuĺs & ad commiserationem omnes commoueret.

Illud, Aspiciẽt ad me, quem cõfixerunt, nõ habetur in 70.

Ioan.19.

Apoc.1.

Zach.12.

V.T. S.nomẽ Iehoua deducitur á voce quæ significat miseriam, & tormẽtum.

PRæsto est & aliud testimonium,quod excerptum est à me ex Oleastro super Genes. cap. 2. de nomine יהוה Iehoua,quadrilitero illo celeberrimo Dei nomine. Dicit Oleaster,hoc nomen quod est Dei proprium,& nulli vnquam creaturæ in Scriptura communicatum,quemadmodum cætera Dei nomina, quæ & creaturis interdum adaptantur,vt statim cursim dicam,dicturus q.10.exposit.fusiùs.Hoc ergo nomen Iehoua deducitur ab Houa, à radice Haua, quæ significat euentum malum & tristem contritionis & tormenti, vt dicit Pagninus ex Rabbi Dauid, in Thesauro linguæ sanctæ, verbo Haua, quasi insinuetur nomine ipso futurum, quòd Deus tormentum & contritionem perpessurus esset. Sed tamen noluit Deus, vt huius significationis arcanæ omnes essent conscij: nam non citra magnam causam, Exod.6. quantum ego coniecto, dixit

Exod.6.

A dixit Deus ad Moysen: Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac & Iacob in Deo omnipotenti (Hebraicè in אל שדי El Saddai) & nomen meum Adonai (Hebraicè יהוה Iehoua) non indicaui eis. Id est, ostendi me illis fortem & potentem (hoc enim significant illa nomina Dei, El, Saddai) nō verò ostendi me eis in nomine Iehoua, hoc est, tristem, contritum, pauperem, qualem ostendam me in nouo Testamento. Is locus Exod. 6. celebris est in Scriptura, multifariā explicari solet: in hoc tamen omnes conueniant, quòd arcana illius nominis, Iehoua, intelligentia nō innotuit in veteri Testamēto. Mihi quod tradidi valdè placet. Et quāuis Gene. 4. in fine dicitur, Tunc cœptum

Nota maximè hanc expositionem.

Gene. 4.

B fuisse inuocari nomē Iehoua, quod ita explicuit Caie. super Exo. c. 6. tamen quantū ad prædictā nominis interpretationem spectat, nondum illis innotuerat nomen illud.

VII.

6. locus expressissimus & elegantissimus, Thren. 4.

SEd quando aliorum non esset copia testimoniorum, illud quod Hieremias in Threnis nobis offert, tam perspicuè demonstrat, passurum ac moriturum Deum, vt nihil exactiùs nihil apertiùs desiderari queat. Sic ergo dicit Propheta, Spiritus oris nostri *Christus Dominus captus est* in peccatis nostris. Hunc quidem locum Doctores Hebræorum plerique interpretātur de Rege Iosia, qui interfectus fuit à Pharaone Nechao. Alij de Rege Sedechia com

4. Reg.

4. Reg. 25.

prehenso ab inimicis, 4. Reg. 25. Verùm isti pro peccatis

C suis comprehendi, capi & interfici optimè potuerunt. Cū verò Vates pro peccatis nostris dicat, captum fuisse illum, de quo loquitur, necessum est vt alium quæramus, cui hęc quadrēt. Is est Christus Dominus verus Deus. Quoniam tamen res hæc exposita est multis calumnijs & cauillationibus Iudæorum, nisi eorū ora alijs rationibus obstruamus, sciendum est id quod optimè consideratum est ab Adria. Fino, lib. 3. Flagelli. cap. 24. Petro Galat. libro 8. de Arc. cap. 19. in fin. ibi in illo testimonio Threnor. 4. cū dicitur, Christus Dominus captus est in peccatis nostris, loco illius vocis, Dominus, haberi in Hebræo nomen Dei tetragrammaton, יהוה Iehoua, quod nulli homini conuenit nisi soli Deo, vt præ alijs dicit Orige. super Nume.

Iehoua nomen Dei proprium. Is ergo mortuus, &c.

homi.14.initio. Neque contra hoc est Burg.in addi.ad.c. 17.Iudic.vt quæst.10.expositi.fortassè tractabo. Atq; adeò apertè habetur in hoc testimonio, Dñm Deũ capiendũ & plectendum esse pro peccatis nostris. Quòd verò hoc nomen tetragrammatõ, scilicèt, Iehoua, quod his quatuor literis Hebraicè scribitur, יהוה Iod, He, Vau, He, sit Deo proprium, sitq; nomen Messiæ in Scriptura, patet ex illo eleganti loco Hiere.22. Ecce dies veniunt, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit Rex: & hoc est nomen, quod vocabunt eũ, Dñs iustus noster: Hebraicè, Iehoua. *Hiere.22.* *Huius loci vim ab impijs Iudæis asserunt Galatinus, Porchetus, Adrianus, &c. Et item illud pulcherrimũ, Isai. 9. Paruul⁹ datus est nobis, & vocabitur admirabilis, Deus, fortis. Scio hæc duo loca deprauari ab Hebraizantibus: nã legunt, Et hoc est nomen quod vocabit eũ Dñs, &c. Itaque non vocabitur ipse Messias Dñs aut Rex: sed Dominus Deus vocabit eũ, & imponet ei nomẽ. Alter similiter corrũpitur. Sed nobis satis est, quòd ipse Chaldaicus Paraphrastes, pro nobis est in illis locis. Vide Adria. Fin. lib. 3. Flagelli. c. 17. 18. & 36. Nec prætereũdi sunt Galat. lib. 3. de arch. c. 8. 9. 10. & 11. & Porchetus 2. p. Victoriæ c. 1. vbi latissimè & eruditissimè ostendunt, nomen illud tetragrammaton, proprium esse Messiæ, & nullum alium nisi Deum vocandum vnquam aut vocatum hoc nomine. De quo ego quæst. vlt. posit. dicam. Scio Iudæos hac via subterfugere veritatem: nam dicũt, quando huic nomini Iehoua additur aliquid in sacra Scriptura, tunc non significat Deum, sed hominem, vt sunt Latinè nomina, Deus dèdit, Deodatus, Gratiadeus, Quoduultdeus. Quibus in nominibus vox Deus non significat Deum. Sic ergo in illis locis, eò quòd aliquid adijcitur nomini Iehoua: nam dicitur, Spiritus oris nostri Christus Dominus, vel Dominus iustus noster, dicunt non significari Deum verum, sed hominem. Sed hæc puerilia sunt. Et quidem si Iudæorum technis mouentur, nullus erit tam fixus locus, nulla doctrinæ arx tam munita, vnde præcipites nos iactare non vehementer moliantur. Nam & illum alioqui constitutissimum*

Nomen Iehoua proprium Messiæ.

Fuga Iudæorum.

A tissimum Zach. 12. locum peruertere hac lectione conantur, Aspicient ad eum quem confixerunt. Cum omnes Hebraici codices habeant, Aspicient ad me, &c. Refert Galatin. lib. 8. cap. 17. & Porchetus. 1. p. Victoriæ. c. 16. circa medium. Vbi Porchetus, & Galat. c. 10. in fin. sic legunt, locum hunc: Spiritus oris nostri *Christus tetragrammaton, captus est in retibus*, &c. *Zacha. 12.*

ACcipe alium locum Isai. 43. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me. Verumtamen *Seruire me fecisti in peccatis tuis, & præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Sic cap. 1. dixerat, Laboraui sustinens. Porrò egregiam habet antithesim, cum versu præcedenti, ibi, B cap. 43. dicit Deus: Non ego te seruire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure: verumtamen tu seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. 70. pro seruire me fecisti, vertunt, Defendi te, seu oblatus sum pro te, vel fui scutum pro te: & expendit hunc locum Adrianus lib. 3. c. 25. Illud etiã quod habetur Deut. 28. in fine, ex Hebræo: *Et erunt vitæ tuæ suspensæ tibi coram, & non credes in vitas tuas*, magnificatur à Galat. lib. 8. c. 17. & à Porcheto in Victoria aduersus Iudæos. 1. p. c. 16. longè medium, eò quòd statim Deut. 30. in fine. Deus appellatur vita, ibi. Ipse enim est vita tua. Dicitur autem Christus, *Vitæ*, in plurali, propter duas vitas, quas vixit, alteram æternam, C temporalem alteram. *VIII. 7. & 8. Locus. Isai. 43. Isai. 1. Deut. 28. & 30. Christus vita nostra, & Deus noster crucifixus.*

SEd postquàm de veri Dei suspensione in ligno, sermo sese obtulit, non potuit etiam sese nobis non offerre locus Psalm. 95. Dicite in nationibus, quia *Dominus regnauit à ligno.* Scopulus iste est in quo multi offendũt. De hoc ligno crux confecta est, vnde perplura ingenia pependerunt. Meum ego inde suspendere nolo: cùm, quia cum nullo fructu id facerem: tùm, quoniam aliò vocor, quò ego, si huic palo affigor, non veniam. Venire autem me non solùm libet, sed expedit. Breuissimè absq; contentione fateor, antiquos Patres sic legisse, Dominus regnauit à ligno, Tertul. lib. 3. aduer. Martionẽ, & lib. 1. aduer. Iudæos, Ambros. super. 1. Cor. 15. Aug. bis, super Psal. 95. Demũ Orig: *IX. 9. locus, Dominus regnauit à ligno, Psal. 95. Vox, à ligno non est,*

Nec fuit vnquam de textu sacro.

Iustinus, Hilar. Cassiod. Isid. &c. Verùm illam vocem, *à ligno*, vnquam hactenùs fuisse in Græcis, Latinis aut Hebraicis originalibus, ego constanter negabo. Vnde prætermissis alijs, existimo vocem illam, per paraphrasin olim additam fuisse illi loco Psalmi. 95. & inde irrepsit in Codices aliquorum. Ita habet Faber Stapul. in Psalm. Lege Couar. lib. 4. Var. resol. c. 5. num. 5. A

Viri crucifixi erãt versi ad populũ: fœminæ ad lignum.

Circa crucifixos autem duo scito. 1. ex Porchero. 1. p. Victoriæ. c. 16. ex libro Iudicum Hebræorum, qui dicitur Sanhedrin, quòd virorum suspensorum in ligno facies erant versùs populum: fœminarum verò versùs crucem, causa honestatis & pudicitiæ. Aliud etiam recreandi animi gratiâ scito, non solũ apud Iudæos fuisse in vsu crucifixionẽ, sed & apud Gentes. Præ cæteris illud quod Iustinus, lib. 22. Histor. circa finẽ, ait, profero: Ob quam noxam, air, in medio foro à Pœnis patibulo suffixus est Bomilcar, vt idẽ locus monumentũ suppliciorum eius esset, qui ornamentum antè fuerat honorũ. Sed Bomilcar magno animo crudelitatem ciuiũ tulit, adeò vt de summa cruce veluti de tribunali, in Pœnorũ scelera concionaretur, obiectans illis crimina, &c. Hæc ille. Quod portẽtũ satis accedit ad id quod de Christo Domino, quodq; de D. Petro nostræ historiæ referunt. Discrimen tamen est quod Bomilcar ob noxam actus in crucem est; & ex ea, crimina improperabat ciuibus: quorum opposita Christus & Petrus gesserunt. B

Bomilcar de cruce prædicat.

10. & 11. loca præstantissima & expressissima. Deut. 23.

VAle longum ac vltimum dicam huic quæstioni feliciter, vt arbitror, cum duo expressissima & exquisitissima loca protulero. Deuter. 32. vbi habet Vulgatus, Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus est Domini creatoris tui; scitũ quotquot Hebraicos codices consulerunt, sic ad verbũ posse verti. Deũ, qui te genuit *debilitasti*: & oblitus est *Deũ vulneratum tuum*. Vel, Occisum tuũ: nam vox חלל, Tessi, quæ posita est, pro dereliquisti, lõgè proprijssimè significat, debilitasti vel debilitabis. Vox verò, מחוללך Moholeleca, secũdo loco, vulneratũ, vel doloratum & afflictum tuum, ad verbũ significat. Et nõ solum mei, qui per Dei gratiam Catholicus Christianus sum, sed Rabbinorũ quorundam C

A dam hæc fuit interpretatio, in libro Sifre, vel Cifre, vt in Porchero Carthusiano Monacho eruditissimo, in Victoria aduersùs Iudæos, 1. p. c. 16. & item in Rab. Selomo. Et quidem est pulcherrima antithesis, nã pro Deo, ibi, Deum qui te genuit, habetur צור Zur, quod significat, petram, vel fortem, vel rupem. Ergo, Fortem tuũ, vel rupem tuam, id est, Deum fortissimum tu debilitasti, id est, reddidisti debilem, afflictum, &c. *Et oblitus est vulneratum tuum*, id est, *Deum vulnerãtum pro te*, cuius alioqui nunquã obliuisci, sed semper meminisse deberes. *Fortis Deus debilitatus, vulneratus.*

Nec minus est elegans quod habetur Psam. 77. Quoties exacerbauerunt eum in deserto? in irã concitauerunt (He *Psalm. 77. Præclarus locus.*

B br. *Affecerunt dolore*, vt etiam Pagninus & Mont. vertunt,) excelsum in inaquoso! sequitur: Tentauerunt Deum, & *Sãctũ Israel exacerbauerũt*. Pro *exacerbauerũt*, habetur Hebraicè, והכיו Hithvv, quod verè, ac propriè significat, *Crucifixerunt*, vt ex Lexicis Hebraicis qui volet, discet. Ergo *crucifixerunt homines Sanctum Israel*, Deũ Opti. Max. Vel etiam circumscripserunt, limitauerunt eius maiestatem & potentiam, & alligauerunt eam ligno. Nam totum hoc significat vox quæ ibi habetur. lege Titel. in Annot. ex Hebræo, & Genebr. ibidem super illum Psalm. Certè si puncta ac vocales Hebraicarũ dictionum demantur aut immutentur, multa huius generis loca reperientur. Immutari autem & demi licitè posse iam diximus, quantũuis (Helia Leuite referente, in lib. Masoreth, siue Traditionum) nonnulli falsò existimauerint, Moysem in monte suscepisse à Deo legẽ non solùm digito Dei scriptam, sed punctis etiam & vocalibus dispũctam: & alij (referente Galatino lib. 8. de arc. cat. ver. c. 8.) Esdram fuisse punctorum authorem. Sed quoniam Galatini memini, scito ipsum etiam obseruasse, lib. illo. 8. c. 14.

C in illo loco Isai. 53. non haberi Muchemeelohim, sed *M*uche Eloim, hoc est, non haberi *Percussum à Deo* sed *Percussum Deum, & humiliatum, &c. vt vidimus. §. 2.* *Isai. 53.*

A

QVAESTIO SEPTIMA SCHOLASTICA.

Vtrùm, & quomodo Deus effectus contingentes conditionatos certò & infallibiliter cognoscat?

B

SVMMARIVM.

§. 1. *Explicatur titulus, & status controuersiæ aperitur.*

§. 2. *Proponuntur sex fortissima argum. pro parte negatiua. 1. quia hæc conditionata non sunt scibilia neque vera. 2. quia nullibi habent esse suum. 3. quia præiudicant diuinæ libertati 4. quia superfluum est ea præscire. 5. quia daretur causa prædestinationis. 6. ex Patribus.*

§. 3. 4. & 5. *Asseritur pars affirmans. 1. ex locis scripturæ. 2. ex Patribus. 3. quia hæ propositiones sunt veræ & scibiles. 4. 5. & 6. probatur idem efficaciter ratione.*

C

§. 6. *Digressio, An propositio de fut. conting. sit determinatè vera.*

§. 7. *De modo, quo Deus cognoscit hæc conditionata. Primus modus sumitur ex infinitate scientiæ & luminis diuini. Quid sit, & vbi & quomodò hæc veritas conditionata.*

§. 8. *Alter modus sumitur ex rationibus æternis idealibus. Traduntur tres modi cognoscendi futura contingentia.*

§. 9. *An in his rationibus ante decretum diuinæ voluntatis cognoscantur à Deo futura contingentia, siue absoluta siue conditionata.*

§. 10.

A §. 10. *Traditur. 3. modus cognoscendi hæc per hæc quòd Deus scit quid sua voluntas facturа esset. Refutatur.*

§. 11. *Arguitur validissimè contra secundum modum iam traditum.*

§. 12. *Explicatur, quomodò ante actum diuinæ voluntatis repræsententur aliqua contingentia in Deo, necessariò.*

§. 13. *Quartus modus, in libera prædeterminatione conditionali diuinæ voluntatis. Reijcitur multis rationibus.*

§. 14. *Quintus modus, in ipsis voluntatibus creatis, adiuncta cognitione circunstantiarum, temporis, loci, ingenij, inclinationis, & aliarum conditionum. Exploditur hic modus.*

§. 15. *Satisdatur argumentis initio positis, & multa ibi, &c.*

B ¶ In hac Quæst. *stellulæ non erunt tibi obuiæ, quoniam totam ferè muertimus.*

MIrũ est quãta paucis annis omnes facúltates incremẽta susceperint. Sanè, vt de alijs taceã, facultas Theologica, quæ angustis olim limitibus constricta tenebatur, iam nostrorum Magistrorum diligentia & eruditione, ad tàm multas easq; grauissimas & vtilissimas materias & disputationes, longè lateque diffusa est; vt nulla iam ei accessio fieri posse crederetur: At ſũ Theologia, quæ á præceptoribus nostris tradita est cum ea

C quæ nũc tẽporis in scholis traditur, cõferatur, angusta videbitur & tenuis: Tã multus est quæstionum & rerum cumulus, qui accessit. Ecce iam præsentem controuersiam nuperrimè in scholis natam, à recẽtissimis nostræ tempestatis prælectoribus excitatam tractare instituo: quam plurimum lucis allaturam polliceor alijs peruetustis difficultatibus de scientia, prouidẽtia, volũtate, prædestinatione Dei: vt qui attentè auscultauerint, experientur.

I. *Explicatur titulus & status cõtrouersiæ.*

PRimùm omnium status controuersiæ aperiendus & explanandus nobis est: nam inquirimus, qua ratione Deus cognoscere certò possit contingentia quędam conditio-

ditionata,quæ quidem re ipsa nunquam sunt futura: at si aliqua apponeretur conditio, forent. Nihil perquirimus de propositionibus quibusdam hypotheticis conditionalibus necessarijs,quæ fundantur in formali illatione,seu quæ important necessariam consequutionem vnius ab alio. Itaque non est sermo de euentibus cõditionatis necessariam habentibus habitudinem, siue ex natura rei, siue ex lege Dei, cum suis causis: nam hi, licèt re ipsa nunquam futuri sint, possunt tamẽ certò cognosci,propter necessariam cõnexionẽ,quã habent cum suis causis. Verbi gratia, Si stuppa poneretur in quarto cœlo,iuxta Solem, combureretur ab illo: si Iudas decessisset in gratia,obtinuisset gloriam. Sanè effectus isti nunquam erunt,quandoquidẽ illæ causæ nunquam ponentur. At, quoniam ex illis causis positis,necessariò habent sequi tales effectus, ideò in illis causis cognosci infallibiliter possunt illi effectus,licèt reipsa nunquã sint futuri. Cæterùm quãdo effectus pendent à causa omninò libera & contingenti,& nunquam futuri sunt, non apparet quomodò certò scire Deus possit,quòd tales euẽtus essent futuri, etiam si ponerentur illæ causæ liberę: siquidem ad huc causis positis non est infallibile, quòd effectus sequi debeat. Huius generis sunt etiã conditionales promissiuæ, quæ non important necessariam illationem. De quibus ad finem differam. Sed ecce exemplum. 1. Reg. 23. consuluit Dauid Deum, An si remaneret cũ hominibus Ceile, esset ab eis tradẽdus in manus Saulis. Respõsum accepit à Deo, quòd tradendus esset, si penes illos maneret. Cùm itaq; re ipsa non fuerit traditus, quia fugit, hinc iam digladiantur Theologi,qua ratione Deus certò sciuit,quòd Ceilitani tradituri erant Dauidem. Et huius generis frequentia sunt in sacris Biblijs testimonia, quæ statim adglomerabo, in. 1. concl.

A

B

C

1. Reg. 23.

II.

1. *Argu. ꝙ Deus nõ sci at illa futu r., ex eo ꝙ nõ sunt sci*

IAm itaque arguitur, & probatur, quòd Deus non certò, sed coniecturaliter eos euẽtus cognoscat. Primò quidem, quia tales propositiones conditionatæ non sunt in se ipsis scibiles neque veræ: quod probo, quia omnis propositio conditionalis vera nihil aliud affirmat nisi vnum sequi

ex

A ex alio, vt cum dico, si homo volat, habet alas, tantum aio, hoc sequi ex illo: & quia rectè sequitur, ideò verum dico. Quòd si non rectè sequeretur, falsum dicerem. v. g. si dicam, Si homo volaret, esset albus; si essem Romę, obtinerē beneficium, &c. Sanè vt verum dicam, oportet vt ex vi illorum antecedentium sequatur consequēs: alioqui falsum dico. Hinc Dialectici, conditionalis, inquiunt, nihil ponit in esse. Hinc rursus, veritas conditionalis in consequentiæ bonitate consistit. Rursus, consequentia quæ semel est bona semper est bona, quia est necessaria. Sed sic est, quod illatio quæ fit in prædictis conditionalibus non est necessaria, vt constat; ergo nec consequentia est bona, ergo nec

B conditionalis, vera: ergo nec scibilis.

Confirm. 1. quia non est maior ratio cur, posita illa conditione, Deus magis cognoscat futuram vnam partē quàm aliam; nec cur magis vna pars in re quàm alia esset futura. Confirm. 2. quia hæ propositiones videntur esse de subiecto non supponente, ergo sunt falsę. Patet, quia quòd Dauid esset mansurus cū Ceilitanis non supponit, quia nō est futurum, ipsumque est quasi illius propositionis subiectū. Confir. 3. quia quemadmodum nihil penitùs derogat infinitæ Dei potentiæ, quòd non possit facere id quod in se est impossibile; ita non derogat eius infinitæ scientiæ quòd scire non valeat id quod in se non est scibile neque verum: quale est id quod per prædictas propositiones significatur.

C Secundò arguitur ad idem: nihil est certò & determinatè scibile; nisi quod determinatā habet rationē entis, siue in se siue in suis causis, siue alibi aut aliter: sed effectus istius conditionati nec in causis nec in se habent determinatè rationem entis: neque verò in intrinseca connexione prædicati cum subiecto, consequentis cum antecedenti, neque aliter; ergo. Probo, quia nec sunt aliquæ causæ diuinæ vel humanæ, determinatę ad eorum futuritionē; nam illi nunquā sunt futuri: sed neque in se ipsis, vt probatū est, habent rationem entis. Neque verò in æternitate sunt Deo præsentes, siquidem inibi tantum sunt ea quæ secundùm aliquam differētiam temporis habēt esse. Confirm. quia ideò Theologi

2. Ex eo quòd nullibi habent entitatem aut veritatem.

logi agentes de scientia Dei respectu futurorum contin A
gentium, quærunt aliquam determinationem ex his, vbi il
la cognosci possint: scilicet in coëxistentia æternitatis, in
suis causis, in diuina prædiffinitione, &c. Quòd si dicas, in
rationibus æternis idealibus; quod dicũt Ægid. Bon. Alex.
Scot. Greg. Caiet. &c. at certò tenendum est, inibi nihil re
præsentari ex his contingentibus; nisi secundùm quòd di-
uina voluntas decernit de eius futuritione. Cum ergo ni-
hil decreuerit circa conditionatorum futuritionem, sequi
tur, ea ibi non repræsentari.

3. Quia tol leretur libertas diui na.

Tertiò arg. istæ veritates conditionatæ, si quæ sunt, præ-
supponuntur nõ tãtum diuinæ scientiæ (etenim scibile sup
ponitur scientiæ) sed etiam diuinæ voluntati & determi-
nationi, siquidem tales veritates non pendent à diuino de- B
creto, imò Deus nihil de illis decernit, vt constat & infra
tractabitur: adde quòd licèt decerneret, adhuc ante tale de
cretum, haberent illa suam veritatem fixam & certam, qua
lis qualis illa sit: ergo nõ potest Deus liberè tales veritates
inuertere aut impedire; imò suam scientiam, suamque vo-
lũtatem debet necessariò eis accommodare, ergo destruit
hæc doctrina diuinã libertatem. Explico hoc: si priusquàm
Deus vellet ac decerneret, verbi causa prædestinare Diuũ
Petrum, iam in signo rationis anteriori, hæc propositio cõ
ditionata, scilicet, Si D. Petrus crearetur prędestinaretur à
Deo, esset vera, haberetq; suã fixã & immotã veritatẽ, haud
à diuina volũtate dependentem; iam ergo non liberũ, sed C
omnino necessarium est, quòd si Petrus creatur, prędestina
tur; & sic non est in Dei libertate situm non prædestinare
Petrum, si eum creat. Ne ergo Deum libertate priuemus,
negemus veritatem talium conditionatorum, & diuinam
scientiam erga illa. Expendendum porrò est hoc argu-
mentum.

4. Quia superfluè ponitur talis scientia media & conditionata.

Quartò: valde inutiliter, superfluè, imò & absurdè hæc
conditionata rerum conditionatarum scientia in Deo po-
ni videtur. Nam neque ad rationem creationis, gubernatio
nis, prouidẽtiæ, aut prædestinationis quidquàm iuuat: neq;
ad saluandam exactissimã diuinæ scientiæ perfectionẽ ne-
cessa-

A cessaria est. Quid enim retulerit, dicere, q̃ si v.g. Sortes curreret, tũc Deus cognosceret infinitas rerum habitudines & combinationes, possibiles quidem, sed impertinentes, disparatas, & ab ordine & ratione prorsus alienas, quæ cũ illo cursu Sortis essent casũ coniunctæ. Adde, si leo volaret (vt per absolutam Dei potentiam volare posset) cogniturum Deum portentosas quasdam rerum inutilium connexiones, quæ fortè cũ illo volatu concurrerent. Itaque authores huius sententiæ asserere tenẽtur, Deum scire, Si leo volaret, an in illo temporis articulo cœlum esset serenum, Sortes curreret, Papa dormiret, formicæ comederent, fluuij arescerẽt. Item, Si Abel diutiùs vixisset, quot
B genuisset filios, an bonos vel malos, atros aut candidos, proceros an pusillos; quot nepotes, neptesvè; quid agerẽt, quandiu vixissent, quoties die comederẽt, quot horas noctu dormirent, sterterent, somniarent, &c. & sic innumeras imò & infinitas pro singulis temporum aut locorum interuallis combinationes rerum, possibiliũ quidem, sed nunquam futurarum, & còordinationes quæ tunc forent, nosset Deus, quòd nõ tantùm otiosè, verùm absurdè, stultè, & impiè fortassis fingitur.

Quintò: Qui hanc mediam (vt vocant) scientiam, qua prædictos euentus conditionatos Deus cognoscet, admittunt: admittere etiam debent, non solùm Deum cognoscere hos euentus conditionatos, per eam, sed etiam absolutè futuros, antequam eos cognoscat per scientiam visionis, post decretum suæ voluntatis. Si ergo priusquàm videat aut decernat bona opera prædestinandorum, ea præscit vt conditionatè futura, per illam scientiam mediam; sequitur dari posse causam diuinæ prædestinationis: itaq; causa ob quam hunc potiùs quàm illum prædestinet, sit, quia præscit per hanc scientiam mediam quid vnusquisq; facturus esset, si in tali loco aut tẽpore aut sub talibus conditionibus crearetur. Hoc autem cõtra receptam Theologiã esse videtur, quæ asserit, bona opera, effectus esse decreti & prædestinationis Dei; atq; adeò non posse à Deo sciri nisi post ipsum prædestinationis decretum. Confirmatur,
C

5. Quia iam daretur causa prædestinationis.

quia

quia hæc scientia magis implicat quàm explicat, & magis A
insolubilem reddit illam grauissimam quæstionem; Cur
Deus creat quem præscit esse damnãdum? Si enim priusquam eius peccatum cognoscat, illũ decernat creare nihil est incommodi. Si verò præsciens quòd si in tali loco creatur, peccaturus est, illum creat, magnum esse videtur incommodum.

6. ex Patribus. Sextò demum, aut hæc est Patrum & Theologorum sententia, aut proximè eam consequens. D.P. August. lib. de Prædest. Sanct. cap. 14. tractans illud, Sapientiæ 14. Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, sic ait: Dictũ est hoc secundùm pericula vitę huius, non secundùm prę- B
scientiam Dei, qui hoc præsciuit quod futurum erat, non
quod futurum non erat. Vbi augustissimus Doctor perspicuè docet, Deum non præscire, an si ille viueret, malitia mutaret intellectum eius; sed præscire, esse magnum huius mutationis periculum, & ideò rapuisse de vita hominem sibi dilectum. Sed & huic libro de Præd. Sanct. præponitur Epist. Prosperi ad August. contra quasdam Pelagianæ hæreseos reliquias, quibus dicebatur, è duobus pueris morituris, ideò alterum eligi ad Baptismum, alterum relinqui: quia ille præuisus erat bona facturus, si viueret, hic verò minimè. Ait ergo Prosper: In tantum commentitijs meritis electionem Dei subijciunt, Vt futura quæ nõ sint futura confingant: nouoque absurditatis genere & nõ agenda præscita sint, & præscita non acta, &c. Et rursus C
Diuus Augustinus, lib. 1. de Anima & eius orig. cap. 12. idem discutiens argumentum, ait: Quantò meliùs si peccata nondum facta, sed præcognita puniuntur, proijcerentur illi duo de paradiso ante peccatum, ne in loco tam sancto & beatifico peccaretur? Quid, quod ipsa exinanitur omninò præscientia, si quod præscitur non erit? Quomodò enim rectè dicitur præsciri futurum, quod non est futurum? Hęc ille. Et Damascenus, in quodam Dialogo, sic: Si Deus aliquem non condidisset, quia præscisset peccaturũ, non esset hæc prescientia sed impostura: nam sicut cognitio est earum rerum, quæ sunt: ita prænotio earum rerum

quæ

A quę futuræ sunt iudicat, eorum, quæ certò futura non sunt, prænotionem esse non posse.

Hæc argumenta violẽta alioqui sunt, quæ doctos & constantes Theologos succumbere coegerunt: ijs tamen nos minimè cõsternabimur, sed ea potiùs vt cedãt adnitemur.

Altera quæstionis pars, qua asseritur, Deum hæc futura cognoscere.

B Rima Cõclusio: nulla ratione negari debet aut põt Deo opt. max. certa & determinata prædictorũ effectuũ cõditionatorũ cõtingẽtiũ cognitio: & oppositũ qui defendũt, plurimũ derogãt thesauris sapientiæ & scientię Dei. Hanc imprimis viginti ferè, quæ tumultuariò se se memoriæ offerunt, diuinæ paginæ testimonijs comprobabo. Adnitar deinde Patrũ eam authoritate firmare; & tertiò rationib° Dialecticis ac Theologicis armatus in palæstram descendam, vt eius veritatem ab hostiũ calumnijs propugnem. 1. Reg. 23. si Dauid mãsisset in Ceila, tradendus pronunciatur in manus Saulis. Et Matt. 11. Væ tibi Corozaim, quia si in Tyro & Sydone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, pœnitentiam egissent. Et Sap. 4. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. Et Ezechiel. 3. Non ad populum profundi sermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris: & si ad illos mittereris, ipsi audirent te. Et Exod. 34. Ne accipias vxorem de filiabus eorum filijs tuis, ne postquàm ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos. Idem dicitur, Deut. 7. & 3. Reg. 11. Certissimè auertent cor tuũ, & seducent filium tuum, &c. Et Isai. 6. & Ioan. 12. Excæca cor populi huius, & oculos eius claude: ne fortè videat oculis suis, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. Et Matth. 26. Dicit Christus, An putas, quia non possum rogare patrem, & exhibebit mihi modò plusquàm duodecim legiones Angelorum?

III. *Asseritur pars affirmans.*

1. Reg. 23.

Matt. 11.

Sap. 4.

Ezech. 3.

Exod. 34.

Deut. 7.

3. Reg. 11.

Isai. 6.

Ioan. 12.

Matth. 26.

Luc.16. rum? Et Lucæ.16. Si Moysen & prophetas non audiunt, ne A
Exo.13. q; siquis ex mortuis resurrexerit, credent. Adiũge alias, si placet, scripturas. Imprimis Exod.13. Non eduxit Dominus eos per viam terræ Philistinorum, quę vicina erat, reputãs, ne forte pœniteret eum, &c. Et Ioan.6. Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent vt raperent eum & facerent eum regem, fugit de tẽplo & abscondit se ab eis. Et Num.
Ioan.6. 22. dixit Angelus & per eum Deus ad Balaam ariolum, Ni
Num.22. si asina declinasset de via, dans locum resistenti, te occidissem, & illa viueret. Et Ioa.5. Si ali⁹ venerit in nomine suo,
Ioan.5. illũ accipietis. Et Exo.3. Ego scio quòd non relinquet vos
Exo.3. Pharao, nisi per manum magnam. Et. c.4. Si non audient
Exo.4. sermonem signi prioris, credẽt verbis signi sequẽtis. Quòd
Psalm.80. si nec duobus his signis audierint, credent tertio. Et Psalm. B
80. Si populus meus audisset me, &c. Pro nihilo forsitã inimicos eorum humiliassem. Et Genes. 3. Vox sanguinis fra-
Gene.3. tris tui Abel clamat ad me de terra. Vbi Chaldæus: Vox generationum quæ à fratre tuo erant deriuandæ.

Ex his locis conficitur ratio efficacissima.

Ex his itaque testimonijs hoc scisciando confici potest argumentum. Numquid ignorabat Deus, aut dubitabat & hærebat? an potiùs certò sciebat hos euentus, qui commemorati sunt in his locis, qui tamen nunquam erant futuri? Et quomodò si non sciebat, protulit affirmanter, quòd Ceilitani tradituri erant Dauidẽ: quòd Tyrij & Sydonij acturi erant pœnitentiam: quòd malitia immutatura erat intellectum illius hominis, immaturè rapti de vita: quòd si Ezechiel mitteretur ad populum profundi sermonis, erat excipiendus & auscultandus: quòd filię Amorrhæorum & Chananæorum nubentes filijs Israel, eos inducturæ & pellecturæ erant ad idololatriam: quòd nisi excęcarentur oculi illius populi, erant visuri, & conuertendi & sanandi à Deo: quòd si Christus rogaret Patrem, exhibiturus erat ei Pater legiones Angelorum: quòd mortuis resurgẽtibus illi non erant credituri? & sic de alijs. Certè inficias ire nemo iure potest, quin Sanctus Spiritus, qui hæc protulit & dictauit, nosset certò & infallibiliter hos euẽtus cõditionatos, qui tamen nunquam futuri erant, neque cum causis ac conditionibus

A nibus illis habebant necessariam connexionem.

Sed mouet quosdam, quòd in huiusmodi assertionibus interdum scriptura vtitur illo aduerbio, *Fortè*; illo enim videtur tota firmitas & certitudo cognitionis eneruari. Attẽde quàm appositè respondeat D. Hiero. in Cõment. super Ezechiel. c. 2. & super Hieremiam, c. 5. & cap. 26. Verbum, inquit, ambiguum, *Forsitan*, Maiestati Dei non potest conuenire, sed nostro loquitur affectu, vt liberum hominis seruetur arbitrium: ne ex præscientia eius, quasi ex necessitate, vel facere quid vel non facere homo cogatur. Idem habet Theodor. ibid. Idem Chrisost. in illud Matt. 21. Verebũtur fortè filium meum. Eandem affert causam Theophylactus

B super Lucæ. 10. & Greg. homil. 9. super Ezechiel. & Remigius simul & D. Tho. ibi Matt. 11. & Rupertus, super Ioel, cap. 2. Abulen. ibid. q. 52. Rursus D. Ambro. lib. 2. de pœnitentia, c. 5. & idem Hiero. super Ionam. cap. 3. dicũt, Ambiguè & sub dubio loquitur scriptura, vt dum homines dubij sunt de salute, fortiùs agant pœnitentiam. Lege Gasparem Casalium lib. 2. Axiomatum Christianorum. ar. 2. c. 7. Dici etiam aliud potest, quod ego si dicam, totus penitùs dissoluitur nodus. Glossa interlinealis Matth. 11. dicit, illã particulam *Fortè*, idem valere quod, certè, Et Iãsenius & Caiet. ibidem, obseruant, pro particula, *Fortè*, haberi Græcè, vtiq; Et est simile Ioann. 15. Si me sciretis, forsitã & Patrem meu

C sciretis. Et ibi, Noli mittere margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas. Et Act. 8. Pœnitentiam age, si fortè remittatur tibi. Et Ioa. 5. Si crederetis Moysi, forsitã & mihi. Et Psal. 80. Pro nihilo forsitan, &c. Vox itaque *Fortè*, idem valet atque *Certè*, vel *vtiq;* & ex cõsequenti omnis dubietas à diuina cognitione remouetur.

Cur in Dei uerbis interdum ponatur vox dubitandi, fortè.

1. *Causa.*

Matt. 21.

2. *Causa.*

3. *Causa.*

Ioan. 15.

Matt. 7.

Act. 8.

Ioan. 5.

Psal. 80.

Quid ergo, Spiritus sanctus, qui est prædictarum scripturarum inspirator, assertor, & author, incertus est de his rebus, de quibus nos certos cupit reddere? diuinãue hæc oracula, quibus incunctanter astruit, diuinat, prædicit, quid in tali aut tali casu eueniret, non habebunt maiorem certitudinem, quàm oracula Dæmonum? Quid rursus, potuisset Dauid, cum Deum consuluit & alij similiter sine pẽccato

dubitare de diuini veritate responsi? si namque responsum A
non erat omnino certum & constans, in dubium verti poterat. Peream si millies non prius perirem, quàm vel semel hoc mihi possem pestiferum dogma suadere.

IIII. *Ex Patribus eadem pars probatur.*

SEd quid sancti Patres hac in causa testificentur, audiamus. Imprimis ex hac media & conditionata rerum etiam nunquam futurarum præscientia, constanter determinant causam, ob quam Deus quosdam amicos suos ante diem de vita tollit; priùs, scilicèt, quàm in peccata labantur, in quæ lapsuros, si diutius viuant, scit certò Deus. Cyrillus Alexand. libro. 3. contra Iulianum, post medium, approbat dictum Porphyrij, quòd Deus sciens futurum, sæpenumerò præuenit, hos quidem adhuc adolescentes de B
vita eripiens, illos verò relinquens. Et Diuus Augustinus, lib. de Correp. & gr. capitul. 8. sic ait: De his disserimus, qui perseuerantiam bonitatis non habent, sed ex bono in malum deficiente bona voluntate moriuntur. Respondeant, cur illos Deus cum fideliter & piè viuerent, non tunc de vitæ huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum? Vtrùm hoc in potestate non habuit, an eorum mala futura nescìuit? Nihil horum nisi peruersissimè ac insanissimè dicitur. Et de Bono perseu. capitul. 9. Certè, inquit, poterat Deus illos prę scientes esse lapsuros, auferre de vita. Et lib. de Grat. & lib. arb. cap. 23. & libro. 1. de Pecc. mer. & rem. capitul. 21. & .22. C
idem habet. Sanè priusquàm per scientiam visionis videret eorum peccata, & priùsquàm decerneret ea permittere, prę sciuit per illam scientiam mediam, peccaturos illos si diuturnioris vitę in illis poneretur conditio.

Adde, commune Patrum esse proloquium, Cur Deus creauit Angelum quem peccaturū præsciebat? cur Adamo præceptum indixit, quod sciebat violaturum? Quod passim Sancti mirantur, & meritò: Hieronymus in 3. Dialogo, contra Pelagianos, Tertull. lib. 2. cōtra Martionem, Iustinus, quæst. 58. Irinæus, lib. 4. c. 75. Nazianzenus, Orat. 42. Theodoretus, quæst. 37. in Genes. Sed præ alijs Diuus Augustinus, lib. 1. contra Cresconium, c. 8. & lib. 22. con-

tra

A tra Faustum, cap. 14. 16. & 21. & lib. 3. contra Iulian. c. 8. & alibi sæpè. Supponunt itaque, priusquàm Deus Angelum aut Adamum creare decerneret, iam præscire (planè non per visiorem, non per solam simplicem intelligentiam) sed per scientiam conditionatam & mediam, quid illi acturi essent si crearentur. Et similiter præscit modò, si alios Angelos aut homines crearet, quid eo temporis ipse de illis faceret, quid ipsi facerent erga Deum.

Sed & de prædestinatione & reprobatione, de vocatione efficaci & inefficaci differentes Patres antiqui, hac scientia media se à mille calumnijs aduersantium protegunt. De aduentu insuper Christi in mundum disputan-
B. tes eodem vtuntur medio. Paulum & Matthæum (inquit Chrysostomus, homilia 31. in Matthæum) vocauit Deus, quando & quomodò sciunt non reluctaturos. Et homilia 65. ait, non priùs vocasse Paulum, quia præsciuit repugnaturum, pòst verò vocasse, cum præsciuit vocationem penetraturam fuisse eius animam. Et Diuus Augustinus, lib. de Bono perseu. cap. 10. ait, Deum rectè nosse quòd Tyrij acturi essent pœnitentiam, imò quòd post factam, debebãt in pessimam vitam reuerti. Et hæc, inquit, fuit causa, ob quam virtutes & signa in illis oppidis facere voluit. Et inducit ad hoc propositum Doctorem quendam, quem vocat non ignobilem, sed admodum acutum, doctum & Ca-
C tholicum. Et Epistola 49. de 6. quæstionib. contra Paganos, quæst. 2. ait: Ideò non venisse Christum alio loco aut tempore, quia præuidebat tunc in se non credituros peccatores. Eodem spectat lib. de Præd. san. c. 4. 12. & 13. Demùm Remigius, quẽ refert Diuus Thomas, in Cat. Matth. 11. & Interlin. ibi dicunt, Deum bene nosse, quòd Tyrij & Sydonij, prædicante Christo, essent conuertendi: & tamen res ipsa nunquam futura erat. Abulensis quoque 1. Regum 23. quæst. 13. & super Matth. 11. quæst. 52. sic ait: Sciebat Christus determinatè, quid acturi essent Sodomitæ, si prædicaretur eis.

Ex hac media scientia resoluunt Patres magnas difficultates.

V.

Rationibus agitur. 1.

RAtionibus deinde dimicemus. Prima sit, quia in his propositionibus cõditionatis est determinata veritas

Quia in his est veritas & scibilitas.

quoad alteram partem contradictoriarũ: sicut & in omnibus de futuro contingenti, de quibus statim in Digressione quadam: omnis autem veritas scibilis est per aliquam scientiam, ergo maximè per diuinam: sicut omne possibile, aliqua potẽtia est possibile, maximè verò diuina. Exempli causa: Hæc propositio, Si Sortes hodie viueret, in hac occasione, hoc faceret, Sanè hîc asseueratur veritas aliqua, nempè, illum effectum fuisse coniungendum cum illa causa vel conditione, si poneretur: esto non sequatur ex vi illationis aut consequentiæ. Neque verò hic modus conditionalium latuit Dialecticos: ipsi enim ponunt quasdam conditionales, quas vocant promissiuas, quæ nõ important necessariam illationem. De quibus diserte loquitur Soto, lib. 3. Summul. cap. 8. lect. 1. notab. 2. & de his multa in solutione ad primum infrà dicenda mihi sunt. A B

Confirmatur, quia negari non potest, omnes illas propositiones, Si in Tyro factæ fuissent virtutes & signa, Tyrij conuerterentur: Si Dauid mansisset apud Ceilam, traderetur: Si Abel diutiùs vixisset, haberet pares vel impares filios: esse veras aut falsas. Sunt namque propositiones, ipsęque perfectę, & generant perfectum in animo audientis sensum; & Aristoteles 1. Perierm. cap. 4. nõ dubitat ponere propositiones veras vel falsas, tametsi non sint indicatiui, vt cũ dico, Si veniisses, hoc fecissem: Si vicisses, dedissem tibi librum, &c. Et Aristot. alibi, Verum & falsum, ait, passiones & proprietates esse à propositione inseparabiles. Quinimò in his vera & propria reperitur contradictio: quis namque neget, has esse contradictorias: Si Abel vixisset, haberet centum filios: Non si Abel vixisset, haberet centum filios. Est ergo altera earum vera; vtra autem, Deus scit.

Conditionales promissiuæ. C

Confirmo hoc ipsum, quia is est communis fidelium loquendi modus, hæc communis animorum conceptio, Deus scit quid ego facerem, si hodie maturiùs surrexissem: Quid heri fecissem, si in forum me cõtulissem: Quid si rus peterem, &c. Verùm quid in hoc tam facili hęremus vado? Quid nos ipsos tam tenui filo irretimus & implicamus?

A mus? Deus nè non protulit, non asseruit, non affirmauit sexdecim illas propositiones in prædictis scripturarum diuinarum locis? ipsasque asseueranter, incunctanter, certò, determinatè, vt vidimus? Nõnè impiè, temerè, blasphemè dicitur, Deum ea quæ pronunciat, certò non scire? & quæ sibi sunt incerta, certò reuelare? Non tenentur homines, non tenebatur Dauid fidem diuinis oraculis adhibere? præsertim cum ea Dauid ipse eò loci consuluisset & scisciatus fuisset.

Secunda ratio ea sit, quia omnis veritas priusquàm vel in se, vel etiã in determinatione Dei, aut aliàs in suis causis, aut etiam in æternitate, sit veritas absoluta & certa, B priùs, in quâm, fuit veritas conditionata, de genere earum, de quibus est à nobis sermo susceptus. Verbi gratia, Voluit Deus Adamum creare, & eum peccare permittere, & mox vidit eius peccatum, ergo ante hæc omnia erat verũ, quòd si Adam crearetur in tali occasione, esset peccaturus. Hanc enim veritatem non fecit, sed ostendit potiùs effectus subsequutus. Illam ergo norat Deus pro illo priori: atque adeò similiter licèt nõ crearetur, nollet eam, quia illa esset vera; nam priùs non pendet à posteriori: & similiter quælibet alia conditionata licèt nunquam futura, erit vera vel falsa, & à Deo præscita, iuxta exigentiã obiecti. Si enim respectu eorum, quæ aliquando futura sunt, hoc rectè intelligitur, vt statim in digressione conabor ostendere: pari ratione in his quæ reuera non sunt futura, intelligere poterimus similem conditionatam veritatem: nam quantum est in se, eodem modo se habent pro illo priori rationis signo, in quo apprehenduntur ante decretum diuinæ voluntatis & coexistentiam in æternitate.

2. quia futura contingẽtia priùs habuerunt hãc veritatem conditionatam.

C

Tertiò, quia ad perfectionem diuinæ prouidentiæ, ad efficaciam diuinæ gratiæ & auxiliorum, ad suauitatem potentiæ Dei, ad donum perseuerantiæ, ad seruandam illæsam hominum libertatem, ad ostendendam diuinæ scientiæ infallibilitatem, ad admittendam diuinam prædiffinitionem & prædeterminationem, ad intelligentiam confirmationis in gratia, & permissionis peccatorum plurimũ

3. quia ad multa deseruit hæc scientia.

deseruit hęc conditionalium veritatū conditionata scien A
tia. Verùm enimuerò non parum ad hęc omnia videtur conducere quòd Deus priusquam se applicet ad agẽdum, decernendum, permittendum, mouendum, & demùm ad omnia gubernanda & prouidenda, iam prę ciat quid vnaquęque res in tali aut tali occasione constituta factura esset, quid si per talia media duceretur, quid si talia ei motiua proponerentur, quid denique si in tali loco, tali tempore, talibus circunstantijs poneretur, quid si aliter, alibi, aut aliàs, &c. Sanè imperfecto modo, & quasi hallucinando & attentando procederet Deus, si non prescire t, quòd cum tali gratię vocatione, cum tali auxilio voluntas humana sic vel sic afficeretur ad operandum. Contrà verò B
suauissimè & efficacissimè procedit, iuxta exigentiam humanę libertatis, & efficacitatem suę prouidentię, si per diuinam illam prescientiam conditionatam quasi manuducatur ad disponendum humana negotia.

Quartò. Quartò: Mirandum nobis, imò verò ridendum omninò & improbrandum & execrandum, dogma videri nobis debet, quòd sunt Theologi graues aliàs & docti, quos videas passim diffinire plurimas huius generis controuersias: & tamen alias eiusdem generis Deum certò definire posse, negant. Determinant ipsi, an veniret vel non veniret Christus, homine non peccante: & tunc, an passibilis vel impassibilis, &c. An filij Adam contraherent peccatū C
originale, ipso non peccante, sed eius vxore aut filijs: Quidnam esset de hominibus, si status innocentię perduraisset: an nascerentur perfecti in gratia & in scientia; an tunc temporis tot essent quot nunc, an plures vel pauciores prædestinati: & sexcentas huius generis lites dirimunt & constanter determinant. Et nolunt, Deus vt certò ac determinatè cognoscat, an Tyrij acturi essent pœnitentiã, prędicante illis Christo: & an Ceilitani traditurj essent Dauidem, ipso penes illos diuersante. Et vnde, obsecro, tanto pollent homines intellectus acumine, vt diuinẽt & sciant, quid Deus facturus esset circa Incarnationem Verbi, homine non peccãte: & quid circa posteros Adami, &

Quòd si Theologi definiunt multa futura cõditionata, à fortiori Deus, &c.

corum

A eorum prædestinationem, statu innocentiæ permanente: & tamen Deus tam sit tardi, hebetis ac obtusi intellectus, vt certò ac determinatè scire non possit, quid ipsi homines facturi essent, si Christus illis prædicaret, aut si Dauid apud illos diutiùs moraretur? At dicunt, Nequaquam eos certò decernere, quid Deus in prædictis casibus facturus esset, sed more humano, per signa quædam & coniecturas formidine & obscuritate nutantes. Sed, bone lector, ita nos isti dementabunt, vt credamus, Deum non certius & asseuerantiùs dicere & scire, quàm hominem? Homo quidem humano more, ac proinde incerto & vario: quales sunt cogitationes & prouidentiæ nostræ, vt habet Sa-
B piens; at Deus diuino modo, ac proinde certissimè & infallibilissimè, vt sic dicam, cognoscit & loquitur. *Sap. 9.*

Dubium seu Digressio, An propositio de fut. conting. sit determinatè vera?

C OPportunè hoc loco inseritur hæc digressio, vt visum est, & videndum statim. Resolutione autem dico, hanc propositionem, Petrus curret, quæ apertè est de futuro contingenti, esse nunc determinatè veram vel falsam. Ita Dialectici super lib. 1. Perierm. cap. 8. & quàm plurimi Theologi, super Mag. in 1. dist. 38. Grego. Arimi. quæst. 1. ar. 1. Gabr. quæst. 1. art. 2. Bonau. art. 2. quæst. 1. Ocham in sua Logica, quos explicat & sequitur Petrus Aliacen. in 1. sent. quæst. 11. ar. 1. propos. 1. Idem habet Cordub. lib. 1. Quæstion. q. 55. dub. 2. & ad idem allegat Ioan. Medin. Marsili⁹ in 1. quæst. 40. artic. 1. ad tertium argumentum principale, hoc reputat probabile, licèt oppositum etiam probabile esse, dicat. Hanc eandem sententiam habent Capreol. 1. distinct. 38. quæstione 1. artic. 2. ad tertium. Aureol. contra. 7. conclus. Et Scot. in 1. distinctione 39. quæstione 5. §. *VI. De futuris contingentibus.* *Pars affirmans & vera.*

Ad argumenta principalia. Tartare. Gandenſ. Burleus, Buri A
danus, & alij.

Probatur latiſſimè, & efficaciſſimè.

In eius probationem liceat mihi tantiſper immorari. Sanè vniuerſaliter eſt verum, quòd verum vel falſum eſt propria paſsio ꝓpoſitionis, ſicut par vel impar eſt paſsio numeri. Et dicit Ariſt. 6. met. verum & falſum eſſe contraria immediata in propoſitionibus, ſicut ſanum & ægrum in animalibus. Sed illę præallegatæ ſunt propoſitiones, ergo ſunt veræ vel falſæ. Secundò, quia harum propoſitionum, Petrus loquetur, Petrus non loquetur, altera ſignificat determinatè eum effectum, qui determinantè futurus eſt: nam vel illa loquutio eſt futura vel non: nec inter hæc duo eſt dare medium, vt patet, nã vt habet Ariſtot. 4. met. c. 7. primum principium eſt quòd in contradictione, nõ datur me B
dium. Si ergo primum futurum eſt, ergo iſta, Petrus loquetur, eſt modò vera, quia ſignificat determinatè id quod erit. Si verò ſecundum, ergo illa negatiua erit vera eadem ratione. Nec obſtat, quòd nos penitus lateat, vtra earum ſit vera & vtra falſa, propter imbecillitatem noſtri captus & intellectus; nam non eſt tàm imbecillis captus noſter, quin optimè intelligamus, iam Deum illam certò cognoſcere. Sed dicunt quidam, alterã illarum eſſe verã, ſed nõ eſſe determinatè veram. Contra hoc arguo, quia penitus nil aliud eſt rem eſſe, niſi determinatè eſſe: & rem eſſe albam, niſi determinatè albam eſſe: Nam ſi determinatè alba non eſt, certè alba nõ eſt, ergo ſimiliter rem eſſe veram, nihil eſt aliud C
quàm eſſe determinatè veram.

Fuga, & euaſio quorundam.

3. probatio.

Tertiò ad idem, quia ex illo communi proloquio, Ab eo quod res eſt vel non eſt, propoſitio dicitur vera vel falſa: fit quòd ex eo propoſitio de præterito eſt nunc vera, verbi gratia, Adam fuit, quia aliquando fuit Adam; & propoſitio de præſenti ex eo eſt vera, quòd in tempore præſenti ita res ſe habet, ſicut per illam ſignificatur. Ergo eodem modo, ex eo propoſitio de futuro habebit dici vera vel falſa, quia futuro tempore res ita ſe debet habere, ſicut modò per illam propoſitionem ſignificatur. Sed re vera Petrus craſtina die debet loqui vel non loqui,

A qui, nec prorsus est intelligibile mediū, ergo nūc ista erit vera, Petrus loquetur vel non loquetur cras. Vtra autē eius pars nūc sit vera, ille omninò sciet, qui scire poterit, an ille sit cras loquuturus vel nō loquuturus: iste est Deus, ergo.

Rursus hæc videtur esse sententia Tullij, lib. de Fato: vbi ait. Semper fuit verum dicere, Morietur Epicurus, cum duos & septuaginta annos natus fuerit. Et quidem cum ego modò scribam, vndecima Decembris die, anno. 1587. semper fuit verum dicere, Alphonsus scribet vndecima Decembris die. Item cum ego profero, Petrus curret cras, Deus videt & iudicat me dicere determinatè verū vel falsum, ergo talis propositio significat determinatè ve- 4. Probatio

B rum vel falsum. Confirmo hoc, Proferat Deus illā propositionem, sanè tunc propositio determinatè vera est, & similiter, si Deo eam mihi reuelante, ego illam proferam; atq; adeò quantuis eam proferam sine reuelatione; quandoquidem neq; scientia speculatiua Dei, neque reuelatio neq; prolatio, siue Dei siue mei, tollit aut ponit veritatem propositionis. Proferat Gentilis hanc, Antichristus erit: sanè rem profert determinatè verā, quia dicit rē quę verè erit, ergo similiter ꝓferat hanc, Petrus cras curret, certè dicit rem determinatè veram vel falsam. Nam quòd illa sit reuelata, impertinenter se habet ad hoc vt sit vera. Nam Gentilis non est reuelata illa prior, & tamen verum dicit. Profectò si ob id ista, Petrus curret, non est determinatè vera, quia nos la-

C tet eius veritas; eadem ratione ista, Papa dormit, non erit vera determinatè, cum eius veritas etiam nos lateat. Dici ergo debet, omnem propositionem habere suam veritatem, quæ suapte natura cognoscibilis est, si adsit intellectus, qui eam cognoscat. Et sic omnes prædictas Deus determinatè cognoscet.

Denique, si hæc futura non habent determinatam veritatem, iam iudicium de illis vt determinatè veris, erit falsum, quia non habet conformitatem cum obiecto. Iā ergo præcipitauit Christus iudicium, imò apertè à veritate videtur aberrasse, cum prædixit Petri negationem. Nam tunc negatio illa erat quoddam futurum contingens, & non

verum

verum, vt isti volunt. Adde passim Deum, passim eius nomine Prophetas futura contingentia reuelasse, nedum præsciuisse: non ergo tutum & omnino catholicum dogma videtur, ꝙ propositio de futuro cõtingẽti nõ sit determinatè vera. Rectè Diuus Augustin. 5. de Ciuit. capitul. 9. de Cicerone detrahente Deo hanc præscientiam, dixit, quòd dum conatur homines facere liberos, facit sacrilegos. A

Arg. ex Aristo. & S. Tho. qui videntur dicere, ꝙ propositio de fut. contin. nõ est determinatè vera.

Sed euellere oportet scrupulum qui multos malè vexat. Quid est quod Aristot. 1. Perier. cap. 8. dicit, Propositiones de futuro contingẽti non esse determinatè veras vel falsas? Verùm ab hoc dubio facilè se expediet, qui meminerit, mentem Arist. illo loco fuisse, aut excludere certitudinem nostræ cognitionis circa tales propositiones, aut excludere ab illis necessitatem. Itaque eatenus dicit, eas non esse determinatè veras, quatenùs nullus determinatè dicere potest, quæ earum sit vera, quæ falsa: quem etiam sensum videtur habere S. Thom. ibi. 1. Perierm. ca. 8. lect. 13. aut etiam contẽdunt, futura contingentia non habere determinatam veritatem, quatenùs comparentur cum suis causis proximis, à quibus contingenter & impedibiliter procedere debent: Per hoc tamen non tollitur, quin si comparentur cum eo quod reuera futurum est, iam ipsæ habeant suam veritatem, vt explicatum est. Sunt fateor alia argumenta contra hanc doctrinam, quæ in magnas angustias quosdam conijciunt; sed nostra non interest in his immorari; cuius interierit, immoretur. Nos id solùm contendebamus, scilicèt, nullam esse propositionem, quæ fixam ac certam non habeat veritatem. Et quamuis absolutè loquendo aliquæ essent incertæ ac indeterminatę, at saltem respectu diuini intellectus & cognitionis, cuncta sunt certa. B C

Certè mirabitur quispiam quòd sensim nos in Summularum campum detrusimus? At mirari desinet qui animo aduerterit, ea nos intentione aliquando eas coluisse, vt cum opus esset ad eas accurreremus, & plurimum inde fœnoris & vtilitatis caperemus. Quãtum autem inde modo cœperi-

A cœperimus, exploratum est, & explorandum amplius statim. Saltem ex his, quæ leuiter in hac digressione perstrinximus, liquet, qua ratione propositio de futuro contingenti est in se vera, ac determinatè vera, & scibilis, & planè scita; quamuis modus quo eam Deus cognoscit, sit nobis explicatu difficillimus, vt in alia fortasse digressione perstringam: eadem ratione propositio conditionata, & vera esse potest, & scibilis & scita, quanuis modus eam sciendi tradatur difficillimè. Et mihi quidem, quæ mea est insciti a, non est intellectu aut explicatu facilior veritas contingentis absolutæ quàm conditionatæ. Sed sicut vix possum percipere veritatem illius & scibilitatem eius, sic
B vix capio cõditionatarum veritatem & scibilitatem. Sed sicut illam negare non ausim, sic nec istam.

Tertia quæstionis pars, De modo quo Deus prædicta futura conditionata cognoscat.

VII. De modo cognoscendi hæc.

C SEcunda conclusio: Quàm certum & indubitatum est, Deum prædicta conditionata cognoscere; tàm incertus & dubius nobis est modus & ratio qua ea cognoscit. Nec nobis tantùm, sed & alijs, qui magno & excellẽti ingenio prę diti, modum illum inuestigare contendunt. Verùm ignorantia nostra nihil præiudicare debet immensitati diuinæ cognitionis. Prudens certè & pius Theologus faciliùs debet suã circa hoc negotium ignorantiam confiteri, quàm diuinam rerum omnium præscientiam in dubium vertere. Non pendet diuinæ firmitas cognitionis ab his cognoscendi modis, quos nos in Deo excogitare possumus. Demus, Deum aliquid posse cognoscere (vt in simili dixit Augustinus) cuius modum nos fateamur non posse cognoscere. Et nisi ego cęcutio, eadem esse difficultas videtur de modo, quo Deus futura contingentia absoluta cognoscat.

gnoscat. Quod non ideò à me dictum sit, quòd difficiliorem reddam modum cognoscendi hæc, sed vt faciliorem faciam modum cognoscendi illa. Diuersis verbis asserunt viri docti & acuti, impossibile esse intellectui humano declarare modum, quo Deus futura contingẽtia præsciat, tametsi fide certum sit ea præscire. Hoc habent Gabr. 1. distinct. 38. quæst. 1. artic. 2. post secundam conclusionem. Gregor. quęst. 2. ar. 2. Ocham, quæst. 1. & ferè Cordub. lib. 1. quæst. 55. dub. 10. A

Primus modus certus & firmus.

Quare primus modus ipsęque valdè certus & firmus, quamuis obscurus & reconditus cognoscendi hæc contingentia, siue futura siue nõ futura, siue absoluta siue conditionata, erit simplex intuitus veritatis rei, erit lumen infinitum Dei & perfectio & æternitas scientiæ eius; ex vi cuius intuitus, luminis atque scientiæ, apprehensa quacunque re aut complexione, cognoscit, intuetur & iudicat Deus, quid veritatis in vnaquaque delitescat. Et quidem licèt hoc lumen, hæc scientia, hic intuitus solùm se tenere videãtur ex parte principij cognoscẽdi; nos autem de obiecto & termino etiam exquiramus; tamen crediderim, ex parte obiecti non oportere vt aliquod medium intercedat præter veritatem ipsam illius complexi conditionati, aut contingentis, quæ statim diuino illi lumini infinito & diuinæ scientię sese offert. Sic ait Ægidius Rom. in Opuscul. contra Corruptorem doctrinę Sancti Thomæ, artic. 4. sic Greg. Gabr. in. 1. distinct. 38. sic Scot. Bon. Dur. & alij, docent, Deum præscire futura per hoc quòd habet infinitam & claram notitiam rerũ omnium & veritatum omnium, per quam comprehendit res omnes etiam possibiles, & quidquid de illis verè enunciari potest, in ordine ad quancumque temporis differentiam, & ad quemcumque modum illis possibilem conuenire. Sicque cognoscit prędicta conditionata, non in vi illationis, non in connexione vnius cum alio, non in causis, nõ in æternitate; nisi tantùm quia reuera ita est, sicut per illam conditionalẽ significatur: quia inquam ita est, quòd si talis aut talis poneretur conditio, talis sequeretur effectus. Certè ynumquodque B C

co

A eo modo quo in se est, habet vt cognoscatur, si ex parte cognoscentis non desit virtus: vnde sicut res præsens potest in seipsa directè videri & cognosci, quia est iam ad vnum determinata, similiter res præterita, res futura, res possibilis, res conditionata, cum omnes hæ, etiam hæc vltima, vt probaui paulò superiùs, habeãt in se suam determinatam veritatem, erunt in se simplici intuitu cognoscibiles.

At arguies scisciando, quænam sit determinata horum obiectorum ex veritas? vbi sit? vbi fuerit ab æterno? præsertim obiectorum conditionatorum, quæ vt nunquã erunt, sic nusquam eorum veritas esse potest, ad hoc vt diuinam possit terminare præscientiam. Respondeo, licèt nihil sint B actu, sunt tamen in potentia reducenda in actum his vel illis positis; & sic horum conditionatorum veritas planè existit iuxta exigentiam significationis eorum: nempè sub conditione, non absolutè. Hoc verum appellatur à Metaphysicis & Dialecticis, verum significabile, verum obiectiuum, & enuntiabile; quod licèt reuera non est actu, est in potentia, non pura, sed reducẽda vel reducibili in actũ in tali opportunitate, & sub talibus circunstantijs & conditionibus, Vid. S. Thom. de Ent. & ess. cap. 1. Caiet. ibi, & Gregor. quæst. 1. Prolog. art. 1. concl. 3. Sic potest hæc veritas terminare scientiam Dei, quia sic terminare non est aliquid reale intrinsecum in obiecto terminante, sed extrinsecum proueniens ab ipsa scientia: sicque actus intuitiuus ad illam terminari potest, quia aliunde ex parte C cognoscentis est virtus sufficiens, est lumẽ infinitum. Sicut ergo Aristoteles 5. Metaph. text. 14. & lib. 6. ad fin. dixit inxit duplex ens: vnum, quod verè est: aliud, quod licèt non sit, sufficit ad veritatem propositionis, sic hoc conditionatum obiectum, quanuis non sit, habet quendam modum entis, inquantum sufficienter fundare potest veritatem iudicij diuini, æterni & infiniti, & veritatem cuiusdam enuntiationis. Nec alia præsentia præter hanc obiectiuam requiritur.

Not. hæc veritas conditionata an sit, quid sit & vbi sit.

VIII.

TErtia conclusio: Alter modus, quo illa Deus conditionata cognoscit, desumi potest ex eo quòd suam co-

2. Modus, quo Deus

gnoscit,

Illa conditionata cognoscit.

gnoscit & comprehendit essentiam, in qua omnis veritas repræsentatur. Quod, vt luculenter omnes perspiciant, meminisse debent, tres celebriores circumferri opiniones, circa modum, quo futura contingentia Deus cognoscit. Scot. 1. distinct. 39. quæst. vnic. in solut. ad 3. quæst. & in Quodlib. quæst. 14. litera S. & T. censet, Deum futura non aliter cognoscere, quàm in determinatione suæ voluntatis: & ante hanc, inquit, solùm cognoscit Deus suam essentiam, & prædicata simplicia, & complexa necessaria, vt, hominem esse animal, &c. at contingentia non cognoscit pro illo priori, quoadusque interueniat suæ volũtatis determinatio, in qua ea cognoscat. Opinio altera est Sancti Thomæ, 1. part. quæstione 14. articulo 13. & quæstione 77. & etiam quæstione 87. articulo 4. & de Verit. quæstione 2. articulo 12. & 1. Contra gentes, cap. 66. 67. & 68. & in 1. distinctione 38. quæstione 1. articulo. 5. quòd Deus cognoscit futura contingentia, propterea quòd ipsa, ab æterno, secundùm eorum esse actuale reale, sunt diuinæ æternitati præsentia. Thomistæ nostri temporis, in 1. part. quæstione 14. articulo 13. & quæstione 19. articulo 8. & quæstione 22. articulo 4. Scotũ, & S. Thomã simul hac in parte sequuntur. Tertia sententia asseritur in vniuersum à cæteris Theologis, imò & à sanctis Patribus, & est rectæ rationi ac veræ Theologiæ magnoperè consentanea, quòd in sua essentia, id est, in rationibus æternis idealibus, quæ nihil sunt aliud quã ipsamet diuina essentia, cũ ordine ad creaturas, cognoscit Deus omnia futura, licèt hunc tertium modum alij multipliciter subdiuidant. Et quidem harum opinionum primam, quæ est Scoti, refellunt optimè Ocham eius discipulus, in 1. distinct. 38. & ibidem Gregorius, quæst. 2. art. 2. & Gabr. quæst. vnic. ar. 2. conclu. 2. Anton. Cordub. lib. 1. Quæstion. quæst. 55. dub. 8. & præterhos, perplures alij tum recentiores, tum antiquiores, qui negant prædeterminationem ac prædispositionem Dei circa futura libera, de quo alias. Alteram sententiam, quę est Diui Thomę, non solùm prędallegati Doctores, verùm fermè omnes reijciunt: sed & ipsi Thomi-

Tres modi quib° Deus cognoscit futura.

1

2

3

Coexistentia rerũ in

A

B

C

ste

A ſtæ grè eam ruentur, non valentes intelligere præſentiam illam & coexiſtentiam veram & realem creaturarũ in æternitate. Eſt mirabile (ait magnus Thomiſta Sylu. in Conflato, quæſtione 14. artic. 16.) quòd Sanctus Thomas voluerit vno verbo talem opinionem fundare, quã quiſq; experitur ſe nõ poſſe imaginari vel intelligere, &c. Idem ferè Capr. & Heruæus, in 1. diſtinct. 38. & Caietanus, & alij nobiliſsimi Thomiſtæ. Propterea à in tertiam ſententiam manibus, pedibuſque (quod aiunt) nunc imus: eam habet ipſemet Sanctus Thomas, ibidem, quæſt. 14. artic. 13. vbi, præter coexiſtentiam illam rerum in æternitate, ponit modum alium, quo Deus certò cognoſcit futura,
B quia, inquit, habet in ſe rationes illorum. Hoc ipſum habet expreſsè D. Bonau. 1. diſt. 39. articu. 2. quæſt. 3. Ægid. Rom. diſtinct. 38. quæſt. 1. art. 2. in corp. circa fin. & q. 2. art. 1. & adhuc ipſe Scot. 1. diſt. 10. q. vnic. in vltimis verbis illius longiſsimæ quæſt. & Gregor. diſtinct. 38. q. 2. art. 2. & omnes. Et quidem licèt multùm inter ſe authores harum trium opinionum diſsidere videantur, ego in eorum ſententijs nullum video intercedere diſsidium: quod ingenijs non contentionis ſed veritatis cupidis, non poteſt nõ eſſe pergratum. His namq; tribus modis ſimul ſtat Deum futura cognoſcere; vt lector diligens perfacilè videbit. Porrò nos aſſerimus in noſtra 3. concluſ. quòd effectus illos conditionatos, de quibus fuit à nobis ſermo ſuſceptus,
C non quidem cognoſcit Deus iuxta 1. aut 2. opinionem: ſiquidem illi effectus nec ſunt prædeterminati à voluntate Dei, vt ſint: nec ſunt æternitati præſentes, quandoquidem nunquam futuri ſunt. At cognoſcit eos Deus iuxta modũ in 3. opinione præſcriptũ: quia. ſ. in ſua eſſentia cõtinetur & repræſentatur eorum conditionata veritas. Nam nulla eſt excogitabilis veritas, quæ in diuina eſſentia per æternas, infinitas & immenſas rationes non repræſentetur: ſed quòd prædicatione Chriſti erant Tyrij conuertendi, eſt quædã veritas, vt patet ex dictis, nã aſſerta fuit à prima veritate, Chriſto, ergo repræſentatur in diuina eſſentia. Et quidem hæc ratio, non dico topica, aut apparens,

æternitate difficillimè defenditur.

3. ſent. placet., quòd in rationibus æternis, &c. Deus cuncta cognoſcit.

sed demõstratiua, ac proinde irrefragabilis mihi videtur. A

IX. Quomodo Deus in rationibus æternis put præueniunt actum suæ volũtatis, cognoscat futura.

SEd ne inani studio iactare (quod dixit Poëta) totã hanc doctrinam de triplici modo cognoscendi futura, & illam de determinata veritate futurorum contingentiũ videamur, sciẽdum est, ex ea elici posse solutionem importunissimi argumenti: nã dicunt: Si ablata illa actuali rerũ existentia in æternitate; & rursus, præcisa determinatione voluntatis Dei, adhuc quæcunque veritas repræsentatur in diuina essentia, & cognoscitur ab intellectu diuino: iã ergo omnia futura contingentia, quæ omnia diximus esse determinatas quasdam veritates, repræsentabuntur in essentia diuina, priùs ordine rationis quàm diuina voluntas determinet de eorum productione: ac proinde diuinus B intellectus in illo priori, ea cognoscet. Et sic neutiquam futura contingentia à diuina voluntate dependebunt, sed velit nolit, ea debet repræsentare naturaliter & necessariò diuina essentia: quod quàm sit magnum incommodum, lippis (vt aiunt) & tonsoribus notum est: & adhuc notiùs erit infrà, paulò post 4. concl. §. 9. Et vid. solut. ad. 3.

Authores, qui tenent Deũ futura cognoscere ante decretum suæ volũtatis.

Sunt non infimæ classis Doctores, qui annuant his consequentijs: nam arbitrantur, in illo priori antequàm nos imaginemur, Deum per voluntatem decernere de productione creaturarum & futurorum, iam omnia distinctè repræsentari in diuina essentia, & consequenter pro illo priori ea Deum distinctè cognoscere. Ita habet Grego. in 1. distin. 38. quæst. 2. artic. 2. in hunc modum post multa dicens: Nihilominùs tamen non ideò Deus nouit sic futura, quia nouit se sic velle, aut determinationem suæ voluntatis, vt imaginatur præcedens opinio: quinimò si per impossibile Deus non esset volens, esset autem intelligens, sicut est, & futura essent futura, adhuc Deus propter excellentiam suæ intelligentiæ nosset quæcunque futura. Hæc Gregor. Præterea Gabriel, cum Ochant. sup. sic ait: Posito quòd diuina cognitione existente vt modò est, voluntas non esset causa effectiua, nec totalis nec partialis effectuum contingentium, adhuc esset notitia, qua sciret quæ pars contradictionis esset, fuit, & erit vera, quæ falsa.

A falsa. Ita ille. Rursus Antonius Cordub. libro 1. quæst. 55. dub. 8. in respons. ad primum argum. contra 3. opin. dicit, hoc esse fortissimum argumẽtum contra Scot. In 1. signo ante determinationem diuinæ voluntatis, hæc est vera & necessaria, Antichristus erit vel non erit, ergo altera eius pars in illo priori est vera, & sic cognita à Deo. Et demum in vltimis verbis illius dubij, ijsdem verbis loquitur, quibus Gabriel, & Gregorius, & pro eadem sent. citat Ioan. Med. Sanè in illo priori ante determinationem liberam diuinæ voluntatis, diuina essentia ob sui eminentissimã immensitatem repræsentat omne repræsentabile: & diuinus intellectus cognoscit omne verum, ergo hęc veritas (Antichristus erit) quę semper & pro quocunq; signo fuit veritas, vt vidimus, repræsentatur, & cognoscitur à Deo in illo priori. Confir. quia qui oppositũ dicũt, hoc debent subire dispendiũ, vt dicãt, in illo priori nõ ita perfectè Deũ cognoscere res, sicut pòst: & sic vmbrã aliquã variationis esse in scientia Dei. Quare Aegi. in 1. d. 38. q. 1. ar. 2. ad fin. corp. ideò ait, Deũ scire inuariabiliter, quia omnes rerum rationes in suo esse præhabet. In suo, inquit, esse, ac proinde antecedẽter ad liberũ decretũ voluntatis omnia præhabet, omnia scit, de quo Alex. 1. p. q. 23. mem. 3. art. 4. atq; adeò omnia quę sunt, fuerunt & erunt, & quę essent, si tales aut tales apponerentur causę: ac demùm omnia possibilia & imaginibilia, repręsentat. Et hac quidem nobiscũ procedit via Ludouicus Molina, in sua concordia, quęst. 14. artic. 13. disput. 48. pag. 311. & hac processissent Bonau. Durand. Aegid. Gregor. Gabr. Marsil. imò & S. Thomas, qui 1. parte, quæstione 14. articulo 13. futura per rationes æternas rerum, quas in se habet Deus, cognoscere dicit. Scio multis hanc doctrinam expositam esse calumnijs, quarum quasdam retundere satagam, postquàm quartam statuero conclusionem. Id principiò, attestans, non me adeò esse stolidum, vt sperem euelli à me posse eas omnes dubitationes, quæ ex dictis emergunt, nam & numero plurimæ sunt, & difficultatę longè difficillimæ, Sed in magnis voluisse sat est.

B

C

Prælegata sent. non displicet authori.

Quocirca si hac in parte quid effecero, iure certè laudandus ero: sin minùs, non ero sanè reprehendendus. A

X. *Alter modus cognoscendi futura conditionata.*

Quarta conclusio. Alter modus à præcedenti non ab similis, quo Deus futura illa cognoscit, assignatur ab aliquibus ex eo quòd diuinus intellectus, pro vt ordine rationis antecedit decretum voluntatis, scit certò ad quænam effecta se diuina voluntas determinare debeat, aut non debeat: & quæ effecta essent, si ad illa se diuina voluntas determinaret, & quæ media apponeret, quem modũ, quem ordinem, vt sic inuiolabiliter effecta sequerentur. Hoc autem cognoscit de sua voluntate in comprehensione suæ essentiæ, in suo iudicio, & rationibus æternis, per quas cognoscit quid sit melius velle aut permittere in omni occasione; & consequenter, scit voluntatẽ suam id esse volituram. At hic modus, vt ingenuè quod sentio dicam, mihi non satis probatur; relinquit enim nobis eandẽ quæstionem de ipsamet voluntate diuina, quomodò, scilicèt, de ipsa, cum omninò libera sit, cognoscatur, quid esset in tali occasione volitura, si nunc non intelligitur habere actuale decretum circa illud. Præsertim cum talis occasio vel conditio nullam habet connexionem aut ordinem ad talem voluntatem, nec ad eam mouendam aut inclinandam; verbi gratia, posita hac conditione quòd Abel diutiùs vixisset, vtrùm haberet pares vel impares filios, quomodò Deus scire poterit ad vtrùm horum se diuina voluntas determinare deberet: cũ illa conditio diuturnæ vitæ nullum dicat ordinem ad effectum habendi filios pares vel impares? B C

Refutatur.

Antequã voluntas Dei quidquã decernat, scit quæ debet decernere.

Sed dicunt authores huius quartæ conclusionis, quòd diuina voluntas non potest aliquid velle aut nolle, nisi secundùm quòd dirigitur, & quasi ducitur rationibus æternis suæ infinitæ sapientiæ. Ac proinde in illis & per illas, etiam vt antecedunt ordine rationis actum diuinæ voluntatis & rerum executionem, apparet, quòd possit Deus scire quæcunque per voluntatem determinaturus est, vt sint vel non sint, vel vt essent si tales apponerentur conditiones. Cùm enim ante omnem actum diuinæ voluntatis,

A tis, diuinus intellectus in sua essentia, omnia entia, præterita, præsentia, futura, possibilia & conditionata, & eorũ modos & conditiones certò, determinatè & distinctè cognoscat: fit quòd priusquàm, nostro rudi modo loquendi, Deus per voluntatem se applicet ad volendum quòd sint isti, aut illi effectus, potiùs quàm alij: iam per intellectum cognouit, ad quosnam & quales effectus voluntas se determinare debeat, aut deberet, si tales apponerentur conditiones.

Hęc imprimis sententia vnum astruit longè certissimũ ac verissimũ. Nã probari mihi minimè potest, quod Molina, in sua Concordia, circa art. 13. 1. p. q. 14. disput. 50. pag. B 331. asseuerat, Deum de voluntate sua præscire non posse quidnam sit volitura priusquã actu illud velit. De nostris quidem voluntatibus potest, ait ille, propter supercomprehensionem quandam, qua Deus volũtates creatas nõ tantùm comprehendit, sed etiam superexcedit & supercõprehendit: volũtatem verò propriã licèt cõprehendat, non tamen excedẽdo, sed adæquãdo tantùm; atque adeò inquit hæc futura, priusquam sint, nõ poterit de tali diuina voluntate cognoscere. Hoc itaque probari nobis non debet, nam vt præteream, quòd non est certus ac solidus modus cognoscendi hæc conditionata per comprehensionem causarum, de quo in 6. conclusione: sanè tã perfectè comprehendit Deus suam voluntatem sicut creatam, C nam quòd nostram excedat, impertinens est, postquàm suam comprehendit. Et item quia pro illo priori est quædam propositio, & est vera, & scibilis & cognoscibilis ex se, quòd diuina voluntas se debet aut deberet determinare ad talem partem contradictionis, si talis aut talis conditio intercederet, vt latissimè probatum est in prima conclusione, ergo per diuinam cognitionem, lumen, & scientiam non stabit quin id cognoscat. Id itaque cognoscit iuxta modos traditos in 2. & 3. conclusione.

Contra Ludouicum Molinam.

Alterum quod habet hic dicendi modus, insufficientię penitùs conuincitur. Insufficiẽtia verò in eo maximè sita esse videtur, quod licèt Deus in illo priori probè sciat, ad

quæ effecta se debeat determinare diuina voluntas: tamen non ostenditur quomodò id sciat, nisi ad duos modos primæ & secundæ conclusionis recurramus. Nã dicere quòd diuina voluntas semper se determinat ad id quod est melius & præstantius, est apertè eam ad vnum cogere, & ei libertatem eripere, de quo aliàs, 3. part. quæst. 1. artc. 1. & 2. Rursus, hic modus dicendi non explicat qualiter cognoscat Deus peccata conditionalia, verbi gratia, si Abel haberet filios, illi essent periuri; nam non cognoscit nec cognoscere potest diuinus intellectus, quòd diuina volũtas deberet determinare illa periuria. Vbi ergo & quomodò illa periuria filiorum Abel, posita conditione existentiæ Abelis, Deus cognoscere potest? Sed ad pleniorem tertię conclusionis elucidationem, quæ sequuntur attende. A B

XI. Argumenta difficillima.

VTinam à quo sequentium dubitationum explanationem ego discere possem, adesset: ne ego me præcipitem ad eas exhauriendas iactarem. Verùm quoniam, cæteris audientibus & tacentibus, meum est hodie dicere, dicam: & dicam breuiùs, quam res tãta dici possit. Enascitur itaque ex præcedentibus dubium multiplex. Primùm, nam rationes illæ ęternæ & ideales, secundùm quòd præueniunt, nostro modo intelligendi, actum diuinæ voluntatis, non plus habent repræsentare res has quàm illas diuino intellectui: imò cum repræsentent quàmplurimas & infinitas res possibiles, intelligendas per scientiam simplicis intelligentiæ, videtur quòd quoadusque diuina voluntas eligat has præ illis, non possit in diuina essentia repręsentari quidnam futurũ est, aut quid futurum esset, &c. C

1. quia ante decretũ volũtatis, non habet essentia repræsentare futura.

2. argu. ad idem.

Implicatur ampliùs nodus iste, quia tota diuersitas repræsentationis diuinæ essentiæ, quæ quasdam res repræsentat vt futuras, quasdam vt possibiles, quasdam cõditionatas, &c. ex decreto & electione voluntatis ortum videtur habere, ergo ante hoc decretum, neque essentia repræsentare, neque intellectus dignoscere illam diuersitatem potest. Adhuc premitur difficultas. Si ante decretum voluntatis, essentia diuina repræsentat res omnes, etiam futuras, contingentes & liberas: iam sequitur quòd natu-

3. quia iam essentia necessariò om

raliter

A raliter & necessariò eas repræsentet, non liberè. Quod si concesseris, iam sequitur quòd quilibet beatorum, quem nihil fugit eorum, quę in Deo sunt necessariò & naturaliter, non possit non videre omnes creaturas in Deo repręsentatas. Rursus sequitur, quòd creaturę non dependeant ex libera diuinę voluntatis electione: nec posset Deus alia facere quàm facit: & demum tollitur omnis prouidentia circa creaturas, cùm creaturę ipsæ non liberè, sed omninò necessariò esse debeant: quandoquidem non liberè sed necessariò, repræsentãtur vt futuræ cum omnibus suis modis conditionibus & accidentibus in diuina essentia. Quartam adiungimus argumentationem: quia ideæ, seu ratio- *4. arg. quia*
B nes ideales nihil sunt aliud in Deo quàm ratio earum re- *non sunt*
rum, quas Deus non solùm cognoscere, sed & operari de- *Ideæ nisi*
bet, vt Plato, Sene. Diony. Augustin. D. Thom. & omnes *rei futuræ.*
tradunt. Ergo rerũ, quas Deus operaturus non est, ideam propriè habere non potest, & sic conditionatorum illorum euentuum, quos producere nunquam debet, ideam habere non potest Deus, & sic nec illos cognoscere.

nia repræsentaret.

IN horum dubiorum resolutionem, qui firmam aliquam doctrinam afferre potuerit, me volente & gratulante faciet. Quandiù autem qui hoc præstare possit, deest, adnitar ego in eorum explicationem aliquid infantium more balbutire. Porrò nihil diffiniendo, sed totum dubitãdo & ratiocinando dicam: exactiorem horum elucidationem re-
C mittẽs ad ea, quæ inferiùs in solutione tertij dicturus sum. Interim dicam & repetam quod in prima editione iã olim dixi; quodq́, non omnino visum est improbabile ei, qui totam hanc ferè doctrinam, in suam primam partem traduxit, & suis studijs furtiuè, vt solet, sed diligenter incorporauit.

XII. *Solutio horũ argum.*

Ad primum dici potest, non esse incommodum, imò conuenientissimum esse, quòd imaginemur nos, priùsquàm diuina voluntas se determinet, iam diuinum intellectum exactè cognouisse, ad quosnam effectus se debeat determinare voluntas: atq; adeò quanuis, donec accedat voluntas, non habeant illa contingentia stabilitatem ali-

Ad. 1.

Author respondet non

diffinitiõ do, sed dubitan do.

quam, vt sint: habent tamẽ vt cognoscantur stabiliter in rationibus æternis, in quibus lucet quæcunq; veritas, ante omnem actum voluntatis. Rursus, diuina scientia ac notitia, perfectissima & vniuersalissima est, ante omnẽ actum diuinæ volũtatis: non esset autẽ ita perfecta, si ante actum voluntatis non cognosceret aliquid, quod post illum cognosceret. A

Ad secũdũ. à diuina voluntate oritur tota diuersitas creaturarum, nõ verò earũ cognitio.

Ad secundum respondetur, quòd licèt à voluntate diuina desumatur realis illa creaturarũ diuersitas, ipsa enim voluntas est, cuius causa res quædam erunt, & quædam non erunt, & quædam essent, &c. tamen cognitio huius diuersitatis non desumitur à voluntate, sed ab eo quod antecedenter ad voluntatem iam tota illa rerum diuersitas repræsentatur in diuina essentia. Idem, ad tertium dicimus, aliud est repræsentare, aliud esse: & quidem quòd sint creaturæ, à diuina voluntate habent, ac proinde liberè sunt. Quòd verò repræsententur, non habent à voluntate, sed ab immensa & infinita diuinæ essentiæ capacitate, quæ, prout præintelligitur voluntati, præhabet in se omne illud, quod per totam æternitatem debet rationis entis esse particeps. B

Ad. 3.

Quia tamen illa nos argumentatio vehemẽter premit, quia exposita sententia sequitur, quòd ante diuinæ voluntatis decretum, aliqua sint, quæ necessariò in Deo repręsententur, quod permagnum videtur incommodum: idcircò dicendum videtur, hocq; in hac secunda editione meditabar, hanc non esse necessitatem absolutam, sed tantùm conditionatam, & ex suppositione futurę determinationis causę liberę quę se liberè erat ad talem effectum determinatura. Aut dico quod olim dicebam, non omnino esse necessariam hanc repręsentationem, eò quòd dependet à diuina voluntate. Itaq; quanuis voluntas diuina quodãmodò pręsupponat in essentia diuina illas veritates contingentes, iam pręexistentes ac relucentes in illa: non tamen necessariò & naturaliter relucentes: quandoquidem per ordinem ad diuinam voluntatem, quæ illarum existentias decernere debet, habet, diuina essentia illas repræsentare. C

An effectus liberi & cõtingẽtes repræsentẽtur

A tare. Certè diuina prouidentia ac prædestinatio non ita sunt actus diuini intellectus, quanuis formaliter sint actus eius, quin adiunctum habeant actum voluntatis complentis & perficientis (liceat nobis sic, more nostro, effari diuina mysteria) ipsam prouidẽtiam. Neque idea perfectam rationem habet ideæ, quæ ad intellectum pertinet, nisi quatenùs importat decretum diuinæ voluntatis. Quocircà dici probabiliter potest, eatenùs diuinas ideas repræsentare contingentia & omnes creaturas, quatenus ipsę ideę nihil aliud sunt quàm ipsamet diuina essentia, vt imitabilis à creaturis, ex dispositione diuinę voluntatis. Itaque nunquam sine ordine ad voluntatem diuinam, repręsentatur

B existentia alicuius creaturæ in Deo. Et ideò si absolutè loquamur, nihil futurum relucet in Deo naturaliter & necessariò, &c. de quo in solutione tertij argumenti sermo iterum habendus mihi est. Verùm hæc inuolucra radicitùs enodare, cùm mihi non est facile, tùm (quod gaudeo) non est necessarium: siquidem non de cognitione futurorum & liberorum effectuum, sed de conditionatis illis fuit à me sermo susceptus. Et quidem hæc quę dixi, quãtumuis cæteris satisfacerent omnibus, mihi vt verum fatear, minimè satisfaciunt Sed quãdo exactius nihil occurrit, ne nihil dicam, hoc dicere necessum fuit. Ego enim id solum firmũ reddere conatus sum, quòd Deus contingentia illa conditionata certò ac determinatè cognoscat. Modum ve-

C rò inquirere & deprehendere, quòd Deus illa cognoscat, ego non solùm non promisi, verùm dicere me non posse, testatus sum.

in Deo liberè, an naturaliter.

Quòd rationes ideales nõ repræsentant futura nisi per ordinem ad voluntatẽ Dei.

Ad primam cõfirmationem nego, beatos videre in verbo omnes veritates, quãtumuis naturaliter repręsentarentur in illo: est enim intellectus beatorum finitus: lumen gloriæ, quo vident, finitum. Et ideò mirum esse non debet, quòd ipsos aliquid lateat de obiecto infinito. Attributa autem Dei illos latere non possunt, propterea quôd sunt formaliter in obiecto, & quiditatiuè & formalissimè sunt ipsum obiectum. At intellectum ipsius Dei, qui infinitus est, & per infinitum lumen intuetur, nihil prętcrit de his,

Beati nõ vident omnia in Deo, &c.

quæ in diuina essentia quomodocunque repræsentantur. A
Proinde respectu ipsius diuini intellectus, essentia tota & totaliter se expandit: & ideò etiam prout antecedit ordine rationis actum volũtatis, videt Deus in se ipso omnes creaturas, siue futuras siue possibiles siue conditionatas, quanuis non independenter à voluntate, sed cum ordine ad illam, vt vidimus. Ad aliud, ex nuper dictis negamus omnia quæ inferuntur ex nostra doctrina. Negamus, inquàm, quòd rectè inferantur, vt quàm diligenter potui, licèt non quàm sufficienter res exigebat, nunc explicabam in solut. ad. 3. Tandem ad vltimum (vt vel vnum argumentum exactè confutemus) dicimus cum Diuo Thoma. 1. p. q. 15. art. 3. rerum possibilium nunquam futurarum ideam practicam, B
& vsquequaque completam & exemplarem, seu imitabilem, Deum non habere, quoniam illæ nunquam sunt producendæ; habet tamen ideam speculatiuam, quæ est ipsi Deo ratio cognoscendi illa possibilia & conditionata.

XIII. 3. Modus quo Deus illa conditionata cognoscit.

QVinta conclusio: Præter modos superiùs constitutos & explicatos, alter assignari solet, quo Deus certò cognoscere potest illos euentus, videlicèt, in libera prædeterminatione suæ voluntatis. Quod vt intelligas; reduc in memoriam eam doctrinam, quam Thomistæ nostri temporis tã mordicùs tenẽt, Scoto potiùs aduersario suo, quã proprio agonothetæ D. Thomæ adhærentes: ꝙ Deus ante præuisionem vsus liberi nostri arbitrij, & ante determinationem causarum inferiorum, iam prædeterminauit efficaciter & in particulari omnem rerum omnium numerum, etiam actuum liberorum, cum omnibus modis & circunstantijs, cum quibus res ipsæ in individuo aliquando futuræ sunt. Et ex vi illius prædeterminationis, habent infallibiliter res omnes esse ac fieri, cum omnibus illis conditionibus, cum quibus prędeterminatę sunt. Et in hac sua determinatione cognoscit Deus omnia futura, quę est doctrina Scoti 1. distin. 39. quam optimè explicat Cordub. lib. 1. quæst. 55. dub. 8. in 3. opin. Iam itaque in hac sententia clarescit modus, quo Deus certò cognoscat conditionata illa libera: nam cognoscit ea in prædeterminatione C

A suę voluntatis. Quanuis enim Deus non prędeterminauerit illa vt sint, at prędeterminauit vt essent, si tales apponerẽtur causę. Profectò si Adam non peccasset, non dubium est his authoribus, quin iam decretum ac determinatum penes se Deus habuisset ab ęterno, quidnam dispositurus esset circa incarnationem Verbi diuini. Et quis neget Deum, quid tunc foret, perfectissimè scire? Et vbinam id sciret, nisi in prædiffinitione suæ voluntatis; qua destinatum penes se habet, quid tunc fieret, si tales apponerentur conditiones? Quare dicunt, Deum (iuxta humanum captum & rudem nostræ intelligentiæ modum) hoc ordine ab initio suæ æternitatis processisse: Ego diffinio ac de-

B termino, quòd si talis apponeretur conditio, sequeretur talis effectus: & quòd si hoc fuerit, illud erit: & illud, si illud: sin aliter, erit illud aliud. Et sic infinitas rerum possibilium combinationes non futuras, possibiles tamen & conditionatas, Deus notitia illa sua planè perfectissima & simplici intelligentia comprehendit. Addunt; nobis quidem, quorum intelligentia angustis finitur limitibus, modum hunc penetrare, negotium est longè difficillimum & operosum: si tamen in immensam diuinę cognitionis & prędiffinitionis capacitatem oculos coniecerimus, videbimus, ex eo quòd prędiffinitio ac notitia illa Dei omnibus modis infinita est, circumquaq; ambire ac cõprehendere omnẽ ordinẽ & proportionẽ, inter

C quascunque creaturas reperibilẽ. Et quis dubitet, illũ versum Psal. 80. huic sententię nõ leues adhibere suppetias? versus sic habet: Si populus meus audisset me; Israel si in vijs meis ambulasset: Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem. Ecce cõditionatũ Dei decretũ. Conditionatũ voco decretum, quia vel decretum penes se Deus habet, quid tunc esset (quod magis videtur hoc versu significari) vel ipse scit quid tunc temporis decerneret. Duplex namque hic prædeterminandi modus, hac conclusione indicatur, sed prior magis intenditur. Quòd verò Dauid vtatur voce, *forsitan*, nullus scrupus est, in quo impingere iure possit lector. Ex dictis superiùs complanata hæc sunt. Legatur

Mod⁹, quo Deus prædeterminauit cõditionata illa.

Psal. 80.

Duplex modus determinationis conditionatæ.

tur quoque Genebrardus ibi.

Refutatur hæc cõditionata rerũ prædeterminatio.

Nihilosecius hic cognoscendi modus, si absolutè, si per se, si generaliter loquamur, tamersi aliquando rectè se habeat, vt in versu illo Psalmi. 80. eliminandus & reijciẽdus videtur, nam & modus ille sic prædiffiniendi minimè videtur necessarius. Primò quidem quia cum talis prædiffinitio conditionata nihil conferat ad rerũ gubernationem, nihil ad dispositionem circa res agendas: nihil ad prouidentiam, &c. sine causa videtur conficta. Secundò, quia talis prędiffinitio, de genere actuum liberorum Dei esse videtur: nam necessarios non admittit vera Theologia in Deo circa rerũ humanarum dispositionem, nisi fortasis simplicé quandam complacentiam de illis vt possibilibus; quatenus sub hac ratione connexionem habent cum sua omnipotentia aut bonitate. Potuit ergo talis actus prædiffinitionis in Deo non esse. Tunc verò vbi & quomodò cognosceret prædictas veritates conditionatas? Nam quòd ea cognosceret, non est ambigendum, cum adhuc illæ, veritates sint, cognoscibiles sint, vt probatum est in. 1. conclu.

Primò.

Secundò

Tertiò.

Adde, ante talem prædiffinitionem chimæricam, sed disputandi gratia acceptatam, adhuc pro illo priori illas enunciationes conditionales statam & firmam habere veritatem, cùm contradictio in illis reperiatur, & ita impossibile sit, alterã partem nõ esse veram. Sicut ergo, ob hãc causam, cognoscit Deus absolutè futura, priùs ratione quàm ea absolutè determinet, vt visum est: sic & cognoscet illa conditionatim futura, ante talem fictitiam prædeterminationem.

Quartò. Peccatum nec absolutè nec conditionatim, nec pro materiali determinantur à Deo.

Quartò, conditionata, quæ inuoluunt peccatum, quo modo in hac sententia cadent sub diuina cognitione? v. g. si mihi hìc & nunc talis tentatio occurreret, consentirem: Si Abel haberet filios, illi essent mendaces; nunquid Deus tale conditionatum peccatum ac mendacium determinare & præfinire potest? qualiter ergo in suæ decreto voluntatis dignoscere potest, me tentationi cessurum; & illos, si essent, futuros mendaces ac impostores? Profectò, cum sancti inquirunt, cur Deus creauit Luciferum & Adamum, quos

A quos præsciebat casuros (à qua se quęstione vix satis expediunt) potiùs percontarentur, nam magis difficile ac molestum hoc est, cur Deus suo decreto determinare deberet vt illi caderent in peccatũ?

Quintò. Demum qua ratione impium ac stultũ est dicere, quòd Deus prædeterminet actum peccati, etiam quoad eius materialem entitatem; sic verum esse haud potest, quòd determinet actũ peccatui, quod futurũ esset. Et quomodò tandẽ Thelogi doctiores, qui negant vniuersim prædiffinitiones & prædeterminationes Dei circa humanos actus liberos, tanquam libertati hominum aduersantes, admittent has conditionatas præfinitiones, de quibus desserit hæc conclusio. 5?

B Neque verò vltima hæc huius sententiæ confutatio vltimo tibi loco ponenda est; quia scilicèt authores huius conclusionis admittere debent non tantùm infinitas quasdam inutiles & prorsus superuacaneas Dei determinationes, sed etiam stultas, absonas, & ab omni ratione & recto iudicio dissentaneas; quantò magis à diuino. Exempli causa, si ego modò festucam mouerem, Deum iam decretum penes se habere, quid tunc Papa Romæ faceret; quid qui dormiunt, somniarent; quot verba eo die Grammaticus loqueretur: pares ue aut impares passus Sortes incederet, &c. Ecquid tale decernendi & prouidendi commẽtum Theologus in sapientissimo rerum gubernatore, Deo scilicèt, constituendum censebit? Iam enim sermo à nobis susceptus est, de his conditionatis chimæricis, quæ nimirum nullam connexionem secum aut ordinem vicissim habent: nisi tantùm simplicem quãdam quasi fortuitam & causalem coniũctionem; ratione cuius verè aut falsò enunciatur quęcunq; imaginabilis propositio. v. g. si ego nunc dormirem (qui tamen peruirgil ad multam noctem has lucubrationes concinno) Rex fricaret barbam: Si ego hanc papyri faciem mille literis pingerem, statim Papa Romæ rideret; si Abel vixisset quingẽros annos, eius filiæ essent fusci cãdidiue coloris, &c. Persuadere itaq; nemo mihi poterit, has aliasque similes veritates Deũ cõditionatim prouidisse ac præ-

Vltima confutatio prædictæ sentẽtiæ notãda.

præfiniſſe. Tametſi eas probè norit, & an ſic, vel ſic futuræ A
eſſent, rectè ſciat. Nam quòd ea noſcat & ſciat, negari non poteſt, vt in.1.conclu.viſum eſt: quòd vero ea prędeliberet ac decernat, credi nequaquam poteſt, vt in his probationi bus perſpicuè oſtenſum eſt. Legenda adhuc tibi eſt infrà ſolutio quarti argumenti. Pro certo quoque ten ēdum, plu rima Deum pręſcire ac noſſe, quæ tamen minimè prædeter minat, vt liquidò conſtat, & habet D. Dam. quem allegat & ſequitur, D. Thom. multis in locis.

XIIII. *Alter modus quo Deꝰ illa cō ditionata ſcit.*

SExta concluſio: Supereſt & alius modus, quo Deus il- la conditionata certò ſciat: nimirùm in natura & inge- nio & inclinationibus cauſarū liberarum, & in proportio- ne & efficacia illorum obiectorū, circa cauſas illas liberas: B
Seu (quod idem eſt) in perfecta comprehenſione volun- tatis creatæ, cum omnibus, quæ illam vel ad volendum in- ducere, vel à volendo reuocare poſſunt. Hoc facilè ſibi perſuadebunt nonnulli Theologi, cum Durando, 1.d. 38. q. 3. quorum conſtans ſententia eſt, quòd nullum actum liberum voluntatis creatæ cognoſcit Deus in prædiffini- tione ſuæ diuinæ voluntatis: eò quòd diuina voluntas, di- cunt illi, nullum prædeterminat ac prędiffinit, ſaltim in particulari, quoad omnes eius circunſtantias, ante præui- ſionem concurſus voluntatis creatæ, ſe ipſam liberè appli cantis & determinantis ad eliciendum talem actum. Di- cent itaq; iſti authores, Deum non in determinatione ſuæ C
voluntatis, ſed potiùs in cauſis creatis cognoſcere illa con ditionata. Pro qua ſententia allegatur quoq; in teſtem S. Thomas, 1. Contra gent. c.67. ratione 3. & id ferè habent Decanus Louan. ar.7. contra Lutherum, & Driedo, quem citat; & aſtipulari videtur D. Aug. lib. de Anima & eius Orig. c.7. & id ipſum docent plures alij, cum dicunt, auxi lium Dei efficax illud eſſe, quod Deus præuidet ita accom modatum huic voluntati humanæ, hîc & nunc, conſyde- rato illius hominis ingenio, inclinatione, affectione, & alijs circunſtantijs; vt illo poſito, effectus infallibili- ter ſit futurus. Sanè qui ſcit naturam ignis, ſcit etiam quòd ſi ſtuppa ei applicaretur, combureret eam; nimirùm

quia

A quia effectus combustionis habet necessariam habitudinem cum positione illius cõditionis. Similiter probè Deus norat naturam, propensionem & ingenium hominum Tyri & Sydonis: & vnà sciebat quanta esset vis & efficacia eius prædicationis & miraculorum, quæ apud illos gerenda erant. Rursus cognoscebat, quanta futura esset vis illius motionis, qua ad effectum conuersionis excitaturus illos erat Deus. Sciebat tandem plurimas alias circũstantias & conditiones, quæ concurrere tunc temporis debebant, tam ex parte temporis, quàm loci & ingenij illorum hominum: atque adeò, cum homines semper operentur conformiter ad eas causas & obiecta & ingenia &
B circustantias, quæ enumerauimus, & illis omnibus concurrentibus non stet quin homines conformiter ad illa operentur, idcircò sciebat Deus, illis positis, futurã etiam infallibiliter conuersionem illorum.

Quòd in causis quæ concurrẽt tã ex parte illorum hominũ, quã ex parte Dei, & ex parte rei ipsi', cert òvideri potest effect'.

Quòd si contendas, hanc cognitionem suapte natura non fore certam, sed coniecturalem, & cum formidine ad oppositum. Respondetur, certissimam & infallibilissimam esse. propterea quòd concurrentibus omnibus illis conditionibus, quas Deus sciebat debere in illo casu concurrere, non stat quin sequeretur effectus: licèt sequeretur liberè, & licèt nulla facta fuisset efficax determinatio physica talis effectus. Nam sunt qui respectu eorum euentuum contingentium, qui re ipsa futuri sunt, nullam po-
C nant in Deo determinationem physicam, sed moralem. Hæc verò moralis reducitur ad dispositionem illam, qua Deus disponit & ordinat potentias simul, & obiecta, inclinando suauiter voluntatem, & offerendo auxilia & proponendo obiecta & apparando circustantias, &c. taliter quòd non stet, quin sequatur effectus quem Deus intendit: licèt voluntatem hominis ad illum effectum in particulari Deus physicè non premoueat ac prædeterminet.

Equidem, vt candidè, quod animo sentio, ore pronunciem, dico, hunc dicendi modũ, licèt probabilis sit quoad illa conditionata, quæ habent connexionem & illationem vnius ad alterum: qualia sunt illa, de quibus in hac conclu-

Refutatur prædictus modus.

sione

sione sermo susciputur: tamen quoad alia, quæ non habẽt A
vim illationis aut consequentiæ, sed solam simplicem nudæ veritatis enuntiationem, vt, Si Abel haberet filios, illi essent pares; Si ego nunc loquerer, Papa comederet, &c. de quibus potissimè hæc est à nobis instituta disputatio: prædictus modus habere locum minimè potest, vt liquidò cõstat. Sed neque quoad cõditionata illatiua nobis vnquã satis placuit; quia non solùm D. Thomæ aduersatur, & bonæ Theologorum parti: sed etiam rationi, quæ talis potest ex alijs conflari materijs. Voluntas humana, positis omnibus ad agendum requisitis, potest adhuc agere & non agere, & ad vtrũque habet virtutem; ergo in virtute talis causæ, & in ingenio, affectione & propensione talis voluntatis humanæ, & cognitis etiam alijs, quæ illam possunt indu B
Non potest effectus cognosci certò in causa indifferẽti. cere & mouere ad actum, non potest certò & determinatè talis actus dignosci; non quidem propter defectum diuinæ cognitionis, sed cognoscibilitatis rei. Etenim causa vel adhuc non magis propendet in vnam quàm in alteram contradictionis partem; vel, si propendet, nam hoc non videtur posse negari, sanè non ita, quin indifferens adhuc ad oppositam partem maneat; saltem contingens & potens etiam moraliter ad oppositam. Quomodò ergò in tali voluntate indifferenti, contingenti, & in aduersam partem flecti potenti, poterit stata ac solida haberi rerum futurarũ cognitio? Planè scientia & cognitio non potest maiorem habere certitudinem, & firmitatem quàm sit obiecti certi C
tudo. Si itaque obiectum ipsum non est in sua causa, *id est*, in voluntate, ingenio, & alijs cáusis liberis determinatum & certum, iam certò & determinatè cognosci nõ potest.

Hæc postquàm pro tenui nostro calamo, leuiter explicauimus, ad vltimam quæstionis propositæ partẽ manum expedit admouere; vbi ingens argumentorum sylua peragranda & cõplananda nobis est. Quod si fecerimus, egregiam planè laudem & spolia ampla referemus, & suscepti impensíque laboris haud poterit aliquando pœnitere.

VLTI-

A

Vltima Quæstionis pars, qua satisdatur argumentis.

VX. *Ad. 1. differitur de cõditionalib. multum.*

AD argumenta itaque reliquum est respondere, quæ nõ modicum nobis negotium, vt existimo, debent facessere. A primo ergo initium dicendi facturi fæliciter, dicimus, è studijs ac laboribus Summulisticis vsuras nobis rursus exigendas esse. Etenim prędictæ propositiones conditionales affirmari solent non in vi illationis ex virtute antecedẽtis, sed per modum simplicis enuntiationis, & affirmationis vnius de alio, sub tali conditione concepto. Itaq; cum dico, Si Petrus hodie viueret, curreret, non aio, Petrum esse talis virtutis & ingenij, vt necessariò id esset facturus: sed solùm affirmo, quòd talis cursus esset coniũgendus cum Petro, si viueret. Vnde viri docti & cordati non statim auersantur has loquutiones; sed vel ambigui sunt, vel suspendunt iudicium, quia vident rem sibi esse incertã, vel illi parti adhærescunt, quæ pluribus nititur coniecturis. Quãquã autẽ videant se harũ luquutionum veritatem reconditam non posse penetrare, ob defectum propriæ cognitionis; at rectè norunt, latere sub illis ueritatẽ; ac proinde eam diuinæ notitię nõ abscondi. Hoc planè magnã mihi vim semper intulit, ꝙ quidquid mente concipitur, potest enunciari: cum ergo vnusquisq; sua possit mente cõcipere, Si Abel vixisset diutiùs, haberet pares filios; sanè hoc poterit proferre; & ꝙ verũ aut falsum proferat, inficias ire nullus iure potest: vtrũ aũt protulerit, Deus scit. Certè hæ propositiones nõ sunt indeterminatæ & quasi suspensæ, quoad veritatem vel falsitatẽ, sed alterutram qualitatem harum in se habent.

B

C

Nota.

Quocirca repuerascere vir Theologus interdũ nõ erubescat, & ad summularũ ludũ ac tyrociniũ tantisper rediẽs, legat Mag. Soto, lib. 3. summul. c. 8. lect. 1. nota. 2. & lect. 3. nota. 1. vbi multa distinguit propositionum conditionalium genera, quarum quasdam vocat illatiuas, quasdam promissiuas, &c. Et quidem quãuis eas omnes nobis exa-

minari, neq; liceat neq; referat; & ego, nisi ea, quæ differe- A
re plurimùm refert, iam penes me in hoc (quidquid libel
li est) constitutissimum habeam non disputare; vt vel sic
ad vmbilicum quàm ocyùs perueniamus: aio tamen non,
esse vsquequaque verum quòd omnis propositio conditio
nalis vera est necessaria. Sunt enim quædam conditiona-
les illatiuæ, vt, Si Petr⁹ currit, mouetur: Si disputat, loqui-
tur. Et quidem istæ necessariæ sunt propter necessariam
habitudinem antecedentis ad consequens: nam in eis non
potest poni antecedens, quin ex vi ipsius sequatur conse-
quens. Aliæ sunt veræ quidem, sed contingentes, quales
sunt promissiuæ, vt, Si viceris dabo tibi librū, &c. ad quas
reducuntur innumeræ aliæ, vt, Si essem Romæ, obtine- B
rem beneficium: Si Rex pugnasset, vinceret: Si Christus
prædicaret Tyrijs, illi conuerterentur: Si Dauid mansisset
apud Ceilam, traderetur Sauli. Et quidem istæ non sunt ne
cessariæ, siquidem ex vi conditionum illarum siue ante-
dentium, non habebat sequi consequens: & esse posset, vt
posito antecedenti non poneretur consequens. At nihilo
seciùs fieri potest, vt verę sint istæ propositiones, si de fa-
cto ita esse debet, vt posita conditione ponatur illud aliud.
Quia tamen an ita de facto futurum sit, nos ignoramus;
ideò ignari etiam sumus, an veræ sint: nam cum non sit ne
cessaria habitudo antecedentis ad consequens, non poterit
nobis alicūde innotescere, an ita sit quòd posita cōditione C
ponatur consequens, & sic nec an illę propositiones veræ
sint. At Deum vt latere potest hęc veritas? Rectè Soto lo-
co citato, sic ait: Sequitur secundò, multas esse conditio-
nales promissiuas, de quarū veritate aut falsitate nobis nō
constat: sed solus Deus scit verę ne sint an falsæ. Verbi gra
tia, solus Deus scit, An si tu viciſſes, ego dedissem tibi li-
brum. Ita habet lect. 3. Et mox, in sol. 1. argumē. Sed tamen
melius est dicere, quòd solus Deus potest scire, an sit vera
vel falsa: nam ipse scit, an si tu impleſſes conditionem, ego
impleſſem promissum. Scit ergo Deus certò ac determina
tè, si Christus prædicaret Tyrijs, illos conuertendos.

Non omnis cōditionalis vera est necessaria.

Mag. Soto etiā tenet nostram sentēt am.

Ad. 1. confirm. nō.

Ad. 1. Confirm. dico, si in ea petatur ratio ex parte Dei

cur

A cur potius cognoscit ex duobus contradictorijs vnum esse futurum quàm aliud: respondeo, id ea de causa cognoscere, quia re vera ipsum obiectum debet vel deberet in se ad vnam tantum partem vergere. Hæc nãq; Dei scientia media seu conditionata, sicut & scientia visionis, præsupponit rerum, quas cognoscit, veritates inse ipsis iam determinatas. Si verò ex parte obiecti petatur ratio, cur hoc potiùs quàm illud sit aut esset futurum? Dico, rationem huius esse, ipsam voluntatẽ vel libertatem hominis, qui sponte sua se in vnã verteret partẽ. Nec importunus percõtator vlterius poterit interrogando procedere. Non enim petet, cur potiùs se vertet in hanc quàm in illam, cùm de voB. luntate libera id iure quæri non possit. Quinimò, vt tandem percontari desinant in hac parte, dico, omnes has ferè interrogationes fieri posse de futuris contingentibus absolutis, vt constat. Quæ ergo solutio harum quæstionum fuerit, eadem erit & illarum.

Ad 2. Dico, nihil referre quòd subiectum talium conditionalium non supponat absolutè nam supponit conditionatim, iuxta exigentiam copulæ & prędicati, si tamen subiectũ & prædicatũ propriè in his hypotheticis admittamus. Itaq; cum dico, Si Abel genuisset filios, illi essent pares; generatio Abelis supponit conditionatè, & hoc sufficit. Sic in propositionibus, quæ dicũtur abstrahere à tem*Quomodò supponat subiectum harum.*

C pore, non oportet vt subiectum supponat pro re quæ aliquando est, fuit aut erit; sed tantùm secundùm esse essentiæ aut esse possibile, prout scilicèt per eas significatur. Sic in proposito.

Ad 3. confirm. respondeo, iam satis superq; ostensum esse in rationibus primæ conclusionis, prædictas propositiones esse veras, esse scibiles. Quarè plurimum derogaretur infinitæ scientiæ Dei, & eius perspicacissimo intellectui, ipsiusq; lumini clarissimo si id quod in se est scibile, nõ suo illo vnico & perfectissimo intuitu collustraret & circunquaque dignosceret. Nec huic doctrinæ officit, quòd, ea quæ in se sunt impossibilia, facere nequeat.

Ad secundum argumentum, quid noui dicam, non habeo.

beo. At non minùs, dictum dicere, quàm actũ agere, veteri A
parœmia phibemur. Nihilominùs nisi in forma scholastica
ijs satisfaciamus, nostro desumus officio. Dico igitur, ita
Vbisit veritas hæc cõditionata. esse, nihil scilicèt esse scibile, nisi ens. At euẽtus illi cõditio
nati nõ sũt omninò rationis entis expertes. Vnde nos haud
dicimus, Deũ eos cognoscere vt habẽtes habituros ve esse
determinatum & productum, sed tãtùm eo modo, quo ha
bent esse: habent autem esse posibile ac conditionatum.
Cũ verò petitur, vbi nam hę veritates sint? Respõdeo, vel
in rationibus æternis idealibus: in quibus cũ posibilia om
nia lucent, tùm illa conditionata repræsentantur, quoniã
propriùs ad esse accedũt, quàm posibilia. Vel verò sunt,
vbi & quomodo explicatum est in fine 2. concl. Quæ re- B
petere, mihi quidẽ p: grũ est, & vobis minimè necessariũ.

XVI. *Latè agitur an hæc scientia præiudicet diuinæ libertati.*

AD tertiũ arg. diffiteri nequaquã possumus, has verita
tes conditionatas præsupponi in se ipsis diuinæ sci-
entiæ, vt visum est in solutione primæ confirmationis pri
mi arg. & diuinę etiam voluntati, vt in 5. concl. dixisse me
recolo. Dices: Existimandum ergo est, Deum eas verita-
tes inuertere non posse, nec eas subijci diuinæ potentiæ,
imò diuinam scientiam diuinamque voluntatem non li-
berè sed omnino necessariò in eas ferri? Respondetur, has
consequentias, si absolutè & non solùm ex suppositione
loquamur, bonas non esse. Negandum ergo est quòd illis
infertur: nam necesitas illarum veritatum non est abso- C
luta, sed conditionalis, nempè, ex suppositione futuræ de
liberationis causæ liberæ. Eodem modo se habent futura
contingentia absoluta: nam statim ac Deus voluit Adam
creare & relinquere illũ suæ libertati, præuidit illum pec
caturũ. Et quidẽ quoad hoc non habuit illa scientia liber-
tatem: sed necessariò sequuta est ex suppositione prioris
voluntatis diuinæ, & futuræ determinationis Adę. Quod
ergo hîc secundùm realem existentiam contingit, inue-
nitur in futuris conditionatis secundùm existentiam ap-
prehensam & sub tali conditione ponibilẽ. Quare in an-
tecedenti eorum conditionatorum, semper debet inclu-
di voluntas diuina, scilicèt, si ipsa velit aut vellet talem
effectum

A effectum producere aut permittere, & ad illum concurrere. Et hoc modo etiam illa scientia Dei habet habitudinem ad diuinam voluntatem sub prædicta conditione: atq; adeo non est omnino necessaria.

Exemplum optimũ notandum.

Hanc rẽ alioqui obscurissimã, hoc, si placet, illustremus exemplo. Sanè certum est, animam Christi Domini, ab instanti suæ conceptionis, vidisse quidquid Deus videt scientia visionis: atq; adeò vidisse, semperq; præsentes habuisse omnes actus suę voluntatis, quos per totum suę vitę tempus habitura erat. Et tamen hoc non abstulit ei libertatem. Ergo similiter licèt intelligamus, Deum, priùsquàm prouideat, prędestinet, decernat, disponat de rebus,
B iam per hãc scientiã mediã præcognoscere, quid sua voluntas decretura sit circa quamlibet rẽ, & quid nostra voluntas factura est aut esset; nõ inde præiudiciũ aliquod emergit diuinæ libertati. Quòd si dicas, eandem tibi difficultatem ingerere hoc quam illud. Respondeo ad vtrumque, ipsam nempe scientiam, siue Christi siue Dei, supponere veritates illas dependentes ex futuro vsu liberæ voluntatis. Enimuerò Deus non est talem rem voliturus, quia scit se eam volituram; sed potiùs quia illam volisurus est, ideò scit se eam fore volisurum. Et sic scientia illa non omninò præsupponit rem antecedenter ad diuinam voluntatem: sed potiùs voluntas præcedit, ad sensum dictum. Rursus, (& hoc responso tota expeditur argumenti difficultas)
C hæc scientia nec proponit obiectum diuinę voluntati, nec mouet aut inducit illam ad volendum aut nolẽdum, cum sit mera intuitio & speculatio rei futuræ vel conditionatæ: & hac de causa non immutat modum operandi ipsius voluntatis, nec eius libertatem aliqua ex parte lędit. Et ex his nodus argumenti tertij solutus relinquitur.

Quomodo possit Deus facere oppositum eius quod scivit.

Sed adest & vrget molestus quispiam Sophista. Quomodo, inquit, si præscit Deus, quid sua vel nostra voluntas factura est aut esset, potest oppositum eius, quod præscivit, facere? Nam homo, qui haberet præscientiam suæ damnationis, tametsi non ideò necessariò desperaret, at saltem sperare minimè posset. Scit enim, videtque infalli-

bilitatem & certitudinem suæ damnationis, frustra ergo nititur in aduersam partem. Sed dico, si hoc argumentum quod intendit probat, probat quoque Deum non magis circa humana negotia esse liberum quàm stipitem. Et tam scientiam mediam quàm absolutam visionis, in totalem diuinæ libertatis iacturam cedere. Semper enim videt ac præscit quid futurum est aut esset de quolibet homine. Si ergo sua voluntate non potest hàc illàcque perrumpere, nulla illi reliqua libertas erit. Dico ergo, hanc scientiam libertati diuinæ non officere, quia vtrumque simul per ipsam scitur, scilicèt, voluntatem omninò liberè hoc facturam, & tamen stante tali scientia non posse cum illa componi vt aliud faciat quàm præscitum est. Sed hæc impossibilitas aut necessitas solùm est secundùm quid & ex suppositione, & in sensu (vt aiunt) composito. Nam simpliciter possibile & contingens ac liberum Deo est oppositum eius, quod præscitum est, facere. Quare tertium argumentum æquè militat contra scientiam visionis respectu futurorum absolutorum, & contra scientiam mediam respectu futurorum conditionatorum. A B

Scientia hæc media an sit libera, an naturalis.

Ex his expedita manet res alioqui valdè impedita & intricata; an, scilicèt scientia hæc media, libera sit in Deo, an verò naturalis & necessaria. Imprimis non est dicenda simpliciter libera, cum antecedat omnem actum liberum Dei; imò secundùm quandam rationem dici potest, non esse in potestate Dei, scire per eam aliud quàm re ipsa sciuit. Sed neque est ita dicenda necessaria vel naturalis, vt non potuerit absolutè scire oppositum. Si namque voluntas humana actura esset oppositum, vt posset, tùc id ipsum sciusset Deus per eandem scientiam. Habet itaque hæc scientia aliquid vtriusque extremæ scientiæ, sed neutrius rationem perfectè participat; sicut quodlibet medium inter extrema se habere solet. Certè in aliquo signo æternitatis intelligimus Deum vt naturaliter & necessariò intelligentem & comprehendentem seipsum, & cognoscentem omnes creaturas vt possibiles, ex qua nimirum cognitione procedit Verbum diuinum per paternam generationem; C

ration[illegible]

A rationem; & tamen in illo signo nondũ intelligitur Deus habere scientiam illam conditionatam mediam, quia non est tam necessaria sicut illa alia, quæ dicitur simplicis intelligentiæ. In alio verò signo habet hanc scientiam conditionatam circa creaturas, priùs ratione, quàm eas scientia visionis præuideat. In tertio denique signo eas videt hac visionis scientia, quę iam omninò libera est, sicut prima fuerat necessaria, & secunda, quasi mixta. Rectè ergo hæc secunda, appellatur media.

Verbum diuinum an procedat ex scięntia hac media.

Quòd si enucleandæ rei huius gratia, quispiam addubitauerit & quæsierit: in illo primo signo habentne conditionata illa suam determinatam veritatem? Nam quòd eã
B habeant, probari potest, ex eo quòd non est imaginabile aut assignabile punctum aliquod, in quo illa non sint propositiones, & enuntiabilia, & vera vel falsa: quæ veritas non requirit aliud fundamentum, nisi complexionem aut connexionem illam extremorum iam dictam, prescindendo ab omni existentia pro eadẽ mensura vel signo. Quòd si pro illo signo scientiæ simplicis intelligentiæ & necessariæ ac naturalis, qua Pater generat Verbum, adhuc illa enuntiabilia conditionata vera sunt, sanè scibilia sunt. Quòd si scibilia sunt, Deum ea scire etiam pro illo signo certum erit: ac subinde Verbum diuinum non procedet ex cognitione rerum vsquequaque necessaria, sed aliqua ex parte libera, contingentiac variabili, qualem esse hanc
C conditionatorum scientiam, diximus: quod quàm sit absurdum dictu, quis non videt?

Non est vulgaris hæc concertatio. Sed quò succinctis rem verbis absoluam, dico, hæc signa rationis, quę in ęternitate distinguimus, nõ esse imaginanda tanquam instantia nostri temporis, in quorum vno aliquid intelligatur quod non in alio: sed explicanda sunt per quandam precisionem, per independẽtiam, per presuppositionem vnius ad alterum, secundùm suas rationes formales precisas. Sic scięntia per quã Verbũ generatur, ratione antecedit scientiam futurorũ, etiam conditionatã; & pro illo signo non possunt intelligi futura absoluta vel conditionata vt habentia.

Not. qualiter prior sit vna scientia diuina quàm alia.

bentia veritatem determinatam. Itaque obiecta conditionata pro illo signo non intelliguntur habere illam necessitatem, quam habent obiecta alterius scientiæ primæ & necessariæ. Quocirca iure ac meritò intelligimus diuinam scientiam ferri in obiecta eo ordine, quo obiecta ipsa sunt cognoscibilia. Et quia ex parte obiecti priùs magisq; necessarium est esse possibile, ideò ad hoc scientia primò terminatur; & deinde ad esse cõditionatum, quia hoc magis necessarium est quàm esse absolutè futurum: & deniq; ad esse futurum. Pro primo signo, dicitur scientia simplicis intelligentiæ, & per hanc procedit ac gignitur diuinũ Verbum, omninò necessariò & naturaliter. Pro secundo dicitur media seu conditionata & mixta; pro tertio, visionis, omninò libera. A B

XVII. An hæc scientia media aliquid conducat ad prouidentiã & perfectionem Dei.

AD quartum argumentum initio factum respondetur, non otiosè & incasum, imò omninò necessariò constitui à nobis in Deo prædictam scientiam. Et quantum iuuet atque conducat ad intelligendas difficillimas reconditioris Theologiæ materias, de gratia, prædestinatione, prouidentia, efficacia auxiliorum, libertate arbitrij, permissione peccatorum, confirmatione in gratia, &c. partim ostendi suprà; partim ostenderem, si mihi per instituti mei ac propositi rationem liceret. Institutũ namque meũ est in hoc libello, per modum quæstionis quodlibeticæ breuiter singulas tractare materias: atque adeò quodlibeti metas in nulla quæstione transilire. Quod verò in argumento petitur, Quid iuuat, Deum nosse infinitas rerum impertinẽtium disparatas combinationes conditionatas, quæ in argumento illo colliguntur, & per totum huius quęstionis processum sparguntur? Præsertim cum nullus ordo, nulla necessitas illationis aut consequẽtiæ, aut emanatio vnius ab alio importatur. Dico, ita esse, pleraſque, scilicèt, esse propositiones conditionales huiusmodi, in quibus tantùm significatur concomitantia, seu coëxistentia duarum rerum in ordine ad vnam aliquam durationẽ. Vt cum dico, Si ego dormirem, Rex comederet: Si Deus crearet alium mundũ, taliter vel taliter se res haberẽt, &c. C

Et

A Et quamuis hæc nihilò deseruiant ad rerum gubernationem aut prouidentiam, tamen quia in se ipsis sunt veritates quædam enuntiabiles atque adeò scibiles, expedit vt diuinus intellectus eas perfectè calleat & cognoscat: alioqui imperfecta esset eius scientia, imperfectus intellectus & lumen. Itaque ad perfectionem diuinæ scientię, ad maiestatem & eminentiam diuini intellectus, has veritates cognoscere pertinet, licèt ad perfectionem prouidentię non sit necessarium. Et quidem eandem ferè habet difficultatem modus, quo Deus cognoscit futura contingentia absoluta, & ijsdem fermè modis vtraque difficultas absoluitur, vel prudenter dissimulatur, & tamen firmiter
B creditur. Et sanè deuorata semel hac difficultate, plęręque aliæ facilè expediũtur. Sicut ergo negari non potest, Deũ cognoscere distinctè & in particulari omnia futura contingentia, quæ, scilicèt, erunt per totam æternitatem, omnem numerum formicarum & pulicum, & arenarum maris & pulueris terræ, & guttas pluuiæ, & infinitas cogitationes & volitiones, quæ vsque in ęternum erunt in Angelis & hominibus, in beatis & in damnatis, varię, liberę, disparatę, multiplices: & item pilos hominum, setas brutorum, scintillas ignis, grana frumentorum, plumas auiũ; quę vsque in finem mundi per totam ęternitatem futura sunt: sicut inquam hęc omnia sigillatim nosci, & in numerato habet; licèt enim nihil prorsus ad finem prouidentiæ
C videatur horum cognitio conducere, tamẽ spectat ad excellentiam, eminentiam, & maiestatem scientiæ Dei, vt nihil eam lateat eorum quæ scibilia sunt: sic planè diffitendũ nõ est, Deum scire & cognoscere omnia illa cõditionata, quæ in argum. tanguntur, quia licèt nihil deseruire videantur, tamen scibilia sunt. Nec verò quempiam commouere debet, quòd chimericæ & ridiculæ sæpenumerò connexiones & combinationes rerum disparatarum interdum componantur in his conditionatis: nam postquã illæ veræ sunt aut falsæ, siquidem perfectum generant in audientibus sensum, nec suspensum relinquunt animum; sanè veritas aut falsitas earum quàmlibet alioqui abstru-

Nota maximè.

sa & recondita aut ridicula & impertinens, Deum latere A
ac præterire non debet.

XVIII. An hæc scientia sit causa prædestinationis.

Ad quintum non dubito asserere, diuinam prædestinatorum electionem supponere in Deo ipso præscientiam meritorum, vt futurorum sub conditione, id est, si Deus velit hominem creare, & talem gratiam, vocationem & auxilium conferre. Sicut enim intentio efficax finis præsupponere debet scientiam mediorum possibilium, sic prædestinatio, &c. Hinc verò minimè fit consequens, electionem aut prædestinationem fieri propter merita, sed solùm sequitur, merita esse necessaria media ad exequutionem illius intentionis, sine quorũ præscientia Deus neutiquam prudenter intenderet. Etenim prædestinatio aut B
electio non est ad gloriam vtrumque, sed ad gloriam vt præmium & mercedem meritorum, saltem respectu adultorum: ideò talis electio præsupponere debet prædictam conditionatam meritorum præscientiam. Similiter Deus quanuis, quem efficaciter vult cõuertere, taliter illum vocet qualiter scit illum cooperaturum; non tamen adeò illum ita vocat, quia cooperaturus est: imò vocat, vt cooperetur. Quod notauit D. Augustinus, explicans illud Pauli, Elegit nos in ipso, vt essemus sancti. Ex his non veremur asserere, imò constanter dicimus, quòd si Deus præuidisset, hunc vel illum hominem nunquam cooperaturũ gratiæ eius, minimè eũ eligeret, imò nec posset eligere. Quare licèt præscientia absoluta futurorum, prout propriè dicitur scientia visionis, nullo modo possit esse ratio aut dispositio, aut conditio electionis aut prædestinationis, quia est posterior ratione quàm ipsa electio aut prædestinatio: tamen prout est præscientia conditionata, licèt non sit propriè ratio aut causa, est tamen conditio necessariò præsuppositа ad ipsam electionem & prædestinationem, vt visum est. Reliqua verò alibi atque aliter determinanda sunt. C

Hæc præscientia media est purè

Ad confirm. respondetur ex dictis, hanc scientiam, de qua impræsentiarum disseritur, esse purè speculatiuam & simplicem intuitionem veritatis præsuppositæ. Vnde licèt

aliquo

A aliquomodo sit coniuncta cũ voluntate, non tamen influit in voluntatẽ nec determinat illã sed solùm intuetur illam: ac subinde humana voluntas satis sibi relinquitur, nec mutatur proprius modus operandi illius. Imò mutaretur, si ex eo quòd Deus videt aut præscit malum & defectum futurum in illa, idcircò vel eam non produceret, vel aliorsum eã verteret. Quãuis itaq; præsciat plerosq; peccaturos reprobãdos atq; damnãdos, non ideò debet ab eorũ creatione desistere; quia nec eos creat vt peccent, reprobentur & damnentur, nec quia id videt & præscit, desinit eis dare auxilia necessaria vt saluentur. Rectè D. Damascenus, in Dialogo quodam contra Manichæos, Si Deus, inquit, aliquem non

B cõdidisset, quia præsciisset peccaturũ, non esset hæc præscientia sed impostura. Sanè si, quia præscit alicuius, peccatũ ideò non debuit eũ creare, iã diuina præscientia obesset plurimũ rerum creationi & gubernationi. Imò Deus nec Angelos nec homines nec plæraque alia creauisset, quia ferè in omnibus præsciuit futurum peccatum. Neque verò ignorare debuit aut potuit Deus eorum peccatum, supposito quod ipsi pro suo libito peccaturi erant. Nec quia sciuit, debuit ab eorum productione cessare. Nec verò debuit omne medium adhibere, & omnem lapidem mouere vt eorum impediret peccatum; sed id permittere debuit ob tàm multos tãmq; bonos fines, vt eos recensendi tempus ac locus mini-

C mè suppetat. Permittit enim peccata vel in pœnam præcedentis delicti, vel quia nemini debet efficacitatem sui auxilij, & vult ostendere, gratis dare cui dat: vel vt permittat naturam liberã suo modo operari, vel propter alios fines atq; causas, de quibus alias. Ex dictis verò in hac solutione, refutandus venit Ambrosius Cat. lib. 2. de Prædest. dicens; sententiam esse D. Aug. quòd Deus non miserit prædicatores Tyrijs & Sydonijs, quia præsciebat esse credituros & ipse nolebat vt crederent: & similiter non voluit reprobis dare auxilia, quos sciebat fore saluandos, quia eos damnare decreuerat. Longè fallitur iste author hanc duram absoniq; doctrinam imponens D. Augustino, vt ferè constat in terminis ex lib. Responsionum ipsius Aug. ad articulos

speculati-ua, & ita nihil præiudicat nostræ voluntati.

Cur Deus creat quem præscit peccaturum vel damnãdum.

sibi

sibi falsò impositos. De quo aliàs. A

Deus non præscit bona aut mala opera futura, quasi propter ipsa puniat, &c.

Ad vltimum, quod Patrum testimonijs inniteba-tur, vnica pro omnibus adhibetur solutio; eos nimirum illis locis atq; temporibus directè & ex proposito dimicare in eos, qui dicebant, Deum vel supplicium præstare vel gratiam hominibus propter ea opera, quæ facturi essent si hoc vel illud eueniret: tametsi nunquam illa facturi sint. Et in hoc sensu Patres dictam præscientiam nituntur labefactare. Cùm enim præscientia ordinem importare videatur ad id quod aliquando habiturum est esse; iam quod per illam scitur, non habet propriè dici præscitum, nisi tantùm scitum sicut res possibiles: & multò minus poterit esse diuinæ electionis aut punitionis causa vel ratio. Sic procedit D. August. lib. 10. super Genes. ad lit. cap. 16. & lib. 26. contra Faustum, cap. 4. Et præcipuè lib. de Anim. & eius orig. capitul. 12. Quomodò, inquit, punientur peccata, quæ nulla sunt? id est, quæ neq; vita ista nondum inchoata, commissa sunt ante carnem; nec morte præueniente, post carnem? Et de Præd. sanct. cap. 12. 13. & 14. ait, q. si homines punirentur pro peccatis, quæ facturi essent, si viuerent, quanuis eade facto non sint facturi; sequitur nihil eis prodesse, quòd rapiantur antequàm malitia immutet intellectum eorum; quia sufficit ad eorum pœnam, quòd mutandi essent, si viuerent. B

Et hæc quidem de ista quæstione. In qua susceptus à me labor, quando cæteris ingratus fuerit, hoc vno tota hæc olei & operæ iactura pensabitur, quòd vni, qui instar mille mihi est, gratissimum feciss me scio. Is est Mag. F. Ioannes de Gueuara, nostri ordinis inclytum decus, nostræ Salmanticensis scholę precipuum columen, Theologię decanus, & in Vesperaria Theologorum cathedra iam dudum rude donatus & emeritus; ętate quidem grauis, sed pietate ac meritis longè grauissimus: & ob eximias virtutes suas, candorem animi, vitæ innocentiam, morum suauitatem, Deo & hominibus gratus, multisque alijs titulis & hominibus præstantissimus. Is cum C

M. F. Ioannes de Gueuara, qui bonus præceptor.

pri-

A primum à me audiret, quosdam prædictam conditionatorum scientiam Deo detrahere, vix à se impetrare potuit, quin pro summa in Deum ac Theologiam obseruantia & pietate, statim resiliens & excandescens, illorum sententiam fuerit vehementissimè auersatus. In eius ergo gratiam, cui quidquid sum, acceptum refero, hæc me dixisse contentus, aliò me confero.

QVÆST-

A

QVAESTIO SEPTIMA EXPOSITIVA.

An Abraham idola aliquando coluerit. B

SVMMARIVM.

§. 1. *TRactatur latissimè locus Iosue, cap. 24. & probatur, Abrahamum & eius patrem Tharem, & fratrem Nachorem, fuisse idololatras.*


§. 2. *Allegantur authores plurimi pro hac parte. Mundus sex annorum millibus constare debere.*

§. 3. *Explicatur ex professo locus obscurus Genes. 4. Iste cœpit inuocare nomen Domini. Afferuntur variæ eius versiones & intelligentiæ.*
Differitur breuiusculè initium idololatriæ. C

§. 4. *Asseritur quòd Abraham non coluerit idola.*
Tractatur locus celebris Genes. 11. Et multa ibi de Vr Chaldæorum. Vr an sit ignis, vnde ereptus fuerit Abraham, an verò locus, aut oppidum. Ignis, Deus Chaldæorũ. Aqua, Aegyptiorum.

§. 5. *Fides vera semper fuit in Ecclesia ab Adam vsque ad finẽ mundi. Pietas & religio Abrahæ. Soluuntur argumenta.*

Quòd

A 

Vòd idola coluerit eò temporis, quo tulit eum Dominus de Mesopotamię finibus & adduxit eum in terram Chanaam, liquet ex celebri loco, qui ex historiâ Imperatoris Iosue deceptus est capit. 24. vbi sic dicitur: *Trans fluuium habitauerunt patres vestri, Thare pater Abraham & Nachor: seruierũtq; Dijs alienis.* Ecce vbi de Thare & Abrahã & Nachor, progenitoribus Hebræorũ, dicitur, Seruierunt Dijs alienis. Quòd si opponas, suppositũ illius verbi, *Seruierũt*, nõ esse Abrahamũ, sed Thare, & Nachor, nã sic dicitur: Thare pater Abrahã & Nachor seruierũt, vt sit sensus, Thare qui fuit pater

B Abrahami, & præterea ipse Nachor seruierunt Dijs alienis, nõ tamẽ ipse Abrahã. Contra hoc est, q̃ tàm Nachor, quàm Abrahã sunt gignẽdi casus, nã vtriusq; pater fuit ipse Thare: ac proinde sensus est, Thare q̃ fuit pater Abrahami & pater Nachoris seruierunt Dijs alienis. Et sic quotquot, præter vulgatũ interpretẽ, illũ locũ verterũt, vitandæ amphibologiæ causa, legunt, Thare pater Abrahã & pater Nachoris. Ita habet vtraque versio, altera ex Hebræo, & ex Græco altera; vt in tomo illo Andreæ Masij super Iosue. Ita & Vatab. & Isidorus Clarius, & Caiet. Pagninus & omnes ibi Iosue. 24. & demum ita habent omnes versiones, Thare pater Abrahami & pater Nachoris seruierunt Dijs alie-

C nis. Quòd dicit, seruierunt, non ad solum Thare, qui vnus & singularis est, referri debet. Reliquum est ergo, vt aliquis alius seruierit: cum autem non dissimiliter Abraham & Nachor eo loco commemorẽtur, credendum est quòd ambo simul cum parente suo Thare seruierint Dijs alienis. Ne verò hæc à me cõficta videatur oratio, statim. §. 2. adducam testes omni exceptione maiores.

I. Probatur quòd Abraham fuerit idololatra.

Expẽditur locus Iosue. 24.

His proximè accedit, quòd, vt habent Hebræorum doctores in Beresith Rabba, & dicit Suydas, vt in Genebr. in sua magna Chronographia, Thare pater Abrahami fuit idolorum fictor & venditor, & hanc Abrahamum artem exercuisse, ijdem authores produnt: Sed & Epiphan. lib. 1. ad-

Thare pater Abrahami fuit idolorũ fictor, & vẽditor.

1. aduersùs hęreses, tom. 1. cuius etiam verba ad hoc propositum affert Martinus, libro 10. Hypotypos. reg. 21. ait: Ætate Thare nepote Serug, cœperunt effici simulachra è luto, opera & industria ipsius Thare.] Non itaque rationi dissentaneum est, quòd & Abraham ea idola veneratus sit. Equidem si fidelis erat & veri Dei cultor, cùm detestaretur idola, tùm ea minimè fabrefaceret, vt alijs occasionem peccandi porrigeret. Et sanè persuaderi hoc ipsum licet, ex eo quòd tantò augustior & copiosior Dei gratia ostenditur, quantò ipse in tenebris cæcitatis depressus, minùs erat tanto dignus fauore. Et quæ tanta fuit causa, vt tã sæpe diuinus nobis spiritus conculcet & exaggeret, quòd ipsum Abrahamum mirabiliter eripuerit de terra Gentilium? Genes. 15. & 2. Esdr. 9. Iudi. 15. & alijs, quo insinuatur, quòd à magno errore, quo tenebatur Abraham, vi diuinæ gratiæ fuerit erutus.

Gene. 15. 2. Esdr. 9. Iudi. 5.

A B

II. Authores qui Abraham computant inter idololatras.

AVthores, qui Abraham inter idololatras computant, sunt graues iuxta ac docti: Georg. Cedrenus, author vetustus & Græcus, in Compendio historiarum, Gilb. Genebrardus, nostri sęculi scriptor omnigena eruditione præstans, lib. 1. Chronogra. circa annum mundi 1949. vbi de mente propria primùm id tradit, & deinde ex Rabbi Ioanan & Rabbi Anina, quòd 48. ætatis suæ anno cœpit Deum cognoscere, & idolorum cultum deserere. Andreas Masius, triũ linguarũ doctissimus, super Ios. c. 24. in citatum versum, vbi & inuehitur contra eos, qui, nescio quibus argutijs student Abrahamum ab idololatriæ scelere vindicare. Fauet Diuus Augustinus huic opinioni, libro 16. de Ciuit. cap. 12. vbi hunc nostrum Iosue locũ eodem modo videtur intellexisse. Nam sic loquitur: Vna igitur Thare domus erat, de qua natus est Abraham, in qua vnius veri Dei cultus, & quantum credibile est, in quâ iã sola etiam Hebræa lingua remãserat: quamuis & ipse, sicut iam manifestior Dei populus in Aegypto, ita in Mesopotamia seruisse Dijs alienis, Iesu Naue narrante refertur. Hæc Augustin. Qui cum ait, Quamuis & ipse, &c. Abrahamum intelligit, quòd seruierit Dijs alienis. * Bene video

C

* verba

A verba hæc D. Auguſt. amphibola eſſe, & intricata: vnde in vtramuis poſſunt partem citra violentiam trahi.] Abulenſis, ſuper Geneſ. c. 11. quæſt. 20. allegat Auguſt. pro oppoſita ſententia: & Iaco. de Valen. ſuper Pſalm. 144. dicit, quòd D. Auguſt. reliquit hanc quæſtionem indeciſam, & quòd magis declinauit ad negatiuam partem, ſcilicèt, ad liberandum Abrahamum ab idololatria, cũ apertè teneat oppoſitum. Bened. Arias Mont. idem habet in Commen. ſuper Ioſ. 24. in illa verba, Tuli ergo patrem veſtrum, vbi ab erroribus, & à peruerſa, laborioſa & inutili, imò nefaria religionis confuſione decerptum Abrahamum dicit. Et paulò ante, in illis verbis, Seruierunt Dijs alienis. air, B vſum fuiſſe Spiritum ſanctum verbo ſeruiendi, quod non tantùm cultum, ſed ſeruitutem quoque & onus ſignificat. Fauere videtur huic parti quod ex libro Sanhedrin, & Gloſſa Rabbi Selomonis, hauſit Galatinus, libr. 4. de Arc. Cat. ver. cap. 20. & Iacobus Valent. quæſt. 2. contra Iudæos, art. 3. poſt tertiam concluſionem, Hebræorum vulgarem fuiſſe ſententiam, Mundum habere ſex millia annorum: duo millia inanitatis: duo millia legis: duo millia Meſsiæ. Nam ab Adam vſque ad 92. annum Abraham, enumerant duo millia annorum; poſt quæ dicunt, Abraham ſtuduiſſe in lege, id eſt, ſuſcepiſſe Dei cultum, ac paulò poſt, legem circunciſionis; cum eò vſque inanitatis, hoc eſt, idololatriæ tempus durauiſſet. Nam inanitas & idolum, idem pol C lent in Scriptura. Nec valet quod ſæpiſsimè nonnulli dixerunt, tempore Abrahami nõdum cœpiſſe idololatriam, quia planè viuente Adamo, idola venerari cœpta ſunt, vt liquet ex celebri, & longè obſcuriſsimo loco Geneſ. 4. ad fin. quem paulò altiùs, ſi libet, repetamus.

Quòd Abraham nõ ſolùm coluit, ſed ſeruierit idolis.

Mũdus ſex millibus annis conſtãs.

III.

Explicatur latiſsimè locus Geneſ. 4. Iſte cœpit invocare nomen Domini.

ERgo ante mortem Adæ, in c. 4. Geneſ. in vltimis verbis ſic dicitur: *Sed & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos: iſte cœpit invocare nomen Domini.* Seu (vt habent Hebraica, vt in verſionibus Vatab. Caiet. Clarij, Pagni. &c.) *Tunc cœptum eſt invocari nomen Domini:* ſeu vt Gregor. Nazianze. & Cyryl. & ex Græcis alij, vt in catena Lypomani, ex verſione 70. *Hic ſperauit invocare nomen Domini.* Quo

etiam modo legit Philo.lib.Quòd deterius insidietur po- A
tiori.& lib.de Abraham,vbi illa verba,Hic sperauit inuo-
care nomen Domini,allegoricè, sed quàm optimè expen
dit, & coniungit cum eo, quod sequitur initio sequentis
* capitis, Hic est liber generationis Adam. * Et Rheuclin.
lib.2.de Verb.mir. *Hîc cœpit inuocari nomen Domini.* Et alij,
quod demirabere,lector,vt in Catena Lyponi. *Tunc cœptũ
est profanari vel pollui nomen Domini.* Et Diuus Chrysosto-
mus,cuius meminit idem Lypomanus,sic: *Hic cœpit voca-
ri nomine Domini.*] Porrò dicit D. Hieronymus, in Quæ-
stionib.Hebrai.super hunc locum,Hebræos communiter
ita hunc locum interpretari, quòd tunc primùm in nomi-
ne Domine, & in similitudine eius fabricata sint idola; B
quod tunc cœpit idololatria. Eandem esse Hebræorum
communem traditionum commemorant Histor. Schol.
super Genes. cap.29. Genebrar. libro 1. Chronog. Abul.
super Genes.cap.4.quæst.17.in fine cap.& quæst.Dionys.
Carth.ibidem in expositione literali,Honcala, Glossa Or-
di. Lyranus, Burgensis, Lypomanus, Oleaster, Ferus, &
omnes.

Hoc qua ratione factũ sit, multi ignorant. Nam Enos,
sanctus Dei, non est verosimile quòd initium idololatriæ
Tempore Enos cœperunt fieri altaria,oraciones,&c. dederit.Quinimò suo tẽpore cœpit Deus Opt. Max. reli-
giosiùs quàm vsquàm antè coli. Nã dicunt omnes, tẽpore
huius Enos cœpisse Ecclesiam congregari,verbũ Dei prę- C
dicari, altaria cõstrui, cæremonias instituj, sacrificia fieri,
&c.Hæc omnia Vatab.vno comprehẽdit,vt optimè solet,
verbo: Tunc,inquit,cœpit passim coli Deus. Caiet. dicit,
tunc cœptum fuisse inuocari Deum sub nomine Iehoua.
Tribuunt enim Hebræi admirandas virtutes inuocationi-
bus huius nominis,& propterea Moyses sollicitus fuit,cir
ca initiũ inuocationis in tali nomine Iehoua. Ira Caie.su-
per Gene.4. & sup.Exod.6. Iacobus de Val.sup.Psal.144.
dicit,eatenùs cœpisse tempore Enos,inuocari nomen Do
mini,quatenus tunc cœperunt homines inuocare Messiã,
Vnum ex nominibus nam vnum ex nominibus Messiæ, est Nomen Domini,
vt ibi, Ecce Nomen Domini venit de longinquo, Isai.3.

Et

A Et c.62. Vtinam dirumperes cœlos, & descēderes, & c. manifestares Nomen tuum. 1. Messiam tuum. Et certè conditiones & proprietates nominis quadrāt quàm optimè Christo. Vide quæst. 10. expositi. inferiùs, vbi multa in huius probationem conueham.

Christi, est, Nomē Domini.

Isai. 3. & 62.

Sed ad rem. Hugo Card. ex Petro Comestore, super Gen. cap. 4. dicit, ideò Enos cœpisse inuocare nomen Dñi; quia aut inuenit verba deprecatoria ad inuocandū Deum; aut quia ad excitandam Dei memoriam, effigiauit Dñm, vt modò fit in Ecclesia. Ex hoc proximè accedimus ad alterum sensum, nā quoniam iste Enos religionis & pietatis ergò, effigiare cœpit Deum, cœperunt homines effigiebus abuti, & eas colere, & sic idola cōficere & venerari. Et tūc optimè cohæret quod alij considerauere, vt ille locus verti ex Hebræo sic posit: tunc profanatum est nomen Dñi, id est, tributū est nomen Dei idolis, quia tūc cœpit idolomania. Ita refert Lypom. in Catena Gen. 4. & Oleast. & Hon cala ibidē. Et congruit magnoperè hęc interpreratio, eò q. à temporibus huius Enos, potiùs cœperūt homines Deum verū deserere, & offēdere quā colere, quā ob causā sequutū statim est diluuiū. Hoc obseruabat Valentin. sup. Psalm. 144. Nā prēter domū & familiam Noe, nullus legitur, vsq; ad tempora Abrahami coluisse Deum, quanuis, vt deducit Aug. lib. 16. de Ciuit. cap. 12. toto mundi decursu fuere homines fideles & iusti, in quibus ciuitas Dei conseruaretur.

Tempore Enos cœpit cultus Dei & etiā idololatria.

B

C

Et quidem quod tetigit Genebrardus, lib. 1. Chrono. circa annum mundi. 235. ambas tam ex diametro pugnantes sententias, eatenus conciliare possumus, quatenus dicamus, hæc duo temporibus Enos simul cœpisse, nempe maiorem & augustiorem cultum Dei apud fideles, & profaniorem idololatriam apud perfidos & profligatos homines. Aliter etiam conciliari hæ tam toto cælo diuersæ sententiæ possunt, cum D. Chryso. in quadā homi. super Psal. 49. & Eusebio Emisseno, quem refert Lypom. in Catena, si legamus, vt legit Chrys. Hic cœpit vocari nomine Domini. Fuit namque Enos iudex & princeps inter suos,

quam ob causam nomine diuino illum honorare cõstituerunt. Inde idololatria facilè habere potuit ortum. Nam no mẽ Dei tetragrãmaton Deo derogare, & creaturis arroga re cœperunt homines. Nam & Iudic. c. 17. nomen ipsum Ie houa idolis tribuitur. Imò & Ioui: nam Iouem & Iehouan idem putabant, vt obseruant Aug. Eug. & Geneb. & Rheu clin. vt infrà repetendum mihi est. Igitur negari nulla ratione potest, quòd tẽporibus Abrahami iam olim cultus latriæ deferri idolis cœptum sit. Ac proinde ex hac parte nihil omnino prohibet quin Abraham ea coluerit.

Genes. 11. Locus celebris.

A

IIII. *Explicatur quòd Abrahã non fuerit idololatra.*

OPpositam nihilominus partem, ceu innitẽtem expressioribus scripturæ testimonijs, ac certioribus coniecturis, sunt multi qui teneant, Abrahamum ab idololatriæ crimine penitus vindicãtes. Initio, locus. 2. Esd. c. 9. hoc innuit; nam sic habet: Tu Dñe Deus, qui elegisti Abraham & eduxisti eum de igne Chaldæorum & inueneris cor eius fidele coram te. Et Iud. 5. de Hebraico populo dicitur, Populus iste noluit sequi Deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum: deserentes itaque cæremonias patrum suorum, vnum Deum cœli coluerunt, qui & præcepit eis vt exirent inde. Et demùm multa sunt huius generis loca, quæ ab idololatria indemnem seruant Abrahamum.

B

2. Esd. 9. Iud. 5.

Traditio Hebræorũ

Sed præ alijs illustris est locus, qui habetur Genes. 11. vbi dicitur, Thare eduxisse Abraham & Loth de Vr Chaldæorum, in quo mortuus est Aram frater Abrahami. Hic locus ansam dedit multis contentionibus. D. Hierony. in q. Hebraicis. & Glos. Ord. super Gen. 11. & omnes ferè præallegati doctores referũt, nihil esse aliud, eductũ esse Abrahã de Vr Chaldęorũ, nisi de igne Chaldęorũ: nam vox, Vr, non significat ibi locum aliquem, sed ignem * אור כשדים hur Chasdim, hoc est, ignis Chaldæorum: nam אור, hur, ignem significare certũ est. Nec desunt scripturę testimonia, quibus per אור כשדים Vr Chasdim, seu Vr Chaldæorum, vertitur Latinè, ignis Chaldæorum. Statim patebit. lege quoq; Viuem doctissimum, libr. 16. capit. 15. de Ciuit.] Tradunt autem Hebræi (verba sunt Hieronymi) Abraham in ignem

C

*

Iudic. 17.

A in ignem missum esse, quia ignem adorare noluerit, quem Chaldæi colunt, & Dei auxilio liberatum de idololatriæ igne profugisse. Rursus, vt Lyra. ibi Gene. 11. & Abulens. quæst. 20. refert, Thare cũ esset idololatra, accusauit Abraham filium suum, apud Nemrod, eò quòd nolebat ignem colere, sicut faciebant Chaldæi ex præcepto Nemrod. Propter quod Abraham proiectus est in ignem. Aram autem frater eius assistens, dicebat in corde suo, Si vicerit Abraham illæsus ab igne, sequar eius fidem: sin autem, colam ignem sicut alij. Cùm igitur Abraham virtute Dei seruaretur ab igne, & quæreretur ab Aram de eius cultu, respondit, se velle sequi Abraham. Tunc proiectus
B est in ignem, & ibi mortuus est, quoniam, non fuit tantæ fidei sicut Abraham. Hæc Lyra. Paulus Burgensis in Additione prima, Genes. 11. hoc nõ solùm refert, sed & probat, & ex Rabbi Moyse refert, haberi in quodam libro vetustissimo, quòd quidam vir nomine Abraham disceptabat publicè cum idolorum cultoribus, asserens, quòd non erat ignis colendus vt Deus: & quòd Rex timens ne populum auerteret ab illa cultura, incarcerauit eum. Fauet illi locus 2. Esdræ 9. Tu Deus, qui eduxisti Abraham de igne Chaldæorum, &c. Et ex loco illo Gene. 11. (ait Caiet. super Gene. c. 12.) hauriri potest coniectura quòd Abraham
C potiùs mouerit patrem suum Thare ad migrandum ex Chaldæa, quàm Thare Abrahamum filium.

quòd Abraham in ignẽ proiectus est.

2. Esdr. 9.

Et quidem quòd Chaldæi ignem adorarent, certissimũ est: nam & ipsum veluti Deum colebant omnes ferè nationes. Diuus Augustinus 8. de Ciuit. c. 5. & Tul. 2. de Natura Deorum, etiam Stoicos, referunt, existimasse, ignem esse sapientem & viuentem, & mundi conditorem & Deum. Multa de his apud Cœlium Rhodig. libro 8. lect. Antiq. cap. 36. vbi & obseruat, solùm esse hominem inter cætera animalia, qui igne vtitur. Cætera nõ vtuntur igne, sed terra, aëre, aqua: cuius causam ibi tradit. Sed & Abul. super Genes. 11. quæst. 35. in fin. refert, Chaldæos non solùm ignem veneratos, sed & conatos inducere alias gentes ad eius cultum: & hac de causa igne suo alia idola com-

Chaldæi ignẽ vt Deũ colebant.

Nota.

burebant.Memorat,AEgyptios aquam solitos adorare, eò A
quòd præ cæteris regionibus vberiùs irrigatur AEgyptus.
Hi in capite magni idoli Beli,vas fictile,loco coronę posue
runt;& per occultos meatus aqua veniebat, inferioribus
foraminibus cera obduratis. Venerunt Chaldæi & appo.
suerunt ignem, Deum suum, vt virtute sua Belum com
bureret & in cineres redigeret.Sed calore ignis liquefacta
cera,aqua defluxit,& ignem extinxit,& prævaluerunt ido
la Ægypti.

Vr Chaldęo rũ an sit ignis,an cere⁹ Chaldææ locus.

Et quidem quantumuis Abul,quæst. 20.super Gene. 11.& Lyra.Lippomanus, & Honcala ibi, irrideant prædictas Hebræorum traditiones, dicentes, Vr Chaldæorum nullatenùs esse ignem,sed locum quendam Chaldææ, vn B
de extraxerit Deus Abrahamũ,quod & dicit Ferus ibidem & etiam Caiet.super.2.Esdræ.capitulo. 9.dicens,rem esse apocrypham quòd Vr significet in illis locis ignem: tamen his omnibus posthabitis, mihi verius apparet, & Burgen.& Geneb.& permulti alij probant, Abrahamum de igne,quem illi colebant, non sine magno Dei miraculo,fuisse liberatum.Quinimò & D. Hiero. illam Hebræorum traditionem probat,dicens:Vera igitur est illa Hebręorum traditio, quòd Abraham Babylonio vallatus incendio, quia illud adorare nolebat,Dei sit auxilio liberatus. Vnde miror præallegatos Modernos, quòd ita, ceu fabulosum figmentum, hoc reijciant, cum Diuus Hieronymus hoc C
tã apertè probet.Et August.16.de ciuit.c.15.de igne etiam Chaldæorum dicit liberatum esse Abrahamum: & idem tradit q.25.super Genes.tomo. 4. Et sanè nisi hoc ita esset, non tam sæpè & veluti magnum beneficium in scriptura commendaretur, quòd Deus eduxisset Abrahamũ de Vr Chaldæorũ. Ex hoc itaque loco luculẽter apparet,Abrahamum auersatum fuisse idolorum cultum.

Quòd ab initio mundi nunquã est

Præsto est & aliud argumentum, quia omninò ac firA
miter constituendũ est,ab initio mundi ad finẽ,veram Dei Ecclesiam nunquam interrumpẽdam aut vnquã fuisse interruptam;sed in vera fide ac religione perpetuò con-

seruа-

A seruatam, & plantationem ciuitatis Dei non defeciſſe. At ſi domum Thare ab idololatriæ crimine non liberemus, non ita facilè reperire licet, in quibus ſeruata fuerit vera Dei Eccleſia. Nam quamuis, authore Geneb. libro 1. Chronographiæ, circa annum 874. Noe vixit vſque ad 58. ætatis Abraham, quo tempore iam fidelem conſtituũt Abrahamum, illi qui eum idolatram aliquando fuiſſe ponunt: nihilominùs Diuus Auguſtinus, libro 16. de Ciuit. cap. 13. quamuis cum alij, vt oppoſitæ ſententiæ patronum, allegent, nec immeritò: tamen ſatis innuit, domum Thare liberam fuiſſe à nefario idolorum cultu. Quod & Abulen. ſuper Gene. 11. ex ipſo Aug. & ex lib. Iudith. cap. 5. tradit, *interrupta ſeries fidelium.*

B contendens, nec Abrahamum, nec Thare vnquam idololatris annumerandos eſſe. Et quod dicitur Ioſue 24. quòd ſeruierunt Dijs alienis, intelligi debet cum Genebr. quòd cùm eruti ſunt de Vr Chaldæorum, iam incipiebant idolomaniam complecti: ac proinde præuenti à Deo ſunt, ne in eam ruerent. *Ioſue 24.*

Exinde, authore eodem Genebrar. cœpit Abraham terram Chanaam, in quam migrauerat, replere ſacellis & altaribus. Ædificauit duo altaria, Geneſ. 12. & 13. vnum inter Hai & Bethel, alterum prope Sichem. Tertium, Geneſ. 15. prope Hebron. Quartum, Geneſ. 21. in Berſabee. Quintum, Geneſ. 22. in monte Moria. Sic quòcunque *Quòd Abraham totam terram Chanaam replenit altaribus, & religione vera.*

C tranſibat, omnia imbuebat religione. Hinc Mahometes tradidit, ſuæ Mechæ templum opus eſſe Abrahæ. Conſecrauit cœmeterium, vxori, ſibi, & poſteritati prope Hebron, Geneſ. 23. Demum ab hac idolorum ſuperſtitioſa cultura immunem ſemper fuiſſe Abrahamũ, tradũt Dionyſ. Carth. ibi Ioſue 24. & Abul. ibidem, quæſt. 6. & Caietanus ibidem. Quibus accedit quòd cum Abraham futurus eſſet omnium credentium pater, atque initium fidei noſtræ, religionis feliciſsimus inceptor, non eſt ſimile veri, quòd immani ac nefando idololatriæ crimine vſquam detentus fuerit. * Concludimus denique, hanc partem eò videri debere probabiliorem, quòd Caluino, inſigni noſtræ ætatis impoſtori, valdè diſplicet. Nam is in li-

bris suæ Institutionis, Abrahamum, idolorum cultorem apertè fecit. Refert Bellarmi. tom. 1. Controuersia 7. in Præfatione.] A

Solutio argum.

Vt verò habeamus quid ad cõiecturas illas initio traditas respondeamus, licet dicere cum Caietano super Iosue cap. 24. suppositum illius verbi, *Seruierunt*, nullatenus esse Abraham, sed alios progenitores Hebræorum. Aut cum Genebr. quòd iam se idolis dedere parabant, nisi à Deo præuenti fuissent: nam hæreditariam suorum parentum idolomaniam suscepissent. Et hanc ob causam in magnis beneficijs poni potest, quòd eos Deus ab illo periculo insontes seruauerit: latriam ignis, quam vrgebat Nemrod, declinantes. Quòd verò Thare fuerit fictor ac venditor idolorum, neque est authenticum, neque hoc quidquam præiudicat Abrahami pietati & sanctitati. Ambas sententias postquàm, vt ingenij & temporis angustia tulit, explicui, liberum lectoribus erit alterutram eligere. B

QVÆ-

A

QVAESTIO OCTAVA SCHOLASTICA.

B *An aliquid expendere, retinere, aut acquirere, religiosus sine licentia sui prælati valeat.*

SVMMARIVM.

§.1. DIstinguũtur religiosi, & eorum bona, & modus licentiæ à prælatis dari solitæ.

§.2. Procuratores & œconomi non possunt expendere nisi iuxta ordinem sibi à prælatis præscriptum.

§.3. Prælati similiter non possunt sine monasterij licentia, &c.

§.4. Subditi nec de bonis cõmunitatis nec de bonis quæ ad proprios vsus habent, possunt expendere.

C §.5. Subditus occultans prælato id quod habet, aut acquirit, aut recipit, peccat. Regula pro visitationibus cellarum.

§.6. An possit penes se seruare aut retinere pecuniam vltra duos aut tres dies.

§.7. Non potest prælatus dare licentiam ad quoslibet sumptus vel donationes. Et recipiens tenetur restituere.

§.8. & .9. Quot modis hæc licentia vel facultas fiat à superioribus.

§.10. Idem tractatur. Et an religiosus aliquandò & quomodò teneatur restituere, & de quibus bonis.

§.11. & .12. Quæ dicatur notabilis quantitas in hac materia.

RAssari in Religionum castra execrandum proprietatis vitium sensim molitur. Quod ne efficiat, opus esse video, vt omnes, veluti signo dato, in aciem prodeuntes, infesta vitij tela propulsemus, & Sanctæ paupertatis vindices & assertores nos ipsos exhibentes, eam Conciliorum sacrorum & Canonum vallis obmuniamus, & Doctorum authoritate, ceu quodam antemurali firmemus. Hoc ego vt faciant doctos & graues viros, quibus otij copia & vis ingenij & authoritatis pondus obtigerit, vehementer obtestor: nam mihi horum omnium egeno, capita disputationis propositę detegere & perstringere solùm licet. A B

I. *Quadruplex distinctio notãda*

BReuissimè tres sunt personarũ religiosarum differentiæ in vnoquoq; regularium conuentu, quos in quęstionem vocamus: Procuratores, Prælatos & promiscuè cæteros. Et omnes æquè teneri ad votum paupertatis asserere non cunctamur: quandoquidem omnes æquè sunt religiosi. Quod ipsi, præsertim Procuratores & œconomi vix sibi persuadent, nam contrà ita pro libito in omnes vsus expẽdũt, vt rerũ conuẽtus Dominos se esse existimare videãtur. Deinde religiosorũ bona, quo ad præsens attinet, in duplici sunt differẽtia, nã quędã sunt in vsus totius cõmunitatis deputata: quædam applicata sunt singulis fratribus, ea vt habeant penes se, aut penes aliquem alium fratrem, in proprios ac priuatos vsus expẽdenda, de licẽtia prælati. Prętereà, licentiã hanc bifariam contingit haberi, aut expressè, aut tacitè & interpretatiuè. Tandè triplex actionum genus destinatũ in disputationẽ est à me: expẽdere, retinere, acquirere. De singulis iuxta inopiam temporis breuiter differam. C

II. *Procuratores conuentuũ sunt extra statũ sa*

PRima conclusio. Procuratores seu œconomi & quotquot alij bona conuentus administrant, si in alios vsus quàm à superioribus deputata sunt, ea expendant, peccant mortaliter, & sunt in statu condemnationis: ac proinde quandiù non resipiscunt, à confessarijs absolui nec debent nec

A nec possunt. Hæc conclusio in moralibus est euidens Eam habet D. Thom. 22. quæst. 32. artic. 8. & Glossa in Clementina. 2. §. Sed & talis. de Vita & honestate clericorum, Franciscus Sarmiento in. 1. parte sui Defensorij, Monitorio. 11. Ioannes Gerson, Alphabeto. 34. Et patet, quia solùm respectu eorum vsuum, qui in bonum monasterij ordinantur, destinatam à superioribus habent rerum administrationem, ergo in cæteros vsus in quos facultas sibi concessa non est, non magis possunt expendere, quàm possint cæteri religiosi: at cæteri si de bonis communitatis quidquam attrectent vt expendant, peccant mortaliter, vt omnes fatentur: ergo & illi. Est enim sciendum, quòd licèt omnia bona monasterij sint omnibus communia, non tamen ita vt singuli sint Domini aliquotarum partium: qualiter est fundus communis pluribus hæredibus æqualiter institutis, vel emptoribus æquale pretium conferentibus: sed sunt communia, ita vt singulis quod opus fuerit, applicetur, ab eo qui habet authoritatem illa administrandi. Porrò si hanc authoritatem penes œconomos residere quis dixerit, attendat verba sacri Concilij Tridentini, sessione. 25. capitulo. 2. vbi præcipitur, vt administratio bonorum monasterij ad solos officiales eorundem, ad nutum superiorum amouibiles, pertineat. Ex quibus apertè sequitur, quàm considerate ac diligenter intendere Procuratores debeant sui muneris executioni, & bonorum monasterij administrationi: nam quoties citra expressam Prælati licẽtiam, aut rationabiliter præsumptam, notabilem aliquem sumptum faciunt de bonis conuentus, peccant mortaliter; & quamdiu ad meliorem mentem non redeunt, vt firmiter statuant secùs acturos se deinceps, sunt in statu peccati mortalis ac proinde absoluendi à confessarijs minimè sunt. Ex quo rursus fit, non solùm profanos vsus, sed & aliàs licitos, vt tunicam, chlamydem, calceos: aut quęuis alia vtensilia & supellectiles emere aut sibi aut alijs fratribus, sine licentia Prælati, expressa aut rationabiliter præsumpta, esse sibi penitùs illicitos, & malos mortaliter.

lutis, nisi, &c.

Quomodò bona monasterij sint monachorum.

Non potest procurator sibi, aut alteri applicare tunicam, calceos, &c. incõsulto prælato.

Secunda

III. Prælati nõ possunt in quosuis vsꝰ expendere, &c.

SEcunda conclusio. Licèt Prælatus sit apud quem præ- A
cipuè cura & administratio bonorum conuentus temporalium, non minùs quàm spiritualium residet: non tamen potest ad libitum ea in quosuis vsus expendere. Patet. 1. pars ex. c nullam. 18. q. 2. & ex. c. edoceri. de Rescriptis. & ex Tridentino, sessione. 25. c. 2. & ex Regula D. Aug. Probatur secunda pars, quia Prælatus non est dominus, sed administrator, &c. & ex c. Fraternitatẽ. de Donationibus: ergo tenetur in eos tantùm vsus ea distribuere, in quos destinata sunt. De quo Nauarr. super. c. Nullam. 18. q. 2. num. 6. Quod si in profanos vel inutiles vsus dispensset, non dubium quin peccet mortaliter. Per hoc tamen minimè tollitur, quin vbi consuetudo inoleuerit, do- B
nare aliqua potest, vt patet ex. c. cæterùm, de Donationibus. Et vid. Nauarrum, in nouo illo ac illustri Cõsiliorum volumine, lib. 3. tit. de Donationib. consilio. 6. Quinimò vbi consuetudo exoleuerit & defecerit, donare etiam poterit rem modici valoris, vt habet Panormitanus in eodem c. cęterùm. num. 2. Certè tutor, licèt non sit dominus, quia tamen administrator est bonorum pupilli, aliquid eorũ donare potest, modo sit parui momẽti, vt habetur in. l. cũ plures. ff. de Administratione tutorũ. Sed quo ad Prelatos monasterij spectat, hoc limitat Panormi. nu. 4. dicens, hoc licere Prælatis dũmodò subsit causa rationabilis, vt si monasterium ab aliquo suscepit obsequium, quod C
irremuneratum adhuc sit, &c. Quantum autem sit quod donare potest, Cordub. dicit, quòd vsque ad quantitatem 10. aureorum. Ita habet in tractat de casibus. q. 54. dub. vlti. Verumtamen per consuetudinem, vel per peculiare statutum, iam hoc taxatum est in vnaquaque religione. Vide Syluest. verbo, Donatio.

IIII. Cæteri religiosi etiã de bonis sibi deputatis non possunt in primatos vsus, &c.

TErtia conclusio. Religiosus non solùm de bonis communitatis, sed etiam de his, quæ sibi deputata sunt ad proprios vsus, si sine licentia Prælati dispensset rem notabilis quantitatis, tam intrà quàm extrà monasterium, peccat mortaliter, & agit cõtra votũ paupertatis. Ita D. Anto. 3. p. ti. 16. c. 1. §. 11. Syluester, verbo, Religio. 6. q. 7. particul. 2

Nauarr.

A Nauarr. super. c, Non dicatis. 12. q. 1. num. 44. & probatur* Imprimis de bonis cõmunitatis, quia planè tunc ipse exerceret actum administrandi & dispensandi, qui prælati proprius est; & ita à subdito non potest vsurpari. Tametsi enim ius quoq; habeat ipse ad bona communitatis, nõ minus quã prælatus; tamẽ ex voluntate monasterij, religionis, prælatorũ, Papæ, Ecclesiæq; totius & Conciliorũ ac Decretorũ, non ipsius subditi, sed prælati tantũ refert ea administrare. Verum est, quòd si bona talia fuerint, vt ad ipsius subditi vsum sint necessaria, vt cibaria, medicinæ, vestes, &c. & sua necessitate manifestata atq; proposita, adhuc Prælatus nollet concedere: posset ipse sine pec
B cato sibi sumere, quia Prælatus iure ea dare tenebatur. Non dubito.]

At de bonis, quæ sibi in proprios vsus cõcessa sunt, idem patet, quia vsurarius nequit de rebus tantùm ad vsum proprium concessis, in alios vsus disponere, vt patet ex Instit. de Vsu & habitatione. sed sic est quòd religiosus solùm est vsurarius eorũ bonorum, quæ sibi destinata sunt, ergo non potest in omnem vsum ea expendere. Rectè Soto. 4. de Iustitia. quæst. 1. art. 1. colum. 8. dicit, quòd sicut cùm quis aliquos conuiuio excipit, non facit eos dominos esculentorum & poculentorum, quibus mensa struitur, quia nec illis facit copiam vt illa ad alios transmittant, aut in proprias domos asportent, sed vt sedentes vesC cantur illis, ita monasterium facultatem facit monachis edendi, vestiendi, &c. non tamen ea bona in alios vsus expendendi.

Verum est tamẽ quòd præcedens cõclusio limitatur ab Hostiensi in summa, Titulo de Pœnitentijs & remissionibus, & à Glossa, de Vita & honestate clericorum. Ver. Conuertendum, qui dicunt, licitum esse religioso perè grinanti vel existenti in studio extra claustra, facere eleemosynas, ex his quę sibi in propiam sustentationem sunt assignata: quod etiam tenet Syluester, verbo Eleemosyna. q. 5. Tabiena, num. 8. Nauarro in c. Non dicatis. num. 40. Glossa ibi. vers. Possidere. Alex. Alen. 4. p. q. 33. memb. 4. art.

Religiosi qui sunt in studijs extra claustrum. &c.

art. 2. Addit Turrecremata in eodem. c. Non dicatis. nu. 6. ex Hugone super regulam D. Aug. quòd religiosus existens extra claustra, potest emere, vendere, &c. non tamen si intra claustrum extiterit, etiam si illud quod vult expendere, ipse sibi subtraxerit de his quæ poterat honestè consumere. A

Non potest religiosus qui licentiã petijt ad rẽ vnam emendam emere alteram.

Ex quo vnum infero, quod magnoperè considerandum est, & prę oculis semper habendum, non posse religiosum bona sibi à prælato deputata ad certos vsus, expendere in alios, in quos licentiam prælati non habet. Vt si in nostra religione habeat frater aliquis certas pecunias in depositio, & postulet licentiam à Prælato ad emendos libros Theologiæ, si loco horum emat libros profanos, vt Amadises, Orlandos, &c. ad quos emẽdos verosimiliter existimat facultatem sibi â Prælato non faciendam, peccat mortaliter, contra votum paupertatis. B

V. Retinere aliquid sine licentia prælati est mortale.

QVarta cõclusio: Retinere aliquid notabile cum animo illud occultandi Prælato, cuiuscunq; generis illud sit, apertè est peccatum mortale. Hæc est communis sententia ex. c. cum ad monasterium. de Statu monachorum, & ex Concilio Triden. sessione. 25. c. citato; Panormi. c. cum ad monasterium. numer. 8. Ioann. Andre. & Archidi. D. Anton. supra. §. 11. Sylvest. Religio. 6. q. 7. Cordub. q. 54. Gerson. 1. p. Alphabeto. 23. litera. m. vbi explicans illud, quod dicit Aug. in Regula, Siquis rem sibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur; addit: Parum dixit, furti, imo certè & sacrilegij. Est verum tamen considerandum, quòd duplici ratione potest religiosus rem aliquam suo occultare Prælato, primò, ne illa spolietur: secundò, ne fortè reprehendatur quia sine eius consensu suscepit. Nunc dicimus, qui rem occultat Prælato, quia iure & meritò sibi eam auferendam à prælato existimat, peccat contra votum, & est proprietarius, ac proinde peccat mortaliter. Ita Turrecremata, super. c. non dicatis. artic. 5. & patet ex dicto c. cum ad monasterium. &. c. monachi. de Statu regularium, &. c. quando de Officio ordinarij. Si verò ea intentione occultet, quia existimat, non quidem C

dem

A dem se re illa expoliandum, sed solùm reprehendendum, quia inconsulto prælato eam possider, tunc sub distinctione respondendum est, vt statim patebit. Hinc certam licèt constituere regulam pro scrutinijs seu visitationibus cellarum: nam proculdubio si quando Prælatus visitat cellam religiosi, nempe ad inquirendum & perscrutandum, quid in cellis singuli habeant: si aliquis fratrum occultet; verbi gratia, profanas aliquas vestes, picturas, imagines, gemmas, libros: quæ omnia, iuxta ipsius fratris conditionem & dignitatem, Prælatus ægrè & molestè laturus est vt habeat, & ea ab illo subiaturus creditur, minimè dubium est quin talis occultans peccet mortaliter, nisi materia sit parua ac modica: de quo statim. * Planè hoc cellarum scrutinium, in mea religione statis temporibus fieri solitum, est quasi punctus & articulus, quo subditi se esse verè pauperes, seomnia suaan manus prælati resignata habere, se nihil habere proprium manifestè cõfitétur. Is quoq; est articulus præcisus & prius, quo prælati prædictæ paupertatis & verę rerũ abdicationis testimoniũ à subditis requirunt: & periculum facere volunt. Is quoque articulus, quo exercent explicantque Prælati potestatem quam supra subditos habent circa obseruantiam prædicti paupertatis voti; & demùm quo toto iure, quod in ipsos habent, se vti velle protestantur. Ac subinde eo temporis articulo, tenentur subditi omnia exhibere, & nihil abscondere ex industria & data opera atque consilio.]

B

C

Peccat qui occultat aliquid prælato in visitatione cellarum.

*

VI. Quinta conclusio: Recipere vel acquirere ab alijs aliquid notabile sine superioris licentia, illudque penes se habere, animo occultandi prælato, peccatum mortale est religioso. Ita Nauarro in. c. Non dicatis. numer. 16. & patet ex. c. Cum ad monasterium. vbi dicitur, Si quidpiam fuerit religioso specialiter destinatum, nõ presumat illud accipere: sed Abbati, vel Priori assignetur, &c. & Cõcil. Trident. Sess. 25. cap. 3. postquam decreuit, vt nulli regulari liceat aliquid vt proprium possidere, additur: Sed statim ea superiori tradantur, conuentuique incorporentur. Quod etiam statuitur in. l. 14. tit. 7. partita. 1. & apertiùs in

Recipere ab alijs non potest religiosus, &c.

Regula

Regula D.P.Aug:Si quis rem sibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur.Quod si quis arguat. Hæc bona susA cepta à religioso sine licentia Prælati,potiùs esse reddenda ei qui illa tradiderat, quia cum ille religiosus non sit capax suscipiendi,non videtur ille alter à se dominium abdicasse. Respondetur,quòd si traditio seu donatio fuit absolutè facta, tunc res donata,tradenda & incorporanda est monasterio: quia omne quod acquirit regularis monasterio acquirit.18. quæstione. 1. capitulo vnic. & docet Panormit. in dict. c. cum ad monasterium, nu. 2. nam similiter quod seruus acquirit, domino suo acquirit. l. placet. ff. de acquirenda hæreditate. Sed, vt habet Innocent. cap. olim.2.de Priuilegijs, omnia iura loquentia de seruis quo ad acquisitionem rei pecuniariæ, locum habent in religioB sis: vt etiam tradit Nauarr. c. Non dicatis. num. 62.ex Innocent. Baldo, & alijs, ergo. Si tamen donatio non fuit facta absolutè regulari, sed sub cõditione vt ille possideat independenter à Prælato, nontintendens aliter eam à se abdicare: tunc res donata,ei qui donauit, restitui debet. Quod colligitur ex his quæ notat Panor. suprà, & Sylu. Religio,6.q.7.particula.2.

Dubium.

Solutio.

Pecuniaspenes se habere, &c.

* Hinc fit pecunias neminem religiosorum penes se habere posse,quia,quantum ego existimo,in omni religione bene instituta (quales sunt,Dei ac Philippi Regis beneficio,iam omnes in Hispania) vel per suas regulas & constitutiones,vel per spetiales ordinationes & præcepta, vel C denique per vsum & consuetudinem, iam prohibitum est cuiuis religioso (omitto procuratores,sacristas,depositarios,& fortasse nonnullos alios,ex consensu & vsu talis religionis) pecunias penes se habere & seruare. Vnde nobis Augustinianis peccatum esset mortale,quantitatẽ, v.g. vnius aurei,imò & dimidij,penes nos vltra viginti quatuor horarum spacium adseruare, nisi rationabilis aliqua causa subesset, vt quia vel Prælatus præsto non est, aut citò venturus speratur alter, cui commodius pecunia illa exhiberi queat: vel depositarius aut bursarius monasterij non est ad manum; aut verò talis pecunia debetur vel tradenda

A denda est creditori aut alteri, qui intra duos vel tres dies, venturus speratur. Tunc enim qui triduo eam secum haberet, non credo peccaret mortaliter. Dum id fiat sano ac bono animo, & sine nota scandali. Vlteriùs tamen hanc licentiam extendere, in nullo ferè casu (de cõmuniter euenientibus) audeo.]

SEd qualis debeat esse facultas à Prælatis facta, ad hoc: vt religiosus retinere, aut expendere bona, quorum vsum habet, licitè possit, meritò vertitur in dubium. Primùm omnium hoc certum statuamus. VII. *Non potest prælatus dare licẽtiam subdito vt expendat in quoscunque vsus.*

Sexta conclusio: Non potest Prælatus concedere licentiam subdito, vt in quosuis vsus illa aut alia quæcunque bo
B na possit expendere. Ita habet Nauarr. cap. non dicatis, numer. 53. vbi & allegat Cardin. Alexand. dicentem, non solùm peccare Prælatum, talem licentiam concedendo, sed & subditum ea vtendo. Idem habet Syluester supra. §. 7.
* Nam cũ quidquid habet regularis, monasterij sit: iã sicut superior, qui nõ est dominus sed dispensator, nõ potest ea extra pios & licitos vsus erogare; minùs poterit facere subdito facultatẽ ea taliter expẽdẽdi. Vnde qui talia bona à religiosis, non pio & necessario, sed profano planè titulo receperunt, existimo teneri in conscientia ea monasterio restituere. Quod limita, nisi receperint titulo vẽditionis, emptionis, aut cõmutationis: qui tũc in nullo præiudicãt monasterio, nam quantum à monacho receperunt, tantũdem
C reddunt. Dico itaque teneri eũ qui accepit restituere. Hoc planè modo. Nam si res extat, teneatur eam monasterio restituere, tàm qui accepit quàm qui dedit, & alioqui neuter potest absolui. Quòd si consumpta est ab accipiente, bona fide, quoniam putauit, licitè sibi dari: solùm tenebitur in quãtum ex ea ditior remãsit, prout tractat Cordub. in sum. quæst. 109. An verò religiosus restituere teneatur, paulò infra tractabo.]

Ad rem itaque dico, Prælatum eadem ratione copiam subdito facere nequire, vt penes se retineat aut in cubili suo habeat plurima ac pretiosa bona, quæ neque necessaria sunt, neque statum religiosorum decentia. Quod ocula-

tissimè dispicere Prælati debent, attentis circunstantijs personarum, consuetudinis, temporis & loci. Et addit Nauarr. nu. 55. Corollario. 12. etiam Prælatum & capitulum simul non posse facere religioso facultatem huiusmodi: vt verbi gratia, expēdat pecunias in ludos, luxus, & similia. Et quantumuis det, non ideò subditus excusatur à peccato mortali si in notabili quantitate vtatur prædicta licentia. Est etiam summoperè considerandum, dupliciter posse Prælatū hanc licentiam dare subdito, aut expressè aut tacitè. A

VIII. Duplex licentia, expressa vel tacita.

QVo posito, sit septima conclusio: Minimè dubium est quin alterutro modo concedat Prælatus licentiam, aut expressè aut tacitè, subditus potest ea bona expendere, retinere, acquirere, &c. Verùm distinctione hîc opus est nam tacita licentia seu taciturnitas Prælati, dupliciter cōtingere potest, 1. cum videns subditum retinere seu expendere aut recipere aliquid, non prohibet: quæ dici potest taciturnitas permissiua. Et tunc Turrec. in dict. cap. Non dicatis, ar. 8. & Alexand. negant, hanc tacitam licentiam sufficere. Altera est taciturnitas cum consensu approbatiuo, quæ non est pura permissio, sed permissio approbatoria, iuxta Glossam in. c. Deniq;. 4. d. & hanc Nauar. supra, n. 54. dicit omnino sufficere, & ita prorsus dicendum est. B

Præterea sciendum est, non esse regulam vndequaque certam, quam tradit Gerson. 2. par. Alphabeto. 34. quòd tunc dicitur subditus facere aliquid sine licentia, quando probabiliter credit, quòd si Prælatus sciret se hoc facere, ægrè ferret. Hæc, inquàm, nō semper est vera, potest enim contingere, vt displicentia illa Prælati non tàm proueniat ex re accepta aut expensa vel retentā, quàm ex modo clandestino eam retinendi, aut expendendi, &c. Præclarè distinxit Caietan. in Summa, verbo, Furtum. dupliciter posse esse inuitum Dominum alicuius rei à quo res surripitur, vel quantum ad ipsam rem quæ sibi accipitur, vel solùm quantum ad modum, quia scilicèt, sibi displicet quòd taliter accipiatur. Per quod, ait Caiet. multæ acceptiones domesticæ filiorum & monachorum possunt excusari à mortali, dum præ verecundia, aut alio respectu accipi- C

Prælatus, præsumitur dare licētiā quantū ad rē nō quantū admodū.

A accipiunt rem aliquam, inconsultis maioribus & inuitis, non quo ad rem acceptam, sed quoad modum accipiendi. Quod doctè tractat Nauarr. supra. num. 52.

OCtaua conclusio: Non videtur sufficere huiusmodi licentia adhoc vt subditus excusetur omnino à peccato, sed necessum est vt probabiliter credat, quòd superior non solùm rem acceptam, sed etiam modum accipiendi habebit gratum. Nam si credat quòd modus ille accipiendi sine licentia, displicebit Prælato, omnino peccatũ est in subdito, illo modo rem accipere. Verum est tamen quòd hoc peccatum non erit furtum, nec iniustitia, nec inducet obligationem aliquam ad restituendum, cùm non

B proueniat ex parte rei acceptæ, distractæ, aut retentæ, sed ex modo, vt dictum est. Ita Naua. in. d. c. Non dicatis. 12. q. 1. nu. 52. vbi sic loquitur: Per hæc respondi pridem cuidam monachæ, non fuisse obligatam ad reddenda Abbatissę quædam munera à quodam viro accepta, quorũ accipiendorum licentiam iustè & libenter concessisset Abbatissa, si eam petijsset ab ea. Arg. l. Inter omnes. §. Rectè. ff. de Furtis. quatenùs habet, nõ committere furtum eum qui clam capit alienum, quod scitũ Domino placeret. Et quòd, vt in Manuali. c. 17. nu. 29. dixi, accipiens alienum clam Domino, qui libenter daret illud à se petitum, non tenetur restituere illud. Imò quòd non peccauit, si probabiliter credebat, quòd non displicuisset Abbatissæ acceptio illa clandestina: secus si credebat quòd displicuisset, quamuis licentiam petitam non denegasset. Arg. l. Qui vas. §. Vetare. ff. eodem titulo, ut sentit Glossa in. d. §. Rectè. Peccat enim, saltem venialiter, qui clam contra voluntatem Domini accipit, eò quòd capit modo ingrato ei: sed non mortaliter, eò quòd placeat ei vt eam habeat, licèt modus habendi displiceat. Ita habet Nauarr. nu. 52. ex Caiet. verbo, Furtum, & in. 2 2. q. 66. art. 5. Quod communiter Doctores approbant. Quæ si vera sunt, peruia & aperta multa iam erunt, in quibus multos passim videas cespitare.

IX. *Quæ licẽtia requiratur ad hoc vt nõ peccet subditus, &c.*

VNde fit nona concl. Non peccat mortaliter monachus, qui rem etiam mediocris valoris suscipit ab extraneis,

X. *Non peccat*

Mortaliter subditus licèt sine licẽtia retineat expendat, &c. dũmodo, &c.

traneis, aut tradit alteri fratri, aut commutat cum alio, siue domestico siue extraneo: quando per actiones huiusmodi non præiudicatur in aliquo monasterium, & compertum habet, si à prælato facultatem postulasset ad eas actiones, sibi minimè denegandam. Quod totum si verum esse debet, omnino intelligendum est cum triplici limitatione. Prima est, quòd subditus promptum & expositum habeat animum non occultandi, sed potiùs resignandi in manus Prælati talia bona accepta, retenta, permutata, &c. quoties Prælatus exegerit, aut quoties fecerit cellarum ac cubiculorum scrutinium. Secunda, quòd per Prælatum, aut per constitutiones talis religionis non sit in virtute obedientiæ, aut cum simili rigore interdicta talis acceptio, retentio, aut permutatio, &c. Tertia, quòd exploratum & compertum habeat subditus, consentire saltem interpretatiuè Prælatum in eas res: ita vt si ab ipso peteretur licentia, eam expressè daret, quamuis, vt diximus, modus clandestinè faciendi sibi displiceat. A B

Religiosus an restituere debeat.

* Sed vtrùm in his atq; alijs casibus, quibus religiosus, vel bona communitatis non per venditionem, emptionem aut comutationem, sed titulo gratuito & iniquo, extra suam religionem vel monasterium, alicui confert: vel etiam alteri de sua communitate: vel denique cum ea bona, quæ sic cõfert, nõ erãt cõmunitatis vsibus sed proprijs ipsius deputata, teneatur monasterio restituere, dubium est. Dico, siue rem alienauerit, siue ipse sine licentia & necessitate consumpserit, si tamen iam res perijt, nihil propriè tenetur restituere. Restitutio enim ex proprijs esse debet, at religiosus nihil habet proprium. Verum est tamen quòd si ipse habet rédditus aliquos, ex debita licentia, vel supellectiles aliquas, libros in magna copia, vestes superfluas, gemmas, &c. de his tenebitur proculdubio restituere suo monasterio bona illius primi generis, quæ scilicèt erant communitati deputata, siue intra siue extra monasterium ab eo data & inuenta fuerint. Nam alia, quæ proprijs sumptibus erant destinata, si consumat & dilapidet, nulla ratione restituere debet aut potest.] C

Postre-

A POstremò, quæ dicatur notabilis quãtitas ad hoc vt peccet mortaliter subditus retinendo aut expendendo sine licentia Prælati, explicandum mihi restat. D. Ant. 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 11. dicit, quòd etiam paruam quantitatem, quã non est paratus subditus in manibus Prælati resignare, ad requisitionem ipsius Prælati, est mortale peccatum recipere vel retinere, &c. Gerson suprà, Alphabeto. 34. litera. S. dub. 3. dicit, quòd etiam cultellum aut filum aut acum, sine licentia generali vel speciali dans vel accipiens peccat mortaliter. Hoc tamen rigidum est, & planè falsum: nam materiæ paruitas in quocunque genere excusat à mortali. Corduba in Tractatu de Casibus. q. 109. pũ
B cto. 2. ex. Nauar. in Commen. de Furto, in Repeti. c. fi. 14. q. 6. n. 11. & 12. quantitatem vnius argentei dicit esse notabilem, ad hoc vt qui illam furatur peccet mortaliter. Couar. li. 1. Vari. c. 3. n. 12. dicit, surreptionẽ vnius gallinæ esse furtum mortale: qua ratione Iustinianus Instit. de Rerum diuisione. §. Gallinarum. dat actionem furti contra furem gallinam surripientem. Et sic apparet quòd hæc sit notabilis quantitas, in nostro proposito.

XI. *Quæ dicatur notabilis quantitas in nostro proposito.*

NIhilominùs, saluo meliori iudicio, sit vltima concluſ. Non videtur mihi peccare mortaliter qui quãtitatem duorum argenteorum recipit, aut expendit, cõsumit, &c. inconsulto Prælato: imò etiam palàm dicente Prælato,
C ne eos expendat. Ratio est, quia quantumuis neget licentiam, & palàm dicat, ne id fiat; adhuc subditus in re tam paruę quantitatis censetur operari cum licentia rationabiliter præsumpta. Nam licèt Prælatus eam neget, non tamen rationabiliter, sed prorsus irrationabiliter negat. Longè enim irrationabile ac durum videtur, quòd Prelatus habere velit religiosum tãquam seruum & vile mancipium, cum aliter omnino se res habeat. Certè si maritus nullo modo permitteret, imò omnino prohiberet vxori, facere eleemosynas, etiam paruas, non peccaret illa contrà faciendo in parua quantitate. Quia cum maritus rationabiliter debeat talem licentiam vxori concedere, si eam negat, irrationabiliter negat: ac proinde nihil curandum est de eius negatione

XII. *Duos argẽteos potest expendere monachus etiam renuente prælato, &c.*

& nolitione,quæ est communis Theologorum sententia, A
cum de eleemosyna disputant.Ita in proposito. Quod tamen cum hoc grano salis condiendum est, quòd, scilicet, Prælatus oppositum non strictè & expressè præcipiat.Nam si, verbi gratia, in virtute obedientiæ præciperet subdito, ne talem duorum argenteorum sumptum faceret,mortaliter peccaret subditus non parendo. Et quidem cùm multa alia de hac vtilissima materia dici possent, ego ea tantùm, quæ pro quotidianis religiosorum scrupulis necessaria esse videbantur,enucleanda delegi:hoc,vt arbitrior,feci:facturus adhuc magis enucleatè ac sigillatim, si inimica nox non tãtoperè nos premeret.Proinde antequam diem clauso cõponat vesper olympo,properare me,ne dicam B
volare,seu præteruolare eas,quę ræsiduę sunt,
quæstiones, plurimùm
expedit.

QVAE-

A

QVAESTIO OCTAVA EXPOSITIVA.

B *Qualis fuerit ludus ille, seu persecutio Ismaelis erga puerum Isaacum, Genes. 21. & ad Galat. cap. 4.*

SVMMARIVM.

§. 1. Ludere in sacra scriptura multa significat. 1. illudere. 2. idolatrare. 3. coire. 4. occidere. 5. iocari. 6. gaudere. 7. exerceri. 8. illicitè lætari.

§. 2. Ismael & Isaac quot essent annorũ, cùm ludebant. Quòd volebat Ismael occidere Isaac. Et hæc est persequntio Pauli ad Galath. 4.

C *§. 3. & 4. Quòd ludere, vnum tantùm habeat significatum, scilicèt, ludendi: quod tamen extenditur, vel transfertur interdum ad alia.*

DE ludo illo Ismaelis erga puerum Isaacum, non vno, sed multiplici modo Doctores loquuntur. Communior interpretatio ea est, vt per ludum intelligamus idololatriam: ac proinde eatenùs dicatur Ismael cum puero Isaaco ludere, quatenùs eum in idolorum cultum perducere conabatur. Producunt statim locum illum

1. *Expositio, quod ludere significet idolatrare.*

Exod. 32. illum Exodi: Sedit populus manducare & bibere, & surre- A
xerunt ludere. Cùm tamen ad nihil aliud, quàm ad colen-
*Gal.*4. dum idolum surrexerint. Cùm autem Paulus ad Galat. 4. di
cit, Ismael persecutum fuisse Isaac, hoc ipsum intelligit: nã
nulla dirior ac atrocior persecutio excogitari potest, quàm
si eum pertraheret in idololatriam. Alij alia procedunt
via.

Ludere, in scriptura multa significat.

Verùm, vt vel vnam aut alterã ego quæstionẽ paucis ab
soluã, breuissimè dico, recurrẽdũ nobis esse ad Hebraicos
fontes, & inde hauriendam perfectam significationem vo
cis Hebraicæ, Mezahek מְצַחֵק quæ per verbum lu-
dendi traducta est à vulgato interprete. Oleaster in Gen.
c. 21. dicit, vocẽ, quę ibi habetur, significare propriè ludere,
1. *Illudere.* illudere, irridere. Idẽ habẽt. Lippom. ibi Gene. 21. & *Burg.* B
Eugub. Oleaster, de quo multa statim. Interim Nicolaus
Lyran. ibi, ait, vocem Hebræam, Mazahek à radice Zahac,
quæ ibi habetur, ad quatuor æquiuocam esse, scilicèt, ad
2. *Idolatrare.* idolatrare, coire, occidere, iocari. De primo liquet, ex
*Exod.*32. illo loco Exod. 32. Surrexerunt ludere, idest, idolum cole
re. De secundo, quòd, scilicèt, illud verbum significet coi-
3. *Coire.* re, patet ex Gene. c. 26. vbi vidit Amalech per fenestram
*Gene.*26. Isaacum ludentem seu iocantem cum Rebecca vxore sua,
id est, coeuntem, vt etiam obseruauit Caie. ibi super Gen.
26. & liquet ex eo quòd Amalech eo viso, accersito Isaac,
dixit ad eum, Perspicuum est, quòd vxor tua sit: nimirum
quia cũ illa coieris. Quod & ita intellexit Honcala. Quam- C
uis hunc sensum, vt ex Rabbinorum penu depromptum,
reijciat Lippoman⁹ in Catena ibi Gene. 26. Tertiò illa eadẽ
4. *Occidere* vox Hebraica significat occidere, vt. 2. Reg. 2. Surgant pue
2. *Reg.*2. ri, & ludant, id est, interficiant se coram nobis. Quod &
5. *Iocari.* re ipsa statim effecerunt, vt ibi patet. Quartò significat io-
cari, ludere, vt vulgò in scriptura.

* * Adijce & alias ludendi, & ludi acceptiones, si tamen
priùs iocandi atq; illudendi exempla, cuius nõdum tradidi,
Gene, 19. adducam. Genes. 19. visus est eis Loth quasi ludens loqui.
Iud. 16. Hoc est, illudens, imponens, fallens, mentiens. Et Iudic. 16.
Samson ludere, idest, coactus est crebrò coram Philisthæis
iocari.

A iocari: eos vt ad risum moueret, vt Vatabl. ibi. Et Prouerb. 26. Ludēs feci, seu, ioco feci, vt Vatab. ibi. Significat adhuc ludere, gaudere, lætari. 1. Paral. 15. Vidit Michol per fenestram, Dauid saltantem atque ludentem coram arca. Et Prouerb. 8. Ludēs coram eo omni tempore, delectabar per singulos dies, &c. Et Iob. 40. Omnes bestiæ agri ludent ibi. Vnde ludus exercitium vsumque ipsum significat. Isai. 57. Super quē lusistis. Et Eccle. 47. Dauid, cum leonibus lusit quasi cum agnis. Baruch. 3. Qui in auibus cœli ludunt. Demum ludere interdum pro illiciti gaudij repræsentatione capitur, Hierem. 15. Non sedi in conspectu ludentium. Et Thob. 3. Numquam ludentibus me immiscui.] *Prou. 26. 1. Par. 15. Prou. 8. Iob. 40. Isai. 57. Eccl. 47. Baruch. 3. Hiere. 15. Tho. 63. 11.*

B NVnc supponendum est Ismaelem, vt Caiet. ibi Gen. 21. supputat, tempore ludi huius. 18. annorū ætatē habuisse seu. 20. vt vult Abul. Puer autem Isaacus vix ad 6. annorū ætatem peruenerat: nā quando Isaacus natus est iam Ismael. 14. erat annorum, & transierat triennium lactationis Isaac, vt Caier. dicit. Quibus addit Abul. non esse vero simile, quòd Ismael tam adultus cum paruulo. 3. annorū luderet. Esset ergo Isaac quasi. 6. aut. 7. annorū & Ismael quasi. 20. Rursus sciēdum est, ante natiuitatem Isaac, Ismaelem, qui vnigenitus erat Abrahæ, multa indulgentia & charitate ab illo curari, & magno in pretio & æstimatione haberi. At nato Isaac, cœpit Ismael ab ipso haberi contēptui, & non solito gaudere fauore. Et in dies amplius cu- *Ismael & Isaac quot erant annorum cū ludebant.*

C ra paterna ac dilectione crescente erga Isaacū, decrescebat solicitudo & amor Abrahami erga Ismaelē. Hinc Ismael certior fieri cœpit, se ad paternæ hæreditatis primogenituram minimè vocandum esse, sed Isaacum potiùs sibi præferendum. Accedebāt probra, quibus Sara passim in Ismaelem inuehebatur, & veluti nothus esset, & ancillæ filius, non proprius. Quod grauissimè ac molestissimè ferre Ismaelē, necessum erat. His ergo de causis in mentem illi sępenumerò hæc subibat cogitatio, rem oportunam & sibi vtilissimam facturum, si Isaacum occideret: vt eo occiso, & sic de medio sublato, solitis ipse fauoribꝰ paternis potiretur. Accedebat insuper multa cōmoditas & opportunitas *Vnde motus Ismael ad occidendū Isaac.*

ipsum vt occideret, & sic voti euaderet compos: nam vt habet Scriptura, Ismael, cùm adolescceret, factus est iuuenis sagittarius. Sagitta autem eum transfigere & confodere perfacile sibi erat. A

Gene. 21.

Quòd Ismael volebat coire cũ Isaac.

Ergo vt concludam, quamuis mihi maximoperè probetur, quòd Ismael ludebat cum Isaac, id est, ei illudebat, & similiter eum ad idolomaniam inclinare satagebat: & forsan etiam ipsius paruuli infantia & innocentia abuti volebat, nefarium Sodomorum scelus cum ipso contendens perficere: nam totum hoc significat vox Hebræa, ludere: tamen ob prædictas coniecturas, quæ non sunt, vt arbitror, fallaces & inanes, existimo, potiùs eum occidere voluisse. Et tunc quadrantior esse videtur interpretatio Pauli, Galat. 4. quòd Ismael persequebatur Isaacum, id est, necem ei ac interitum afferre parabat. Scio, Abulens. loco citato, has illius Hebraici verbi multiplices expositiones, quas ex Lyrano retulerat, reprehẽdere & confutare. Sed eius rationes statim expendemus. Interim inceptum persequamur. B

Ismael occidere parabat Isaacũ.

Persuaderi ergo ampliùs potest, quòd Ismael potiùs occidere parabat Isaacum, quàm cum illo coire, aut eum ad idolorum cultum ciere, eò quòd, vt adnotauit ibi Caietanus, non dicitur in illo loco, quòd Ismael ludebat cum Isaac, sed quòd faciebat ludere cum illo. Est namque illud verbum Hebraicè tertiæ coniugationis, quod significat facere vt alij faciant: vt notat quoque Caietanus ibi. Ergo Ismael faciebat, alios pueros simul ludere cum Isaac, vt tumultus ludi, & multorum ludentium strepitus occultaret machinationem Ismaelis. Multis enim colludentibus cum gladijs & sagittis, faciliùs posset ipse puerum adoriri & interficere. Adhiberi potest & alia ratio odij vehementissimi, quo Ismael prosequebatur Isaacum, & eum vellet occidere: quia paulò ante viderat, in die ablactationis Isaac, fecisse Abrahamum grande conuiuium, ac festum solenne. Et hæc causa ferè redditur in textu, ob quam Ismael ludebat cum Isaac: id est, eum parabat occidere. Nam dicitur: Fecit Abraham grande conuiuium C

Genes. 21.

A uiuium in die ablactationis Isaac, cumque vidisset Sara Ismaelem ludentem cum illo, id est, insidiantem & interitum machinantem, &c. Seu (vt habet Acacius, quem Lippomanus refert, in Catena) pugnantem & persequentem, vt ibi, Surgant pueri, & ludant. Et dicit Histor. Scholast. capit. 56. quòd dum simul luderent, Ismael lædebat Isaacum. Quod fauere videtur huic interpretationi.* Nec prætereundus tibi est Viues, lib. 15. de Ciuit. cap. 2. qui dubitationem D. Hierony. & loci variam significationem exaggerat.] 2. Reg. 2. *

III. Vera interpretatio vocis, Ludere, cõtra Lyr.

VErumtamen totum hoc irridetur à Doctoribus, nempe à Paulo Burgens. à Lippomano, à Caietano, ab Eu-
B gubino, ab Oleastro, à Vatablo, ab Abulens. diligentissimis scriptoribus. Qui omnes vnà inuehuntur in Lyranum, quòd tot assignet significationes illi verbo, quod ibi ponitur, מְצַחֵק Mezahek, pro ludentem. Nam verbum Zahac, vnde deducitur Mezahek, propriè ac verè solùm significat ludere, vt Abulensis ac Burgensis diligenter obseruant: vnde nunquam ponitur in Scriptura pro coire, occidere, idolatrare, sed solùm pro ludere. Et quamuis per metaphoram aliquando extendatur illa vox, Mezahek, apud Hebræos, ad significanda quædam alia, quæ cum ludo habent propinquitatem, non ideò fit quòd sit æquiuoca, & quòd propriè significet aliud quàm ludere.

Cõtra Lyr. quod vox ludere nunquam ponitur nisi pro ludere.

C Vnde in illo loco Geneseos 26. cum Amalech vidit per fenestram Isaac, ludentem seu iocantem cum Rebecca, non intelligitur de ludo coitus, sed de quibusdam præludijs, quæ inter coniuges præcedere solent coitum. Rursus licèt 2. Regum 2. dicatur, Surgant pueri & ludant: & statim surrexerint, vt se ipsos interficerent: non ideò fit quòd ludere significet occidere, sed significat ludos plerosque, vt gladiatorios & torneaméta, &c. quibus interdum adiungi solet mors: sicut tunc adiuncta est ludo illi. Rursus Exod. 32. Surrexerunt ludere, ibi, ludere, non aliud significat propriè, nisi ludum illum, quo canebant, & vociferabantur in reuerentiam idoli, &c. Et ita, ait Abulensis, tollitur æquiuocatio vocabuli Hebraici

Gene. 26.

2. Reg. 2.

Exod. 32.

Hebraici Zahac, & Mezahek, nam solùm significat, lude- A
re: ac proinde illa vox Hebraica semper quàm optimè per Latinum, ludere, versa est à vulgato. Ita etiã Burg. Oleast. & etiam Eugub. qui contumeliosè hac in parte loquitur contra Lyranum.

1111. Defenditur Lyranus ab aduersarijs.

SEd quidquid sit de vocabuli Hebraici æquiuocatione, sat videor mihi videre, has calumnias aduersus Lyranum, præfatis interpretationibus non officere. Nam admittere possumus, vocem illam semper optimè verti per ludere. Nihilominus iuxta antecedentia & consequentia eiusmodi ludum aliquando ordinari ad Venerem, & ita significare rem Veneream, vt infra Genes. 26. & fortè etiã in hoc loco. Nam Glos. Interlin. dicit, quòd ludere Ismael- B
lem cum Isaac, nihil erat aliud quàm docere illum esse lasciuum & lubricum, sicut ipse erat. Vnde Vatab. pro, ludentem, vertit, lasciuientem. Rursus aliquando ludus ordinatur ad necem, vt cùm gladiatores colludentes, & agitantes tauros, & exercentes equos, & torneamentis ludentes, exponũt se mortis periculo, vt 2. Reg. 2. Et sic hoc loco talis generis ludum poterat Ismael exercere cũ puero, vt illo niteretur eum necare. Deinde ludus ad idolorũ cultum ordinari potest, nam in honorem Deorum gentilium innumera ludorum genera instituta erant, vt quæstione sequenti tractabimus. Et sic verum haberi potest quòd alij communiter cum Histor. Schol. super Genes. c. C
56. tradunt, Ismaelem ludentem cum Isaac, fecisse ei imagines quasdam idolorum luteas, vt eas adoraret. Tandem ludere interdum ad illudendum & deridendum aliquem ordinatur. Et in hunc modum verè potuit Burg. & Vatab. in scholio huius loci dicere, ludum hunc Ismaelis esse irrisionem quandam, qua deridebat Isaacum, vt ibi videre licet. Cùm ergo vocabulum Latinum, Ludere, & Hebraicum Zahac, vel, Mezahek, expositum sit ad omnia hæc ludorum genera, licitum nobis esse debet eligere, quæ textui quadrantior videtur. Quam ego probabiliter existimo esse eam, quam adduximus, quòd, scilicèt, vellet eum occidere. Quanuis quòd vellet cũ eo coire, seu potiùs quod

cum

A eum in Venerem pertrahere vellet aut in idololatriã, non careat multa probabilitate. Et adhuc probabilius sit quòd illudebat ei & irridebat, vt quàm optimè tractatum videre licet in ipso Burg. & etiam in Dionys. Carth. ibid. Genes. 21. Quòd verò in textu Hebraico ibi, nõ sit vox Isaac, sed aliæ pro alijs positæ sint, nihil officit veritati translationis, id est, eius integritati, sententiæ, & intelligentiæ, vt notant Lippomanus, & Eugubinus, & Olealter.

QVÆSTIO

A

QVAESTIO NONA SCHOLASTICA.

B

Vtrùm comœdiæ, cæteriq́ue ludi scenici licitè fœminarum ministerio apud Christianos agantur.

SVMMARIVM.

§.1.& 2. *Scena, scenophegia, Comœdia, Tragœdia, unde & quarè sic dictæ.*

§.3. *Loca prædictorum ludorum & spectaculorum, circus, theatrum, &c.*

§.4. *In quos vsus hi ludi primùm inuenti. D. Augast. comœdijs plurimùm concitabatur. Fœminæ cæperunt in comœdias vocari.*

C

§.5.6.& 7. *Testimonia Patrum & inuectiuæ in Comœdias. Quòd fœminæ Angelis fuerint cadendi motiuum & occasio, ex Patribus. Explicatur locus Genes. 6. Videntes filij Dei filias hom.*

§.8. *Ex profanis multa contra theatricam fœminarum licentiam. Quòd viros graues hæc dedeceant. Ex Concilijs nonnulla.*

§.9. *An peccent mortaliter ipsi Comici Mimiciq́;. An qui vendunt aleas, chartas, venena: qui condunt & conducunt Iudæis, meretricibus, Synagogas, lupanaria, &c.*

§.10.

A §.10. *Comœdiæ, quibus cantus, gestus, motus, turpes, lasciuiáque gerantur, peccata sunt mortalia; secus verò, si non lasciuæ, quamuis profani.*


§.11. *Inspectores horum ludorum, & eis assistentes, quando, & quomodò contingat peccare, & quando non.*

§.12. 13. & 14. *An sint infames hi scenici & comici.* & §. 13. *resoluitur, an sit peccatum eorũ ludis assistere. Cur olim arcebantur à communione.*

§.15. & 16. *An sint necessarij in Repub. isti ludi. Cytharistæ, vulgò, Musicos, qua censura notandi.*

§.17. *Præ alijs sanctis Patribus, Diuus Chrysostomus acerrimè inuehitur in hanc gentem, & eorum spectatores. Refe-*

B *runtur fragmenta eius, &c.*



D de me vellẽ verè dici posset, quod Lactantius de Diuo Cypriano verissimè dixit, Discerni facilè non posse, vtrùmne Cyprianus ornatior in eloquendo, an potentior in persuadendo, an facilior in explicando fuisset. Ego nãque, qui nec dictionis eloquẽtiam, nec argumentãdi subtilitatem, nec acerbitatem ad reuincendum, nec vllum authoritatis pondus ad suadendum habeo, quo pacto argumentũ hoc de comœdijs, quod illas omnes conditiones in dicente requirit, tractare debeam, prorsus ignoro. Quia tamen pensum ego meũ ac munus absoluere hodie debeo, & á Doctissimo proponẽte in hanc disputationem vocor, quamdiu alter præsto non est, qui me dicendi onere, & vos molestia audiendi mei, sua in dicendo suauitate leuet, ego dicam, vos, precor, auscultetis. *Lib. 5. c. 1. diui. inst.*

C

I. *Scenæ quid sint.*

QVid scena, quid comœdia, quid tragœdia, &c. sint, initio dicamus. Scenæ primũ erant tabernacula ex frondibus inumbrationis causa composita. Fuere primùm in Syluis & montibus. Virgil. 1. Æneid.

——— Tum syluis scena coruscis,
Desuper horrentique atrum nemus imminet vmbra.

Hinc

Scenophegia apud Hebræos.

Hinc scenophegia, apud Hebræos, dicebantur festa illa, quibus Hebræi ruri conuenientes in vmbrosis tabernaculis memoriam renouabant eius temporis, quod ruri in tabernaculis transegerãt. In his scenis olim iuuenes Athenienses, cum adhuc ruri in pagis & vicis agerent, recreandi animi causa, nonnunquam conueniebant, vbi incondita quædam carmina & fabulas, & ludos alios, à scena scenicos appellatos agitabant: donec deinde in vrbem & oppida redacti homines, artificiosas fabulas & ludos adinuenerunt, & loco illi in quo hæc gerebantur, antiquum scenæ nomen relictum est, & ludis ipsis nomen à scena deriuatum. Ita habet Aristot. latissimè in Poetica, paulò post initiũ; & inde id desumpserunt Donatus in Commentarijs Terentij, Ludouicus Viues super lib. 2. de Ciuit. Dei. c. 8. Iulius Cæsar Scaliger, lib. 1. Poetices, Ioannes Rosinus lib. 5. Antiqui. Roman. Lilius Gyraldus, Onufrius Panuinus, & plerique alij.

A

B

II. *Vnde dicta sit Comœdia, tragœdia, Satyra, Mimus.*

COmœdia, Tragedia, Satyra & Mimus, species quædam sunt ludorum scenicorum. Comœdia à vocabulo Græco, Comon, quod significat vicos: seu à Como, lasciuiæ & comessationis Deo, seu ab vtroq;, eò quòd in vicis & pagis lasciuirent & comessarentur ludentes, dicta est. Ita Arist. in Poet. Tragœdia licèt multiplex habeat etymon, vt in Lilio Greg. Gyraldo, Dialogo. 6. Historiæ Poetarum, paulò post initium, tamen communior sententia est, quòd ab hirco, qui Græcè dicitur, tragos, dicta sit: nam veteres in Græcia agricolæ cum pro anni prouentu festa Libero facerent, cœpit in præmium ludorum proponi caper, vel capri sacrificati corium plenum vino: inde nomen tragœdiæ deductum. Allusit Horatius:

Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum.

Et Virsil. ab illo,

Non aliam ob causam Baccho caper omnibus aris.
Cæditur, & veteres ineunt proscenia ludi.

C

Ex inde ludis huius generis in artem iam reductis nomen Comœdiæ & Tragœdiæ datum est. Satyra vnde dicta variè traditum; non multum retulerit id exquirere.

Mimus

A Mimus est sermonis cuiuslibet aut facti, aut motus cum lasciuia imitatio. Inde Mimi imitatores: Pantomimi, omnium rerum ac personarum imitatores: Archimimi, principes inter Mimos. Lege Diomedem Grammaticum, & Budæum doctissimum, in Proœmio Annotationum in Pandectas, Rosinum, lib. 5. c. 6. Antiq. Rom.

Quid distet inter Comœdiã & Tragœdiam.

Tragœdiæ & Comœdiæ nomen apud nos viget. Proinde quid inter eas distet paucis accipe, ex Arist. in Poëtic. Comœdia, amores, tales, priuatos homines, mitiores affectus, verba demissa, exitus iocundos habet. Contrà verò Tragœdia, luctus, cædes, perturbationes; Heroes, Reges, verba atrociora, res grandes, exitus funestos continet: &,
B vt dixit Horatius de Arte Poëti. ampullas & sesquipedalia verba. Euripides Poeta, petente Archelao Rege, vt de se Tragœdiam scriberet, abnuit, Deosque precatus est, ne Archelao ipsi aliquid accideret, quod esset Tragœdiæ proprium, id est, triste & infaustum. Narrat ita Lil. Greg. Gyraldus, Dial. 6. paulò post initium. Omnis comœdia de fictis est argumentis, Tragœdia sæpè ab historica fide petitur. Tragœdiæ, Thespis fuit primus inuentor. * Horat. in Art. Poet.

Ignotum tragicæ genus inuenisse camœnæ
Dicitur & plaustris vexisse poëmata Thespis.

Quamuis Plato, in Minoe, vel de lege, ad finẽ, de sua Athe
C nienſium Repub. loquens, sic dicat: Tragœdia verò hìc est antiquissima, nec, vt plærique putant à Thespide aut Phrynicho, sed longè antiquius huius ciuitatis inuentum. At Comœdiæ inuentor, Eupolis.] Quamuis Homerus iam olim nõnullum huius exemplum præbuerit: nam Iliadem quidẽ instar Tragœdiæ, Odysseam verò ad imaginem Comœdiæ fecit. In Comœdijs vtebantur Socco, hoc est, calceamento humili: in Tragœdijs cothurno, quod erat calceamenti genus grande, proceris ac superbis hominibus aptum, quales erant Tragœdi. Lege Iulium Cæs. Scal. lib. 1. c. 13. 14. & 15. Gyraldum, Dialogo 6.

Soccus.
Cothurnus.

III.

Loca spectaculorũ quæ.

LOca, in quibus isti & alij ludi gerebantur, erant insignia, Theatrum, Amphitheatrũ, Circus. De his multa

Tertullianus in Libello quem edidit de Spectaculis. Theatrum erat in modum hemicycli, cuius in vtroque cornu scenæ erant ad videnda spectacula fabricatæ. Celebratur M. Scauri Theatrum, opus maximum omnium, quæ vnquàm fuere humana manu facta. Capiebat. lxxx. millia hominum. Ita habet Plinius libr. 36. cap. 15. Amphitheatrum ædificium erat rotundum, quasi ex duobus theatris, quæ semicirculi figura constabant; circumquaque spectandi vsum præbens. Celebratur amphitheatrum Pompeij à Plinio lib. 36. cap. 15. quod capiebat. xl. millia hominum. Circus erat locus muris septus, planus & rotundus. Celebratur Circus Maximus inter Palatium & Auentinum, qui, authore Plinio, ducenta & sexaginta hominum millia sedentium capiebat. Lege Ioannem Britanni cũ in Iuuenal. Satyr. 3. Porrò vt in Circo omnes sederent molliter, erat Magistratibus tomentum, hoc est, ex lana vel pluma confectæ quasi culcitræ, super quibus sederent. Vnde dixit Martialis. lib. 14. tomentum Circense, quia in Circo erat. Multitudini autem aliud tomentum substerne batur è concisis arundinibus, cuius meminit Seneca lib. de Beata vita. Ne verò quis importunè sedendo alteri molestus foret, sedilia cancellis erant separata. Per Circum nuces & cicer & aquam circunferebant serui clamando, vt sitienti & esurienti plebi præberent, vt ex Ouidio, Plauto, Horatio colligitur. Sub Circo in cellulis antri sve subterraneis, mulieres habitabant, quæ corporum copiam & quæstum volentibus facerent. Latè in Ioanne Rosino, lib. 5. Antiq Rom. cap. 4. Scaligero, Onufrio diligentissimo nostri ordinis scriptore, & alijs, qui de Romanis Antiquit. scripserunt.

Theatrum. Amphitheatrum.

Circus. Circus Maximus capiebat 260000. homines sedentes.

A

B

C

IIII. In bonos vsus institutæ sunt ludi scenici.

TErtio loco, in quos vsus ludi scenici instituti sint, videamus. Refert Ludouicus Cœlius lib. 5. Lectionum Antiquarum. cap. 7. ex Polybio, & alijs, eatenùs adinuentos à Gentilibus, quatenùs in feritatem & austeritatem homines ne abirent, sed mansuetiores voluptate reddere tur. Vnde ingraueſcente aliquando peste, apud Romanos, hi ludi inuenti sunt, authore August. lib. 1. de Ciuit.

cap.

A cap. 32. & lib. 2. c. 8. & Valerio. lib. 12. c. 1. Quinimò, vt ibi tractat Auguſt. & Valerius, etiam religionis cauſa inſtituti ſunt. Nam Dij ſe his ludis coli & venerari ac placari inſtituerunt, præſertim Liber Pater, hoc eſt, Dionyſius, authore Gyraldo. Erant ferè cuiq; Deo ſui ludi, & ſua ſacra, & inde tracta nomina, Bacchanalia, Floralia, Apollinaria, Cerealia, Vertumnalia. Latiſsimè in Alex. ab Alex. lib. 6. Dierum genialium, cap. 8. *Ludi ſcenici in honorē Deorum.*

Hinc in bonam partem, inque bonum vſum ludi ſceni ci vſurpati interdum ſunt apud antiquos. Comœdiam nã que ex Cicerone definit Donatus, eſt imitatio vitæ, ſpeculum conſuetudinis, imago veritatis. Nam ſicut intenti
B ſpeculo vera lineamenta facilè per imagines colligimus, ita in Comœdia imitationem vitæ & conſuetudinis animaduertimus. Eſt Tragœdia (ait Ariſt. in poet.) imitatio ſtudioſæ & perfectæ actionis. In ea vitæ documenta ſunt (ait Gyrald. ex Timocle.) Nam ſi pauper es, inopiam ferre diſces à Telepho: ſi cæcus à Phineo, &c. Documenta Tragœdiæ diſces ex Athenæo, lib. 7. Dipnoloph. Quia enim multùm Comœdijs & Tragœdijs ac Mimis commouemur, vt ait Ariſt. 8. Politicorum. cap. 5. non dubium, quin ſi res honeſtæ & piæ à Comicis, Tragicis, Mimicisq; gerantur, magno erunt emolumento populo. Hinc ſaltationes, quæ motibus & geſtibus corporis, artificio quo-
C dam, numero & ratione geruntur, adhiberi etiam cœperunt ludis ſcenicis. Nam nec hæ in malos vſus, ſed in honeſtos & bonos inſtitutæ ſunt. Filij certè nobilium vtpotà Senatorum (verba ſunt Macrobij, lib. 3. Saturnal. c. 14.) in ludum ſaltatorium commeabant. Et matronæ etiam ſaltationem non inhoneſtam putabant, & inter probas earum erat ſaltandi cura: dummodò non curioſa vſque ad artis perfectionem: Quid enim, ait Salluſtius, pſallere, ſaltare elegantiùs quàm neceſſe eſt probæ? Adeò & ipſe Sempronium reprehendit, non quòd ſaltare, ſed quòd optimè ſaltare ſcierit. Hæc Macrobius. Cæterum abuſi ſunt homines his artibus, eas in prauos fines ordinantes. Hinc nomina hęc Saltatores, Mimi, Scenici, Comœdi, Circus, *Comœdiæ vtilitas & fructus.* *Saltationes comœdijs adhibitæ.* *Saltare ſciat fœmina, ſed non admodũ benè, ex Macro.*

Theatrum, Spectacula, malè audiunt apud antiquos, & apud nostri etiam temporis viros graues, vt ex Tullio, Suetonio, Plutarcho, Augustino, Tertulliano, Basilio, Chrysostomo, viris ingenio & authoritate præstantibus, patebit inferiùs. A

D. Augu. in tragœdijs quò magis dolebat eò magis gaudebat.

Diuus Augustinus, lib. 3. Confessionum, cap. 2. & 3. qui in vilibus etiam & demissis rebus magnificum & elegans semper ostentauit ingenium, fatetur se dum esset iuuenis, plurimum capi studio spectaculorum. Sed attende quod esset eius votum, quis affectus & finis. Rapiebant (inquit) me spectacula Theatrica, plena imaginibus miseriarum mearum & fomitibus ignis mei. Quid est quòd homo ibi vult dolere, cum spectat luctuosa & tragica, quæ tamen pati ipse nolet? Et tamen pati vult ex eis dolorem spectator, & dolor ipse est voluptas eius. Et, si imagines illæ sic agantur, vt qui spectat non doleat, abscedit inde fastidiens & reprehendens. Si autem doleat, manet intentus, & gaudens lacrymatur. Ergo amātur & dolores? Et mox: Ea mihi magis placebat actio histrionis, meque alliciebat vehementiùs, qua mihi lacrymæ excutiebantur. Hæc August. Quò spectat Tertullia. lib. de Spectaculis, sic aiens: Nemo ad voluptatem venit sine adfectu, nemo adfectum sine casibus suis patitur. Si cessat adfectus nulla est voluptas, & est reus iam ille vanitatis eò conueniens, vbi nihil consequitur. Ita Tertul. Vana appellat spectacula vbi affectus non commouentur, & vbi dolor non sentitur: quæ verba sunt plurimum expendenda; nam vim explicant quæ inest repræsentationibus ad commouendos, & in vtramuis partem flectendos animos. Verùm per nostrum scelus & corruptionem corrupta hæc sunt iam exercitia & spectacula, vt liquebit inferiùs. B C

Fœminæ cœperunt introduci in scenis & comœdijs.

Cœperunt fœminæ vocari & admitti in ludos scenicos, vt certas etiam personas agerent. Cùm verò in lasciuiam & turpitudinem iam abijssent ludi isti, non poterant mulieres inde libidinem pellere, imò augerent, opus erat. Ex Gyraldo liquet, Phrynicum (cuius meminit Plato, libro 7. seu in Minoë, ad finem. & Plutar. libro 1. Sympofiacon)

A con)fuisse qui primùm mulieres in scenas introduxit. Erãt sacra, seu ludi Deæ Floræ, scorti olim excellentis (qualis Dea!) In his ludis fœminæ denudari, & pudendis obscœnisque in uelatis per luxum & lasciuiam, impudicos iocos agere solebant. Verba sunt Alexand. ab Alexand. libro 6. Dierum genial. cap. 8. Horum meminit Lactant. libro 1. Augustin. lib. 1. & 2. de Ciuitat. Valer. libro 2. cap. 5. Refert etiam Macrobius, libro 3. cap. 14. mulieres olim cum cynædulis & psalterio & sambuca ire in ludum histrionum, &c. vsque ad illud, Ductus sum in ludum saltatoriũ, plus medius fidius in eo ludo vidi pueris virginibusque sexcentis. Receptissimum iam & solennissimum id apud
B nationes ferè omnes scimus, vt ministerio fœminarum peragantur hi ludi.

V. Hinc iã de dãnis illatis ex repræsentatio nibus mulierum.

AD optatum ergo ac propositum locum, non per inhospita tesqua, sed per amœna, vt arbitror, tempe paulatim deducti: videamus iam quæ damna mulieres suis cantibus, saltibus, motibus inferant, inde vt eliciamus, ipsæ an peccent, an spectatores, an magistratus. Isti permittendo, illi spectando, illæ tandem faciẽdo. Nec verò animus fert laxare, sed premere manum, nec immorari in hoc immenso campo, sed solùm quod ad repræsentationes & saltationes fœminarum attinet, breuiter enunciare. Proferam autem mixtim sacra & profana, sed vtraque ex purissimis
C grauissimorum scriptorum fontibus hausta.

Chrys. diuinè ad propositum. Matt. 5.

Diuus Chrysostomus in quadam homilia, cuius titulus est, Periculosum esse adire spectacula, de Dauid & Saul, tom. 1. conijciens oculos in ea nocumenta quæ imminẽt iuuenibus, si mulieres in spectaculis agentes, videãt, & audiant, sic loquitur: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quòd si mulier spontè ac fortè in foro obuia & neglectiùs culta, sæpenumerò curiosiùs intuentem cœpit ipso vultus aspectu: isti qui non simpliciter, neque fortuitò, sed studio, & tanto studio, vt Ecclesiam quoque contemnãt, & hac gratia pergunt illùc, ac totum ibi desidentes diem in facies fœminarum defixos habent oculos, qua fronte poterunt

dicere, quòd eas non viderint ad concupiscendum? Vbi A
verba quoque accedunt fracta, lasciuaque: vbi cãtiones me
retriciæ, vbi voces vehementes ad voluptatem incitan-
tes, vbi stibio picti oculi, vbi coloribus tinctæ gennæ, vbi
totius corporis habitus fucorum impostura plenus est,
aliaque insuper multa lenocinia ad fallendos inescandos-
que intuentes instructa. Accedunt hùc irritamenta per fi-
stulas ac tibias, aliaque huius generis modulatio in frau-
dem illiciens mentisque robur emolliens. Etenim si hic in
Ecclesia, vbi Psalmi, vbi diuinorum verborum enarratio
Si in Eccle vbi Dei metus multaque reuerentia, frequenter ceu latro
sia subin- quispiam versutus clam obrepit concupiscẽtia, quomo-
trat libido, do qui desident in theatro, qui nihil sani neque audiunt, B
& in Psal- neque vident, qui vndique obsidionem patiuntur per au-
modia, quid res, per oculos possunt illam superare concupiscentiam?
erit in scena Et statim. Non metuis, non expauescis, dum oculis, qui-
& comœ- bus illic lectum, qui est in orchestra spectas, vbi detestan-
dia. dæ adulterij fabulæ peraguntur, ijsdem hanc sacram men-
sam intueris, vbi tremenda peraguntur mysteria? Dum
ijsdem auribus audis & scortum obscœnè loquens, & pro
phetam Apostolumque ad arcana scripturæ introducen-
tem? dum eodem corde & lethalia sumis venena, & hanc
hostiam sanctam & tremendam? &c. Lege vsque ibi:
Dumque sonitum vocis geris in auribus tinnientem: cum
que his, vultus, motus: breuiter, omnia illa meretriciæ C
libidinis simulacra, nihil eorum quæ domi sunt, cum vo-
luptate intueris. Ipsam etiam Ecclesiam posteà minus li-
benter visurus es, cum tædio audies sermonem de pudi-
citia & de modestia. Hæc Chrysost. Qui super Mat-
Rursus thæum, homil. 48. dum inuehitur in saltatricem illam in-
Chrysost. cestam & effrontem, diuinè loquitur. Vbi, inquit, saltu
lasciuus, ibi Diabolus certè adest. Quòd si corpus defor-
me fit impudenter saliendo, quanto magis animam fœd.
ri credendum est? His tripudijs Diabolus saltat, his à Dæ
monũ ministris homines decipiũtur. &c. Et super Epist
ad Colos. homil. 12. sic loquitur: Vos nec ad nuptias ne
saltationes nec choreas accedatis Sathanicas. Vide quid i
neneri

A uenerit Diabolus. Quoniam ipsa scenę & eorum, quæ illic inhonestè geruntur, natura mulieres abegit, in ipsorum mulierum conclaue & cõtuberniũ Theatri turpitudinem abduxit, molles dico & scorta, &c.

Diuus Basilius, Chrysostomo, sanctitate, ingenio & elo quẽtia supparem, in Sermone de ebrietate & luxu, idem quod Chrysostomus facit argumentum à minori ad maius, Qui mulierem (inquit) ad concupiscendum viderit, iam mœ- *Matth. 5.*
chatus est in corde suo. Si fortuiti occursus his qui obiter mulierculam inspexerunt, tantum pariunt periculi, quãtò maius fuerit, cum de industria congrediuntur, cum dedita opera mulieres in ebrietate & conuiuio, omni lasciuo ge-
B stu, saltatione, cantu impudico ad libidinem effrænes iuue nes inuitantes spectantur? Quid dicunt, aut quid causantur ex his spectaculis, vbi tot mala congregantur? Et paulò superius ad idem multa congerit.

* D. verò Hieronymus, latinorum oratorum nulli elo- *
quentia & eruditione secundus, & refertur à Lud. Viue, libro. 1. de Institutione fęminæ Christianæ, sic loquitur: Mulier procedens in publicum non pectus & colla denudet, nec pallio reuoluto ceruicem aperiat; sed celet faciem, & vix vno oculo, qui vię necessarius est, patente regrediatur: nec spectare cupiat nec spectari, nec oculos mobiles huc atque illuc iactet: nec quærat, quis illic aut illic habitet, quæ vix vicinos suos debet nosse. Tecta
C vult esse omnia in Virgine, præter oculos, viæ duces. Hactenus, ex Hieronymo, Viues.]

Demùm in eandem sententiam amicè omnes patres conspirauerunt. D. Aug. 1. de Ciuit. c. 32. Ludi scenici, inquit, spectacula turpitudinum, licentia vanitatum, non hominum vitijs, sed Deorum vestrorum iussis Romanis instituta sunt. Et libro. 2. c. 8. 11. 13. & 14. post Tertullianũ in Apologetico, cap. 15. plurimum inuehitur in Deos Romanorum, quòd ludis scenicis coli se vellent. Et Tertullianus, c. 38. Nihil est, inquit, nobis visu, auditu, dictu cum insania Circi, cum impudicitia Theatri, cum atrocitate arenæ, cum Xysti vanitate. Refert August. suprà, Histriones

Histriones Romæ non habebantur pro ciuibus.

qui ludos scenicos exhibebant in ciuitate Romana, pro ciuibus non haberi, cum tamen in vrbe illa, alia multa millia hominum flagitiosissimorum locum haberent. A

V 1.

Quòd mulieres visæ ab Angelis, eis ruinæ causa fuerunt.

VErùm magnifica & elegans exaggeratio est, quã Tertullianus in lib. de Virginibus velandis, attulit, vbi primùm ponderat damna quæ viris imminent si mulieres videant, & quæ mulieribus si videri cupiant. Eiusdem, inquit, libidinis est videre & videri: tàm sancti viri est suffundi si virginem viderit, quàm sanctæ virginis si à viro visa est. Deinde contendit etiam Angelis occasionẽ ruinæ fuisse conspectas ab ipsis fœminas. Probat ex illo Genes. 6. Conspicati filij Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores, &c. Per filios Dei, Angelos intelligit, qui visis mulieribus in earum libidinem accensi sunt. Debet ergo (inquit) adumbrari facies tàm periculosa, quæ vsque ad cœlum scandala iaculata est: nam facta est rea Angelorũ exterminatorum. Iam aliquando illam libertatem capitis sui comprimat, iam nec hominum oculis offerendam. Et mox, ideò existimat à Paulo præcipi, vt velentur capita mulierum propter Angelos, quibus aliquando occasionem cadendi dedere. Nã quòd iste sit sensus illorum verborum, Videntes filij Dei filias hominum: & quòd Gigantes illi, quos ibi memorat Moyses, ex Angelis & fœminis geniti sint, non solùm Tertullianus, sed & innumeri alij tenuere. Quodque eò Angeli de cœlo ruerint, quòd cum fœminis coierint, habet Ambrosius, lib. 1. de Noe & arca. c. 4. & lib. 1. de Virginibus, non longè à fine, dicit: Castitas Angelos fecit. Qui eam seruauit, Angelus est, qui eã perdidit, Diabolus est. Quã præclarum est, Angelos propter intemperantiam suam in sęculum cecidisse de cœlo, virgines propter castimoniam in cœlum transisse de sæculo. Chrysostomus, homil. in Festo Decollationis Ioannis Baptistæ, Mulier, inquit, non solùm homines, sed etiam Angelos de cœlo prostrauit. Apertiùs Lactantius libro 2. cap. 15. Angeli, inquit, quos Deus in mundum ad tutelam hominum miserat, mulierũ congressibus inquinati sunt. Tum in cœlum ob peccata, quibus

Gene. 6.

B

1. Cor. 7.

Quòd plurimi Patres tenẽt amore mulierũ arsisse Angelos.

C

A quibus se immerserant, non recepti, ceciderunt in terram. Sed opus minimè est, ego vt Patrum dicta transcribam, citabo loca; inde, si velit, lector excribat. Iustinus Martyr, in Apologia ad Senatum Romanum, & in Apologia ad Antoninum Pium, Clemens Alex. lib. 3. &. 5. Stromatum, Eusebius, lib. 5. de Præparatione, Basilius, lib. de Vera virginitate, longè post medium, Methodius Olympi Episcopus, Cyprianus, Seuerus Sulpicius, Iosephus, Suydas, vt in Genebrardo lib 1. Chronicæ, circa annum mundi. 1056. & Syxto lib. 5. Bibliothecæ Annot. 72. &. 77. idem habent.

prædicta Patrum sententia confutatur.

Cæterùm quàmlibet multi hoc teneãt, non debent virum doctum in eam sententiam trahere, nam falsissima est: B eius falsitas (vt ego aliò me conferam) ostenditur ab eodem Chrysostomo, homil. 22. in Genesin, Cassiano Chrysostomi discipulo, lib. 12. Collationum, cap. 8. Philastrio in Catalogo hæreseon, cap. 108. Hieronymo in Quæstionibus in Genesin, Augustino, in eisdem, & lib. 15. de Ciuit. cap. 23. Cyrillo Alex. lib. 2. Allegoriarũ in Pentateuchũ, sermone 2. &c. Hęc itaque à me dicta sunt, vt ostenderem quantum damni cõspectus fœminarũ inducat, vt etiam Angelis fuisse occasionem ruinæ, existiment Patres. Quãtò ergo maiora ac certiora damna dicerent sancti imminere miseris hominibus, præsertim iuuenibus, qui Angeli non sunt, nec fœminarum facies solùm videre, sed earũ pedes, suras, gestus, motus, saltus, comœdiasque, & repræsentationes videre C percupiunt.

VII. Prosequutio dictorũ Patrum aduersùs mulieres scenicas.

AD rem itaque reuertamur. Socratis in libro. 4. hist. Eccles. cap. 23. ex Euagrio historiæ etiam Ecclesiasticæ scriptore, de Sancto Pambone verba sunt ista: Hic Pambo, adhortante Athanasio Episcopo, Alexandriam ex eremo venit. Cùm autem ibi mulierem theatricam vidisset, illacrymabatur. Rogantibus qui aderant, quamobrem lacrymatus esset: Duo me, inquit, monuerunt, vnum mulieris huius perditio: alterum, quòd tantum ego diligentiæ non impendo vt Deo placeam, quantum illa vt hominibus obscœnè placeat. Hæc Socrates. Demùm, quia Doctorum abundè adglomeraui, vnius Tertulliani grauissi-

uissima verba producam, qui lib. dè Spectaculis, ad finem A
Quòd veri Christiani habent scenas alias diuinas & sanctas spectacula.
postquàm multa contra ludos hosce theatricos & gladiatorios, dixerat, confert eos cum sacratissimis Christianorum spectaculis dicens: Si scenicæ doctrinæ delectant, satis nobis literarum est, satis versuum, satis sententiarum, satis etiam canticorum, satis vocum: nec fabulæ, sed veritates: nec stropha, sed simplicitates. Vis & pugillatus & luctatus? præsto sunt. Aspice impudicitiam deiectam à castitate, perfidiam cæsam à fide, sæuitiam à misericordia contusam, petulantiam à modestia adumbratam: & tales sunt apud nos agones, in quibus ipsi coronamur. Vis autem & sanguinis aliquid? habes Christi. At supersunt alia spectacula. Ille vltimus & perpetuus iudicij dies, ille nationibus insperatus. Quæ illa exultatio Angelorum? Quæ B
gloria resurgentium sanctorum? quale regnum exinde iustorum? qualis ciuitas noua Hierusalem? Quæ tunc spectaculi latitudo? quid admirer? quid rideam? vbi gaudeam? &c. Tunc magis tragœdi audiendi ad inopinati Christi tribunal palpitantes: tunc histriones cognoscēdi solutiores multò per ignem: tunc spectandus auriga, in flammea rota totus rubens: tunc xystici contemplandi non in gymnasijs, sed in igne iaculati, &c. Hæc Tertullianus. Lactantij porrò, & Cypriani, & aliorum sententiæ ac dicta his sunt similia.

VIII. Ex Ipsanis testimonia aduersus mulieres scenicas.

DEinde quantum Gentilium Respublicæ probè institutæ hanc fœminarum theatricarum licētiam execratæ C
sint (vt Ethnici vnà cum sacris fortius & ineluctabilius conficiant argumentum ad eliminandum è Christianorum finibus vlum, seu, vt verius dicam, abusum hunc fœminarū) liquet ex eo quòd. Q. Sempronius Sophus, vt scribit Val. Max. lib. 6. c. 3. coniugem repudiauit, eò quòd se ignorāte, ludos spectare ausa est. Quid faceret, si ipsam lu dorum effectricē sciret, postquàm spectatricem tanto affecit probro? Quinimò Sulpitius Gallus, eodem Valerio referente, ibidem, vxorem dimisit, quòd discooperto capite incessit publicè. Quid si pedes suraſq; saltans detegeret? Alciatus lib. 1. Emblem. 100. Venerem à Phydia, refert, depi-

depictam insidentem testudini. Testudo porrò animal est quod nec vocem vnquam edit, nec vno vsquam loco mouetur. Hinc Venus ibi sic loquitur. *Mulieres tacitas & quietas, &c.*

Quodque manere domi, & tacitas decet esse puellas,
Supposuit pedibus talia signa meis.

Scilicèt ita faciunt fœminæ istæ Comicæ, Mimicæ, Saltatrices. Domi manẽt: neq; vocem edunt. Nihil minus. Nam nunquã tacent, semper vagantur. Mulier garrula & vaga, quietis impatiẽs, nec valẽs in domo cõsistere, ornatu meretricio præparata ad decipiendum, &c. Sic enim eam depingit Salomon, Prouer. 7. Garrula, inquit, & vaga. Duo vitia, quæ taxat in fœminis versus ille, vt diuina prophanis associemus, *Prou. 7.*

Quodque manere domi, & tacitas decet esse puellas.

Porrò garrulitas & vagatio, vt eleganter ibi tradit Salomon, in eum demum finem destinantur, quòd eam auscultantes & sequentes adolescentes, quasi agni lasciuientes, & ignorantes quòd ad vincula stulti trahantur, velut si auis festinet ad laqueum, & nescit, fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Hæc Salomon. Experto autem nolle credere, perditorum est. Hinc Ecclesiasticus cap. 9. multa transcripsit. Sed inter reliqua illud nos propiùs spectat: Cum saltatrice ne assiduus sis (vel cum psaltrice vt legunt alij) ne forte pereas in efficacia illius. Rectè Horatius lib. 3. Carm. Od. 6. *Eccles. 9.* *Contra saltationes fœminarũ, & virorum,*

Hoc fonte derivata clades
In patriam, populumque fluxit.
Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, & fingitur artibus
Iam nunc & incestos amores,
De tenero meditatur vngui.

Refert Sueton. in Domitiano. c. 8. hunc Imperatorem, licentiam theatralem promiscuè in equite spectandi inhibuisse. Quæstorium virum quòd gesticulandi, saltandique studio teneretur, mouit senatu. Cicero, pro Muræna, fecit: Saltatorem appellat Murænam, Cato: maledictum est, si verè obijcitur, vehementis accusatoris: sin falso, maledici

ledici conuitiatoris. Quid autem de fęminis, quas natura verecundiæ vallo, & teneritudinis (vt ita dicam) antemurali detinuit & coercuit, ne eos ludos exercerent, dicerent? Præsertim cùm tot emergãt mala ex earum motibus, saltibus, &c. * Legatur D. Theodoretus, lib.9. Græcanicarum affectionum, qui est de Legibus, vbi ex Homero, inducit Hectorem, vxori suæ Andromachæ sic dicentem: A

* *Ipsa domum perge, & quæ sunt tua munera cura,*
Telas atq; colus, ancillis pensa iubeto.

Refert idem Theod. ibi, quæ Candauli Regis vxor dixisse fertur. Illa enim à viro iussa nudum corpus ostendere, valdè pudicè respondit, Mulier cum tunica simul & pudicitiam exuit. Vnde Theodoretus Platonem obiurgat, quòd fęminas aliquãdo nudas incedere, permisserit suis legibus lib.10. Consule M. Antonium Muretum, lib.7. Vari. lect. cap.2. cuius titulus est, De consuetudine Græcorum non adhibendi mulieres ad conuiuia. Hinc inquàm liquet, qualem debeant fęminæ subire censuram, si prædictos theatrales ludos agant.] B

Viros graues dedecet istis ludis assistere.

Quis porrò vir grauis & honestus, etiam mediocriter grauis & honestus, non fugeret, quò hæc turpissima mulierum spectacula non videret? Sanè, authore Val. Max. lib.2. cap.5. coram M. Portio Catone, in ludis Floralibus non est ausus populus postulare vt Mimæ nudarentur, id est, vt mulieres mimicæ in scenam egrederentur, vt solebant: donec Theatro Cato discessit, quem discedentem, ingenti plausu populus prosequutus est, & mimas in ludũ vocarũt. Graues proinde viros plurimũ hęc dedecẽt. C

Ex decretis Conciliorũ, & Pontificũ ad idem.

Nec desunt ad hoc propositum sacratissimorum Decretorum textus. Ecce Canonem 62. sextæ Synodi generalis. Omnino tolli volumus publicas mulierum saltationes, multam noxam exitiumque afferentes, &c. Et mox. Statuimus, vt nullus vir deinceps, muliebri veste induatur, nec mulier veste viro conuenienti. Sed & in septima deinde Synodo generali, cano. 22. idem ferè habetur. Et priùs in Concilio Leodicensi, c.53. præsertim verò c.54. ministri altaris ab his spectaculis arcentur. Et expressiùs

c. Pres-

A cap.Presbyteri.34.dist. Presbyteri his cętibus non miscea-
tur, vbi amatoria cantantur & turpia, aut obscęni motus
corporum choreis & saltationibus efferuntur, ne auditus
& obtuitus sacris mysterijs deputati, turpium spectaculo-
rum ac verborum contagione polluantur. Et sunt verba
Concilij Agathen. c. 39. * Videatur cap. non oportet. de
Consecr. distin. 5. & cap. pro dilectione, &. c. scenicis. de
Consecr. distinctione 2. vbi in prædictas scenas ac scenicos non leuiter excandescit Ecclesia.] Porrò quanto odio
hos histriones ac personatos homines Diuus Augustinus
prosequatur, patet ex lib. 1. de Consensu Euang. cap. 33. &
super Psal. 102. & Tract. 100. in Ioan. Vide cap. donare. 86.
B dist. & seq.

PRessiùs tamen expendendum mihi est, an delinquant mortaliter huiusmodi ludos exercentes, & similiter eos spectantes, & permittentes. Primùm omnium ex doctrina Caietani secunda secundæ, q. 169. artic. 1. ad 4. & q. 10. art. 4. & ex Abulen. super Matth. c. 6. q. 51. contra Ioannem de Medina, Codice de Restit. q. 3c. & cōtra Nauarrū, in Manuali, c. 23. num. 91. & Gabrielem in 4. distinct. 15. q. 13. Anton. 2. p. tit. 1. c. 23. §. 13. & alios, sciēdum est, nō esse illicitam eam omnem artem, qua fiunt & agūtur res quædam, quibus alij vtuntur ad peccatum mortale. Non enim mortaliter peccant, qui aleas & chartas pictas & similiter fucos, quibus viri ac fęminæ abutentes, peccant mortali-
C ter, habent, conficiunt & vendunt. Vnde Thomas Illyricus, quem refert & laudat Nauarrus, in cap. Negotium. de Pœnit. d. 5. nu. 19. zelo non secundùm scientiam permotus videtur, dum publicè apud Tholosates prædicans, ceu mortalis criminis reos damnabat artifices chartarum, & alearum, &c. Certè ars illa ad malum per se non est ordinata, & idcircò in se ipsa mala non est, cap. de occidendis. 23. q. 5. licèt interdum ex accidenti ab hominibus in malū vsurpetur. Alioqui nec ferramenta domestica habenda essent, ne quis illis se vel alterum interimat: nec arbores plantandæ, ne quis ex illis se suspendat. Facit. l. quod sæpè §. Veneni. ff. de Contrahenda emptione. quę habet, veneni

IX. An peccēt mortaliter ipsi repræsentantes, seu scenici, &c.

Qui aleas, chartas, venena conficiunt, vendunt, non peccant.

ni negotiationem licitam esse,quando illud tale est, quod A
alijs admistum vsui hominum vtile possit esse. Nec reddi-
tur illicita talis ars per hoc quod venenis, vt plurimum,in
pernicioſos vſus vtuntur homines.Eadem ratione in.c. Iu
Qui reparãt synagogas Iudæorũ,nõ peccant.
dæi.&.c. Consuluit.de Iudęis, non damnantur lignarij &
cœmentarij, qui synagogas Iudęorum reparant,quantum
uis perfidi Iudæi his synagogis abuti debeant. Similiter,
qui lupanaria,in quibus meretrices prostent, construunt,
nusquam damnantur,vt satis patet, neque qui eis domos,
in quibus habitent,conducũt. Dummodò tam synagogas
quàm domos non vt eis abutantur,sed eas colant & habi-
tent,præstent.Eadem ratione Tabernarij, qui diebus ieiu-
nij indiscriminatim hospitibus aduenientibus ministrant
fercula & cœnas, minimè peccant,secundùm Caiet.(licèt B
hospites ipsi à peccato non excusentur cœnantes)dummo
dò plana intentione eos cibos administrent.

Demùm, vt vno cõcludam verbo,occasionem genera
Occasiones peccãdi quã do sunt amputandæ.
lem peccandi mortaliter,quæ est quam præbet ars aut offi
cium,aut exercitium,cuius potest esse licitus vsus, nullus
tenetur præscindere,quod tractat Nauarr.in.d.cap. Nego
tium,num.8.alioqui enim Deus creaturas omnes auferret
Sap.14.
de medio deberet, eò quòd, vt habetur Sapientiæ.14. in
odium factæ sunt, &in tetantionem animabus hominũ,&
in muscipulam pedibus insipientium. Profectò ars milita-
ris multis peccatis exposita est,& tamen Baptista cum ab
Luc.3.
eo quæreretur,Luc.3. Quid facto opus esset militibus, vt C
salui fierent?neutiquam militiam ipsis interdixit. Sed nec
Ecclesia præcipit,vt militiam & negotiationem homines
deserant, etsi vix sine peccato exerceantur.c.Consideret.
de pœnit.d.5 &.c.Noli. &.c.Militare.23.q.1. &.c.Quo-
niam.88.d.&.D.Tho.2.2.q.40.art.1. Hanc ob causam idẽ
Caie.& Abul.sup.Matt.c.11.q.24.&.25. minimè damnãt
mulieres pulchras, quòd foris exeant, & palàm incedant,
Mulieri colere se,& exire domo licet,etsi sciat
quamuis à perditis hominibus vulgò lasciuè appetendas se
certò sciant.Qua etiam de causa ab ornatu & cultu mulie-
bri abstinere minimè tenentur.De quo Caiet. in summa,
verbo,Periculum,&in.2.2.q.169.art.2.circa finem,ad.4.&

Syl-

A Sylueſt.verbo,Ornatus.q.4.& Nauar.in Additio.c.28.in cap.14.nu.30.Corollario.7.& Abulen.q.25.ſuper Matt. c.11.latiſsimè.Ratio itaque horum eſt, quia omnia prædicta per ſe & ſuapte natura non ordinantur in malum. Ex quo ſequitur,quòd quicunque exercet artem earũ rerum, quæ ſuapte natura in malum ordinantur, nec poteſt per ſe loquẽdo earum vſus eſſe bon⁹,peccat mortaliter. Ideò qui idola fabricat,quorũ,ſcilicèt,vſus bonus eſſe no poteſt, per ſe loquẽdo,peccat mortaliter *Nõ verò qui arma infidelib⁹ vẽdit, licèt eius generis arma ſint,vt intrinſecè & per ſe ad bellãdum deſtinata ſunt;nã infidelium bellũ nõ ſemper ex parte ipſorum iniuſtum eſt. Quia verò quoties ferè nobiſ-
B cum Catholicis pugnam ineunt,iniuſtè belligerãtur,ideò ab Eccleſia in cap. vltimo de Sagittaris, habetur ſententia excommunicationis lata contra eos,qui arma vendunt infidelibus.]

appetẽdam ſe eſſe.

* *Vendere arma & idola infidelibus.*

VT itaque ad noſtrũ propoſitum hæc omnia accõmodemus, ſequi ex dictis videtur, prædictos ludos theatricos exercere,vt nunc in Hiſpania exercentur,per ſe loquẽdo nequaquam eſſe peccatũ mortale,etiã ſi fœminarũ miniſterio gerantur. Quod colligitur ex his,quæ latè tractat Sylue.verb.Ludus.q.8.& Nauar.in Addit.ſuprà, Coroll. 21.eò quòd huiuſmodi ludi non ſunt de earum rerũ genere,quæ intrinſecum habent ordinẽ ad peccatũ: ſed potiùs
C de genere earum,quarum bonus & malus eſſe vſus poteſt. Certè omnis ludus, qui de ſe ordinari poteſt ad virtutem corporis,ſeu ad exercitationẽ ingenij, quales prædicti eſſe videntur,licitus eſt: ſiue intentio inſtituentis ſit voluptas & delectatio populi,ſiue honorificentia principis.l.Athletas.vbi Doctores.ff.De his qui notantur infamia,& in.l.ſolent. ff. de Aleatorib. & in.l.Quas actiones. ff.Ad legem Aquil. & ex Ariſto.in Politic.& ex S.Tho.in.2.2.ſatis patet,in.q.198.Dixi,per ſe loquendo & ſuapte natura, nam ex accidenti, & ex parte ipſorum Scenicorũ & Mimorũ, & mulierũ mihi agentiũ, poteſt eſſe peccatũ mortale eos ludos agere, ex S.Tho.2.2.q.198.ar.1.vtſi repræſentẽt res admo-

X.

Comœdiæ, vt geruntur in Hiſpania, vtrùm licitæ ſunt

Comœdiæ in quibus cantus, aut ge-

ſtus, aut motus, turpes fiunt, ſunt illicitæ.

admodum turpes, aut ſi res alioqui non turpes ipſi prauo animo in prauos & malos fines deſtinent. Quam ob cauſam, cum cantilenas turpes pruritum libidinis, quantum eſt ex ſe, excitantes occinunt, aut verba eius generis proferunt, aut geſtus ſaltusve ſimilem obſcœnitatem præſeferentes exercent, omninò peccant mortaliter, vt expreſsè habet Sylueſt. verbo, Ludus. §. 3. & Nauarrus, in Additionibus ad cap. 14. numer. 30. Corollar. 5. Peccant, inquàm, quamtumuis ſana intentione eos actus exerceant, ſi tamẽ ſanè exerceri tã inſani motus poſſunt: quia per ſe loquendo huiuſmodi motus Venerem concitant in ſpectãtibus, & ſcandalum puſillis parant. At vbi horum motuum turpitudo & intentionis corruptio ceſſat, nõ eſt mortale viris, aut fœminis eos ludos exercere. Hinc Sylu. verbo, Fœmina. §. 2. dicit, non peccare fœminam, ſaltem mortaliter vtendo habitu virili: nec virum, habitu fœmineo: modò id ſolùm fiat ex quadam animi leuitate, ſine intentione corrupta, vel ſcandalo graui. Nec contra hoc eſt. c. Si qua mulier. 30. diſt. vbi indicitur anathema fœminis vtentibus veſte virili: nam ibi ſolùm eſt ſermo de fœminis, quæ id malo propoſito, id eſt, intentione faciliùs meretricandi, faciunt, vt patet ex Gloſſa, & Archid. ibi. Nec rurſus obſtat Deut. 22. vbi dicitur, Non vtetur mulier veſte virili, nam id propter idololatrię ſuperſtitionem vitandam, quę ratio nunc temporis ceſſat, præceptum fuit, vt ibi Sylueſt. de quo alias.* Lege interim doctiſsimum Ludouicum Viuem, lib. 1. de Chriſtiana fęmina, vbi de ſexuum veſtitu diſputat elegantiſsimè.]

Non peccat fœmina virili veſte vtens, &c.

Dent. 22.

A

B

C

*

XI. *Qui aſſiſtãt his Comœdijs an peccent.*

DE inſpectoribus horum ludorum & ſpectaculorum partim videtur eſſe par ratio, partim diſpar. Sanè non immeritò videtur obſeruaſſe Sylueſt. verb. Ludus. §. 8. & verbo, Curioſitas. §. 4. etiam ſi huiuſmodi ludos exercentes peccarent mortaliter, non ideò eidem peccato obnoxios eſſe ſpectatores. Duellum etenim peccatum mortale eſt, at ipſum qui intuentur nõ peccant mortaliter: dum modò ex huiuſmodi intuitu ipſi qui ludunt non moueantur ad continuandum ludũ: vel ipſi qui ſpectant nõ inducentur

A cantur ex tali ſpectaculo ad complacendum de eò peccato, quod geritur: aut exponant ſe periculo conſentiendi. Hanc enim ob cauſam qui geſtiũt videre vel audire aliquas turpitudines, vt mulieres in proſtibulo, &c. omnino peccãt mortaliter, propter manifeſtum periculum, cui ſe exponunt conſentiendi, & complacendi in noxam mortalem, iuxta illud, Qui amat periculum, peribit in illo. Quod tractat doctiſsimè Caiet. in Summa, verbo, Periculum. Ad rem, omnis qui conſcius ſuæ fragilitatis credit probabiliter caſurum ſe ſi eat ad locum, vbi eſt cadendi periculum, peccat mortaliter, ſi eò ſe conferat, vt rectè Caiet. ibi. Sanè cum ex certa vini quantitate, experientia iam ter

B aut quater deſumpta eſt, quòd quis inebriatur, proculdubiò mortaliter peccat, qui eam vini metretam epotandam illi porrigit, & ipſemet eam hauriens. Quocirca cum generalis regula in huiuſmodi ſpectatoribus aſsignari nequeat, vnuſquiſque ſibi conſulere debet, & diligenter proſpicere, & ſemel & iterum expendere circũſtantias propriæ conditionis, temporis, & loci, &c. & experientiam quam iam aliàs de ſe ipſo fecit, vt ſic licitè intereſſe huiuſmodi ſpectaculis valeat. Poſtremò de huiuſmodi ſcandalis & occaſionibus peccandi datis & acceptis, deque periculis quibus ſe exponunt peccandi homines; & quid in eis caſibus facere teneantur, lege Adrianum, poſt Quodlib. 1. art. 2. Cordub. Tract. de Caſib. q. 4. & 5. Nauar. in Add. ad c. 3.

C & 14. Caiet. ſuprà. Vide §. 13. initiò.

Ecclef. 3.

Omnis ille qui in his ſpectaculis exponit ſe periculo peccandi, peccat, &c.

SEd in ſua adhuc difficultate perſtant plurima Conciliorum, Decretorum, Patrum, & Gentilium teſtimonia, quæ omninò damnant prædictos ludos Scenicos & Hiſtrionicos. Explicandum ergo reſtat, qua ratione quos ludos tam acerbè taxant ſcriptores communiter, nos excuſare nixi ſimus. Secundò militat contra nos, quòd prædicti ſcenici & hiſtriones, ſecundum vtrumq; ius, Canonicum, ſcilicèt, & Ciuile ſunt infames. Patet in l. 1. ff. de His qui notantur infamia, & Gloſſa l. 2. ff. eodem. & c. Definimus. 4. q. 1. & Gloſſa in c. Donare. 86. d. Quam ob cauſam non poſſunt eſſe teſtes, nec admittuntur ad acculan-

XII. Argumẽta aduerſus prędictos ludos ſcenicos

Scenici ſunt infames Iure Canonico & Ciuili.

dum. l. Cassius. ff. de Senatoribus: & Doctores in. l. 2. C. de Infamibus. Ob quam etiam causam priuantur communione sacra. c. Maritum. 33. d. &c. Pro dilectione. de Consecratione. d. 2. Et addit Glossa, super hoc cap. esse iustam causam exhæredandi filium, si præter voluntatem patris huic Scenicorum officio se tradat. Quod etiam habet Glossa in Authē. Vt cum de appellat. cognoscitur. §. Causas. Collatione. 8. Vnde Magistri in his artibus, potiùs dicuntur perdere, quàm erudire pueros, vt in. d. c. Pro dilectione. Certè nisi huiusce modi exercitium apertè esset peccatū mortale, non tam acriter in Scenicos animaduerterent leges Canonicæ ac Ciuiles. Quod inde similius veri redditur, quòd iuris infamia non incurritur nisi propter apertissima peccata mortalia: nempè propter improbum fœnus & vsuras. 3. q. 7. §. Porrò. & propter adulterium. l. Palàm. §. Qui in adulterio. ff. de Ritu nuptiarum, & propter matrimonium simul contractum cum duabus. l. Quid igitur. ff. de his qui not. infa. & propter mendacium quod testis in iudicio dixit, de quo conuictus est. c. Cū dilectus, de Ordin. & similiter alibi. Cum itaq; infamia iuris labbrent prædicti homines, apparet eorum statum & officium culpæ mortali obnoxium esse. Tertiò in scriptura etiam loca suppetunt aduersus eos qui hos ludos exercent, Hier. 15. Nō sedi in conspectu ludentium. Et Thobiæ. 3. Nunquam ludentibus me admiscui, nec cum his, &c. & Exod. 32. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.

Hier. 15. Thob. 3. Exod. 32.

XIII. Resolutio quæstionis, quomodo licitæ sint comœdiæ.

NIhilominus in proposita nos sentētia persistentes, dicimus, prædictum histrionum & scenicorum officium etiam mulierum ministerio celebratum, non esse per se illicitum, nisi celebretur verbis, cantibus, gestibus inhonestis, lasciuis, vt dictum est. Quarè vt nunc in Hispania celebrantur, vt plurimum liciti sunt. Proinde non immeritò consuetudo inoleuit, vt viri nobiles, etiam clerici & religiosi interdum ijs assistant, cùm scandalum cessat, & nihil turpe & inhonestum in eis geritur. Nam si aliquando geritur, omni procul dubio peccato mortali subiacent, tàm qui permittunt quàm qui exercent

A cent & ſpectant. Vt enim ait Paul. non ſolùm qui faciunt, ſed qui conſentiunt, digni ſunt morte. Profectò Paraſiti nomen, quod nunc infame eſt, olim in pretio & honore habitum eſt, vt habet expreſſè Athenæus, author Græcus, lib. 6. Dypnoſophiſtarum, cap. 5. &c. Et rurſus, authore Auguſt. lib. de Ciuit. 1. Scenici & Tragici apud Græcos non erant infames. Inter quos Theodorus, & Roſcius maximi geſticulatores habiti ſunt in honore. Adde his quod olim apud Romanos Mayumæ fuerunt prohibitæ, quas nunc appellamus, (*El juego de las Mayas*,) quia iuuenes ardore iuuenili, laſciuo, amatorio petulanter incenſi, plurima obſcœna & turpia cum virginibus eos ludos agentibus

B committebãt. Poſt tamen vbi hæc ſcandala & incommoda quieuiſſe & ceſſaſſe viſa ſunt, Iuſtinianus Imp. eos ludos & choros Mayumarum permiſit, dummodò honeſtè eos peragerent. Ita habetur in l. vnic. C. de Mayumis. lib. 11. Idem ergo omnino mihi videtur eſſe dicẽdum, & ad hanc regulam, ceu ad lapidem Lyddium depurãdi, & expendendi ſunt iſti ludi. Nã cũ gerũtur obſcœnè, eliminãdi omninò ſunt, tanquã pernicioſi. Et alioqui eos q exercẽt mortaliter peccant: & ſimiliter qui eos permittunt, ſi ex officio prohibere eos poſſunt. Et demum ſimili noxa tenentur omnes ſpectatores qui eos intuentur, ſi tali intuitu eis fauent, cooperantur, complacent: aut fauendi, cooperandi vel complacendi in ijs ludis (qui mortales ſunt) probabili periculoſè exponũt. Quò pertinent quæ tractant D. Ant. 2. p. tit. 6. c.

C 5. & 6. Caiet. Quodlib. de Audiẽte confeſsiones cum periculo pollutionis, Adrian. in Quodlibetis, Soto lib. 5. de Iuſt. & Iure. q. 1. art. 6. Cordub. Tract. de caſib. q. 4. At vbi honeſtè geruntur, vt ferè nunc temporis in Hiſpania, non peccant, ſaltem mortaliter, qui eos ludos exercent, permittunt, ſpectant. Quibus poſitis ad propoſitorum argumentorum elucidationem pergamus.

Roma. 1.

Hiſtriones & paraſiti non erant infames, apud Græcos.

Mayumæ, ſeu las Mayas.

XIIII.

In quo ſenſu Concilia & patres damnãt ſcenicos.

AD primum dicimus, Concilia, Patreſque & omnes graues ſcriptores eatenùs tam ægrè & moleſtè ferre ludos hos, & tam rigidè eos notare & condemnare, quatenùs multum laſciuiæ & obſcœnitatis admiſtũ habere

solent. Nam vbi prædictam exuunt turpitudinem, & honestè geruntur, vt ferè fit apud nostrates nunc temporis, peccatum non est, saltem mortale, eos agere, spectare, &c. Aut dixerim, non damnari à scriptoribus ludos hos, tanquam malitiam mortalem habentes, sed solùm tanquam inutiles & superuacaneos, & malos venialiter, & dedecentes virum grauem & pium, & disponentes ad peccatum mortale. Sic pleraq; alia carpi & exprobrari solent à seriis scriptoribus, quæ tamẽ, vt patet, peccata mortalia minimè sunt. Vt saltationes, cãtilenæ, conuiuia, apparatus vestiũ, clientum, ciborum, ædificiorum, negotiationes, ludi chartarũ, alearum, hastiludia, taurorum spectacula, venationes choreæ, ornatus nimius in fœminis, & his similes aliæ vanitates, quæ ex genere suo crimina nequaquam sunt. A B

Quòd verè sunt infames hi qui nunc in Hispania repræsentant.

Ad secundum nollem præcipitare iudicium, sed suspendere potiùs: ac proinde non diffiniendo, sed per coniecturas hallucinando, dico, etiam hos scenicos & repręsentantes (quos vocant) quos nunc temporis habet Hispania per societates quasdam distinctos, licèt aliàs non sint in statu peccati mortalis, per se loquẽdo, siquidem grauis & lethalis noxa, vt vidimus, non est eos ludos agere, adhuc tamen omnino infames esse: atq; adeò omnes iuris pœnas & ipsos subire: quãdoquidem pretio ac mercede tales actus exercent, non virtutis sed quæstus gratia, & effracta voce, & ore impudentissimo, perficta fronte, infami gestu, & interdum denigrata facie, detecto collo, & plerunq; cruribus ac brachijs nudatis, vestitu muliebri, vt ad risum prouocent spectatores. Et quidem antiqua iura in odium horum prædictis pœnis afficiunt Histriones ac Mimos. Idcirco minimè mihi dubium est, quin si horum vllus compareret in iudicio, vt testis officio fungeretur opponi illi meritò posset exceptio, per quam excluderetur à iudicio, aut saltim sui testimonij vis enerùaretur. Nam licèt iure Regio Hispanico non reperiantur expressè huiusmodi testes excluſi, tamen in legibus, in quibus prohibentur aliqui esse testes, vt in l. 9. titulo. 8. lib. 2. Fori, & leg. 8. titulo. 16. videntur excluſi in illis verbis, C

Isti scenici an possint cõparere in iudicio & esse testes.

Todo

A *To do home que fuere de mala fama, &c.* Verũ est tamen, quòd sunt casus, in quibus minùs idonei & habiles admittuntur: vt in crimine simoniæ, & quando in defectum probationis alij non inuenirentur super materia grauissima, & quę Reipublicæ plurimũ expedit, &c. Tunc enim sicut & alij infames etiam & isti admitterentur. Quia tamen multiplices sunt apud Iuristas infamiæ: nam quædã repellunt infames ab omnibus actibus iudicialibus: quædam ius accusandi solùm eis adimunt: quædã testificandi: quædam priuant eos susceptione ordinum, & quędã tandẽ solùm dignitatibus & officijs: quæ omnia accuratè & radicitùs euoluere non Theologum, sed iurisperitum decet: ideò ego quod
B ad communionem spectat, tractabo breuiter.

Quòd itaque passim ad sacram Synaxim admittuntur, vt communicent, difficultatem habet. Verùm solui vno duorum modorum potest. Primo quidem, quando isti turpiter & obscœnè eos ludos agerent, dici posset, quòd cum pars nulla sit, cui ex eorum communione inferatur iniuria, nullus proinde est, qui eos deferat ad iudicium: & ideò iudices vt morem gerant tempori ac consuetudini prætermittunt legis executionem in his casibus, sicut in alijs huiusmodi sæpenumerò, in quibus nulla est pars quæ in particulari lædatur. Secundò dixerim, quòd postquàm isti homines iam sunt in Republica admissi, & inter
C cæteros homines annumerati, & bonis ac decentibus vestibus communiter induuntur, & nullum iam ex eorum actibus emergit inter Christianos scandalum: adeò vt, sicut semel & iterum diximus, non sint in statu damnãtionis, sed licitè eos ludos peragant: quia vt plurimùm lasciuiam & obscœnitatem non præseferunt: ideò mitiùs cum eis, & non secundùm totum iuris rigorem agere iudices debuerunt. Proinde nec à communi hominum conuictu, nec à sacra communione arceri debuerunt. Vnde non est vsquequaque verum, quòd infamia iuris solùm incurratur propter peccata mortalia, vt satis liquet ex his quæ Syluester notat, verbo, Infamia. §. 3. Et in iure infames sunt milites pusillanimes, & qui prætermisso parentum con-

Cur isti scenici nũc admittũtur ad sacram communionem.

sensu, ineunt matrimonia: & parentes, qui filiam viduam intra annum luctus nubere permittunt. De quibus & alijs agitur in.l.t.ff.de his qui not.inf. vbi etiam scenici infamibus annumerantur. Quare licèt iura communione priuent infames, non ideò citra delectum omnes ab ea arcendi sunt: sed illi tantum quorum infamia statui peccati mortalis adiuncta est. Inde qui penitùs illud. c. pro dilectione. de Conf.d.2. dispexerit, inueniet non quæuis scenicum communione priuari, sed eum qui peccator est publicus. Dici etiam tertiò potest, aliqua Ecclesiæ iura strictiùs pleraque prohibuisse, & pœnis rigidioribus vsa fuisse quàm modò sint in vsu: eò quòd pro initijs nascentis Ecclesiæ, arctiùs omnes ad perfectionem promouere expediebat. Sic in c. siqua mulier. 30.d. ex Conc. Grang. c. 3. indicitur anathema mulieri veste virili vtenti. Quod tractat Tiraquel. 3.l. Connub. 3.p. Gloss. 1.n. 58. Quod & prohibetur in Iure Ciuili. l. vestis. §. muliebria & §. communia. ff. de Auro & arg. leg. At nunc temporis rigor iste prorsus elanguit & exoleuit. Suppetunt passim exempla. Vltimum verò argu. ex dictis facilè diluitur.

Infamia in viris interdũ incurritur sine peccato mortali.

3. Cur scenici olim arcebãtur à communione.

A

B

XV.

An sint necessarij ludi scenici isti, in Repub. an eiiminandi.

POstquàm autem satis distinctè & enucleatè, vt arbitror, examinatum pariter & diffinitum ànobis est, qua ratione prædicti ludi scenici liciti sint, id est, non sint peccata mortalia, examinandum & diffiniendum restabat an sint in Repub. necessarij. Et quidem, si mea sententia aliquod authoritatis pondus habet, existimo minimè esse necessarios, ac proinde plurimas subesse causas, eos vt Principes & Magistratus funditùs dissiparent & euerterent. Nihil enim vtilitatis, & plurimùm afferunt spectantibus nocumenti. Nec est simile de militibus, mercatoribus, telonearijs, tabernarijs, stabularijs, &c. nam licèt istorum status multis sit peccatis accommodatus & expositus, tamen propter eam vtilitatem, quæ inde Reipu. resultat, permitti debent. At ex eo quòd Mimici isti & scenici homines & mulieres permittantur, quæ vtilitas adest? quæ damna absunt? Quot stupra & turpidines sequi necesse est ex tam crebro & familiari conuictu & cõtuber-

C

Dãna quæ equũtur in

nio

A nio horum scenicorum, in quibus viri & fœminæ perditissimi & perfrictissimi cohabitant, conuersantur, conuescuntur? &c. Vt credi potest, castè eos & sanctè ac candidè in medijs turpitudinibus victuros? Sed & spectatores habenas auditui & visui licentissimè laxantes, vt animum frænare & continere poterunt à desiderio, amore, delectatione, & alijs illicitis motibus? Certè quàm iustè nimius ornatus, & fucatio cultusque faciei interdicì fœminis possent, & viris chartę & aleę: tam iustè & longè iustiùs ac rationabiliùs Comœdiæ istæ eliminari à Repu. possent. Cæterum qua ratione illicita illa non sunt, id est, apertè peccata mortalia, modò cum certis gerantur condi
B tionibus, ita & Comœdiæ, vt satis explicatum arbitror in superioribus.

XVI. *Citharistæ, Lyristæ Musiciquæ censura notandi.*

C Vid porrò de citharœdis & tibicinibus, fidicinibus, aulœdis, quos Musicos appellat, sentiã, dicã? Sanè qui vanas lasciuasque interdum cantilenas ad instrumentũ vulgò ex officio, & quæstus gratiâ canunt, vt faciunt Histriones, & Ludiones, &c. eandem ferulam subire debent quam scenici. Plutarchus in Pericle, in principio, refert, cum Antisthenes audisset Ismeniam optimum tibicinem esse, At homo nequam est, inquit: non enim si probus esset, tibicen foret. Antheas Scytharum Rex (authore eodem alibi) libentiùs equum hinnientem quàm Ismeniam canentem audire se dicebat. Quocirca viles & infames
C ac sordidos hos esse, sicut scenicos non dubium est. Tractat eruditissimè Tiraquel. de Nobilitat. cap. 34. à num. 6. Vide l. si qua. C. de Spectaculis. lib. 11. & l. Titius in fin. ff. de Act. empt. Nã & sacer Dauid saltans & lyra personãs, dicebat, Ludã & vilior fiam, &c. hoc est, æstimatione astantium, qui viles cẽsent esse citharistas & saltatores, scenicos, &c. Quare, licèt non esse apertè mortale peccatum his ludis omnibus interesse dixerim, etiam Clericis & Religiosis, nihilominùs non dubito, quin eos maximè hæc spectacula dedeceant. Tradit Corn. Tacit. li. 1. longè ante fin. Tiberium sanxisse, ne domos Pantomimorũ senator introiret. Et Scipio Nasica Cẽsor scenicos hos ludiones è tribu mouit,

2. *Reg. 6.*

vt ex Cic. in lib. de Repub. tradit Aug. libro. 2. de Ciuit. cap. 13. A

* * Differit perquàm eleganter eruditissimus vir, M. Antonius Muretus, an tibicines, citharœdi, & alia id genus acroamata, conuiuijs adhibenda sint. Nã Homerus inter conuiuantes, inducit Phenicum & Demodocum fidibus canentes; & Virgilius, Ioppam: neque hæc luxuriosi regis, & reginæ iam tum amoris telo saucię quis dixerit esse conuiuia. Nam & epulantibus Dijs atq; Deabus, canere Apollinem & Musas ferunt. Contrà verò Socrates in Platonis Protagora, abiectos, imperitos, circunforaneosque homines id facere solitos, dicit. Qui cum eam vim non habeãt vt vrbana aliqua & vtili colloquutione tempus illud epularis accubationis traducant, eius rei remedium à Mimis & histrionibus petunt. Præsertim cum inter multos conuiuas vix semper desit facundus aliquis, lepidus, eruditusque, qui tam dulci iocundaque doctrina cæteros possit inescare conuiuas, vt nullum aulędorum possit tam mirabile acroama repereri, quod cum illius eruditione non fordeat. De quo Muretus, ibi lib. 6. Variarum lectionum, cap. 15. pulchrè loquitur. De quo etiam Tiraquellus multa lib. de Nobili. cap. 34. à num. 13. & nos pleraque superiùs. Quantò ergo magis viros Ecclesiasticos apud Christianos dedecent.] B

In cõuiuijs an inducti debeãt Musici, cãtores &c.

XVII. *Referũtur verba D. Chrys. aduersus hos ludos, elegãtissima.*

SEd postquàm iusto zelo, & secundùm scientiam, vt existimo, me aduersus has cœmœdias accensum video, minimè pręterire debeo fragmẽta quędã D. Chrysostomi, vbi eloquẽtissimè & ardẽtissimè aduersus easdẽ inuehitur, quãtunuis Lectores cõfusi ac perturbati ordinis, & methodi in hac quęstione damnare me debeãt. Nõ enim adeò cæcutio, quin tumultuariò & provt memorię succurrebãt, me multa hic conuoluisse & conglomerasse videã: q illi pręsertim mihi obijcient, qui in rectũ ac distinctũ procedẽdi modum, quem in alijs disputationibus obseruaui, oculos considerationis iniecerint. Ergo priùsquàm cœpti pœniteat, & vis affectus, quo aduersus scenicos excandui, frigeat, diuini libet verba personare Chrysostomi. C

Vbi

A Vbi sunt, inquit, qui Diaboli choreis & perditis cantibus dediti in scena quotidiè sedent? Pudet me certè verba de illis facere: veruntamen necesse est mihi propter infirmitatem vestram. Nam & Paulus ait, Sicut statuistis membra vestra seruire immundiciæ, ita nunc statuite membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Quare nos quoque agè, vitam meretricum & corruptorum iuuenum in scena habitantium perscrutemur, & ad horum beatorum vitam (intelligit Heliam, Helisæum, Ioannem, &c.) quantum ad iucundè viuendum attinet, comparemus. Iucundè namque viuendi gratia, negligentiores iuuenes scenæ laqueis capiuntur: sed tantam, si perpendimus, differētiam B inueniemus, quantam si quis canentes Angelos modulationem diuinam audiret, & porcos in stercore defossos ac grunientes. Ore namque illorum Christus, istorum verò Diabolus loquitur. Tibiæ inflatis genis, deformi facie sonoram istis emittunt vocem: illis gratia spiritus loco tibiæ citharis atq; syringis adeò suauiter sonat, vt non sit possibile luto & lateribus affixis tantam ante oculos ponere voluptatem. Quare vellem, aliquem eorum, qui circa hæc insaniunt, illuc adducere posse; & hunc sanctorum chorum ostendere: non enim opus mihi esset verbis: verùm & si hęc terrenis differimus, conabimur tamen ab illuuie & sordibus aliquantulum eos auellere. A meretricum igitur cantibus statim cupidinis flamma incendit auditores, C & quasi non sufficiat ad inflammandam mentem aspectus ac facies mulieris, pestē quoque vocis adinuenerunt. Non autem vox ac facies solùm muliebres, verùm etiam multò magis vestitus videantur: adeò vt si pauper quidam rudior atque abiectior aspiciat, molestè niniùm ferat, & secum sępenumerò dicat: Scortum quidem in flagitiosis hęc inuenit, seruis stipati cocorum artificio in tantis deliciis viuunt: ego verò ingenuus & ab ingenuis ortus, qui iustis laboribus meis vitam duco, nec somnians quidem ita deliciari possum. Sic mœrore perturbatus, cogitabundus recedit. Et in theatro quidem, cum aureis ornamentis callidissima meretrix incedit, pauperes dolore confi-

Hinc loquitur Chrysost. Homil. 69. in Matth. Rom. 6.

Directè Chrisost. aduersus comœdias nostri temporis.

ciuntur, cùm nihil tale vxoribus esse suis recordentur, A diuites autem hoc aspectu conturbati, cùm habitum, aspectum, vocem, incessum, cæteraque cupidinis plena viderint, & improbo ardentes incendio domos suas redierint, quasi deformiores vxores despiciunt. Hinc iurgia & rixæ, hin disidia & bella oriuntur, hinc mors etiam nonnunquam consequitur, &c. Ita habet super Matth. homil. 69.

Quamlibentius ad comœdias quã ad sermones imus.

Rursus homil. 57. in Ioan. Si citharœdus, vel saltator, vel Mimus aliquis ad scenam aduocaret ciuitatem, omnes frequenter concurrerent, & admoniti gratias haberent, in quo spectaculo diei dimidium consumunt, nulli alij negotio vacantes: Deo autem nos per prophetas & Apostolos alloquente, oscitamus, desidemus, hallucinamur & plurimùm fastidimus, quare in forum egredimur. In hyeme verò cum pluuia & lutũ impedit, & domi sedemus, aut in theatris sine tecto, quo à pluuia defendamur. Maxima pars imbre, vento, frigore, luto, viæ longitudine cõtempta insani perstiterunt, nulla eos causa domi continet: nulla quin ad spectacula frequentes cõfluant, prohibet: hùc sub tecto, sine frigoris & pluuiæ iniuria, ad animæ suæ salutem nemo ea alacritate concurrit. Sunt ne hæc toleranda? Quid hac dementia peius? Hæc vobis frequenter dicere statui, verumtamen veritus sum ne frustra & sine fructu mihi odium comparem. Videoenim non iuuenes tantùm, sed & senes insanire, quorum gratia maiorem in modum erubesco, cùm video virum canitie venerabilem eam labefactantem, & filium secum trahentem. Quid hoc magis ridiculum? quid indignius? Filius à patre impudentiam discit. Mordent hæc vos verba? hoc & ego volo, &c. Hęc ibi, & alia omni consideratione dignissima. Sed & homil. 62. ad populum, ab illis verbis elegantissimè loquitur: In theatro risus, ineptitudo, diabolicus fastus, effusio, temporis impendium, superflua dierum consumptio, malæ cupiditatis inductio, adulterij meditatio, fornicationis gymnasium, intemperantiæ schola, turpitudinis exhortatio, risus materia, inhonestatis exempla, &c.

B

Aduersus senes & canos qui comœdijs assistunt.

C

A &c. Demum multus est in hoc Chrysost. multus & ego fui. Vtinam in cassum non fuerim. * Quidquid autem * in præsentiarum erratum, omissum, & vt vt peccatum à me est, vestrum erit, viri optimi, aut benignè emendare, quod peto: aut æquanimiter ferre, quod rogo: & me ad finem anhelantem, tantisper obseruare, quod fido.]

QVAE

A

QVAESTIO NONA POSITIVA.

Vtrùm natura an Miraculo effectum sit, quòd oues Iacob varios & discolores fœtus ediderint, Genes. 30. B

SVMMARIVM.

§. 1. *proponitur textus, & eius difficultas. Asseritur, quòd id fuerit naturale. Afferuntur exempla varia, ex Hiero. Ysido. Abulen. Heliod. August. & alijs.*

§. 2. *Proponuntur tria dubia ex dictis Enata.*

§. 3. *Ad. 1. & 2. respondetur. Quòd non visus sed phantasia id fecerit: Quòd manè potiùs quàm vespere, vis hæc nisit animalibus. Et quarè.* C

§. 4. *Ad. 3. Correspondentia, inter cerebrum & partes genitales. Hæcq; in brutis potiùs, quàm in hominibus.*

I. *Breuitatẽ author hinc policetur. Is locus Gene. 30. obscurissimus est.*

QVO sunt quæ me breuissimè à quæstione proposita faciunt expedire. Alterũ est rei difficultas, alterũ tẽporis inopia. Seorsim vnaquæq; me in his immorari minimè pateretur: vt in vnũ coniunctas passuras credam? D. Hieron. in Quæstionibus Hebraicis, apertè dicit, locum hunc ad sua vsq; tempora à nemine Catholi-

corum

A corum fuisse satis intellectum. Lyra. Abulen. Lippomanus & omnes multa dicũt in huius expositione. Præsertim Lyranus duas prædictæ obscuritatis causas attulit. Prima est, quia breuiter & succinctè loquitur ibi Moyses, & plura in ipso loco Genes. 30. subintelliguntur, quæ non exprimuntur. Altera est, quia Vulgata editio in hac parte multùm discrepat à litera Hebraica. Hinc digladiantur expositores, vt plurimas lites inde enascentes dirimant & cõponant. Ego, vt promisi, breuiter id solùm in quæstionem verto, vtrum naturale fuerit vel miraculosum, & varios & discolores fœtus ediderint oues Iacob. * Sed sacræ verba paginæ oculis primùm vestris subijcio: *Tollẽs Iacob virgas populeas virides,* * *& amygdalinas, & explatanis, ex parte decorticauit eas, &c. atque in hunc modum color effectus est varius. Posuitque eas in canalibus, vbi effundebatur aqua, vt cùm venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in cõspectu earum conciperẽt, Factumque est vt in ipso calore coitus, oues intuerentur virgas, & parerent maculosa & varia, &c. Igitur quando primo tempore ascendebantur oues, ponebat Iacob virgas, &c. Quando verò serotina admissura erat, non ponebat eas, &c.*]

B

Assero, naturale id fuisse, & è causis naturalibus ortum. Hæc est sententia D. Hieronymi in Quæst. Heb. Aug. 3. de Trinit. c. 8. & lib. 11. c. 2. & lib. 12. de Ciuit. c. 25. & lib. 18. c. 5. Abulens. Gene. 30. q. 10. Glossæ, Lyra. Burgen. Histor. Scho. 78. & omnium. Referre verba D. Hieronymi, quoniam instituto meo plurimùm deseruiunt, minimè prætermittam. Nec mirum, inquit, hanc in conceptu fœminarum esse naturam, vt qualem conspexerint, siue mente conceperint, in extremo voluptatis æstu quo concipiunt sobolem, talem procreent: cùm hoc ipsum in equarum gregibus apud Hispanos dicatur. Et Quintilianus in controuersia, qua accusatur matrona, quòd Æthiopem peperit, pro defensione illius argumentatur, hanc conceptuum esse naturam. Itaq; quia in cubiculo pictura Æthiopis erat, & conspecta fuerat à matrona illa tempore conceptus, edidit similem fœtum. Et scriptum reperitur in libris Hippocratis, quòd quædam suspitione adulterij fuerat puniendæ, cum

Naturale fuisse quod oues Iacob varios, &c.

Exẽpla nõ nulla huius rei.

cum pulcherrimũ peperisset vtriq; parenti genericq; dissimilem: nisi memoratus medicus soluisset quæstionẽ, monens quęrere, ne fortè talis pictura esset in cubiculo: qua inuenta, mulier à suspicione liberata est. Hactenus Hierony. A

Similia sunt quæ ad hoc propositum ex D. Isidoro lib. 11. Etymologiarum, refert Abulen. Genes. 30. q. 9. in fine, Animam huius conditionis esse, quòd in extremo feruore libidinis posita, formas visas attrahit, & fœtui imprimit. Ideò dicit, in thalamis coniugum, personas decoras depingẽdas esse, vt, visis illis, fœtus simili imagine informetur. Heliodorus, lib. 10. Hist. Æthiopiæ, alterum profert exemplum de Hydaspe & Persina, regibus Æthiopiæ nigris, quorum tamen filia Cariclia pulchritudine & candore præstantissimã fuit: quia, videlicèt, conceptus tempore defixam cogitationẽ mater in pictura Andromedæ pulcherrimæ quondam fęminę, habuisse perhibetur. * D. Aug. lib. 18. de Ciuit. c. 5. in hãc causam refert, quòd apud Ægyptios, nunquã dificeret bos quidam maculis quibusdam insignitus, quem Apim vocabant, & pro Deo colebant. Censet, Dæmones id fecisse, phãtasiam talis tauri, quã solã cerneret, vaccæ concipienti ostendentes.] Cum autem homo sit fortioris imaginationis quàm cætera animantia, ideò mirabiles isti euentus in hominibus certius possent contingere, quàm in * brutis: quod obseruauit Arist. 10. Proble. c. 7. *Quamuis vt plurimum bruta magis polleant hac facultate, iuxta ea quæ ad huius calcẽ quæstionis obseruabo.] Hinc, authore Eucherio super Genesin, & Ludouico Cęlio lib. 4. Lect. antiq. cap. 29. & lib. 20. habemus expressiùs id, quod D. Hieronymus ex transcursu dixerat, nempè, apud Hispanos solitum, quando equas comprimendas & grauidandas obijciebant equis, vti eadem arte & ingenio, quo Iacob vsus esse perhibetur. Lege Auicennam, lib. 3. Sentent. 21. tract. 1. cap. 2. & 14. Galenum, lib. de Theriaca, ad Pisonem. c. 11. Marsilium super librum Plotini in Quæstione, Vtrùm stellæ aliquid agant, & vide in l. Quęret. ff. de Verborum significatione, & Bartolum, l. Gallus. ff. de Liberis & posthumis. B C

E parentibus nigris - lij cãdidi.

Verùm

A *VErùm res hęc, quam alioqui breuiter expediui, difficilium ac prolixarum quæstionum materiem posset obijcere. Nam primò sacer Moyses, Genes. 30. hanc vbi prodit sacram ac veram fabulam, non in aliam causam effectum hunc videtur reijcere, quàm in intuitum ac prospectum ouium, sic enim ait: Vt cum venirent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in conspectu earum conciperent. Factumque est vt in ipso calore coitus, oues intuerentur virgas, & parerent varia & diuerso colore respersa. Altera poterat emergere quæstio: Cur Iacob prædictas ouibus opposuerit virgas, in matutino potiùs congressu quàm in vespertino. Nam B sic habet diuinus textus: Quando verò serotina admissura erat, non ponebat virgas, factaque sunt ea quę erant serotina Laban: & quæ primi temporis, Iacob. Admissura verò tempus & actio ipsa sunt, quibus mariti gregum admittuntur ad coitum, fœturæ causa. Addere libitum est & tertiam quæstionẽ. Si enim eiusdem facultatis esset rem videre vel imaginari, ac generare, aut ad eandem partem corporis pertineret, minueretur planè admiratio. At facultas imaginandi, cogitandi, videndi, ad sensitiuam pertinet animam, generandi verò ad corpus, ad naturam vegetatiuam. Vnde facultas cognitiua collocatur in cerebro. Gignendi in testibus, partibus valdè disitis. Quæ porrò com C municatio inter tam diuersas, tàm distantes partes esse potest? Et quidem horum, quæ physica medica sunt, potiùs quàm Theologa, ex Sacra Philosophia Franc. Vallesij, Physicè ac Medicè oppidòquàm periti, expiscabimur solutionem.

*

II. *Tria dubia circa hoc.*

1

Gene. 30.

2

3

AD primùm, non est credendum huius mirabilis euentus causas in ipsum intuitum referri posse, sed in imaginationem. Itaque visio internos ouium ac arietum mouit sensus vt circa illa variegata in conceptu versarentur. Nec de primo hoc dubio, scrupulus aliquis complanandus aut euellẽdus relinquitur. Ad aliorum proinde expeditionem incumbamus.

III. *Ad 1. quod non visio sed imaginatio id fecerit.*

Ad. 2.

Cur potius manè quã vesperehoc contingat.

Ad. 2. placitum Medicorum est, manè, semen concoctius esse; & cerebrum, in quo præcipuè imaginatio viget, expeditius ac liberius, & magis fulgens. Etenim animantia omnia, vt noctu dormiant, & diu vescantur ac laborent, à natura cõparatum habẽt. Coitus ergo matutinus est à somno, ante cibum: vespertinus, à cibo, ante somnũ. Somnus verò concoctioni ciborũ plurimùm proficit, & cerebri vaporibus medetur, eos depurãdo & exedẽdo. Quare semen animalis, quod non vulgarẽ cum cerebro cõsensionem habet, vt iam dicã, ob meliorem cõcoctionem, erit fæcũdius: & imaginandi vis, ob cerebri depurationem & expeditionem, efficacior erit matutino tempore. Tẽporũ prætereà differentia nõ modicũ valet ad animantiũ omniũ corpora afficienda & alterãda, nã solis, lunæ astrorũq; motus, accessus & recessus, qui variatione temporis variãtur, gubernãt naturas & actiones animalium. Hinc namq; euenit, vt diei cuiusque partes quatuor, quatuor anni partibus correspondeant. Sicut enim Sol proprium suum motum vno anno cõplet, eoq; distinguit ver, æstatẽ, autumnum, hyemem, sic motum raptum vno die perficit & absoluit, ipsoq; manè, meridiem, vesperum, noctem diuidit. Ver, manè: æstas, meridiei: autumnus, veſperi: hyems, nocti respondet & congruit. Est ergo tempus matutinum, vero simillimum: & vespertinum nocturnũq; autumnali brumaliq;. Vt ergo verè salubriter optimèq; se habẽt omnia, autũno verò malè ac lã guidè: sic summo manè, optimè; vespere petsimè. Quare anima animaleq; corpus manè vegetiora, & eorũ imaginatio fortior, & semen fœcundius, quàm vespere.

A

B

C

Sol motu suo diuidit quatuor partes diei & anni.

IIII. Vis imaginandi, & vis gignẽdi valde conueniunt. Cerebrũ & partes genitales sibi respondent.

AD vltimam dubitationem, constat, imaginationem & generationẽ, eiusdem animalis esse actiones, eiusdem suppositi. Et potentiæ ac facultates imaginandi & generandi tantam inter se habere sympathiam, vt cum partes genitales semine redundent, imaginatio libidinosis scateat phantasmatis. Rursus, cùm ob morbum animi imaginatio rebus libidinosis implicatur, statim motus partium genitalium eam cerebri libidinem conteſtatur. Deinde obserua, Animal cùm imaginatur & cogitat, simile fieri, secundum

A cundum organa sensus, rei, quam cogitat. Vndè quod gignit, facit simile. Si itaque simul contemplatur aliquid & gignit, gignet aliquid simile ei, quod contemplatur. Nec verò animal generat simile sibi, secundùm id quod fuit aut erit, sed quod tunc est actu. Et quamuis ea, quæ spiritualia sunt, cum semine, quod corporeum est, non videantur posse ad genitum transmittit: at species illæ sensiles, cũ in imaginationis organo, quod corporeum quoque est, recipiantur, non possunt esse omnino spiritales, & ita ob diuinam mirabilemque vim seminis, ad genitum deferri possunt. Præterea, totum quod actiuum est in semine, est ab anima: & quod generat, secundùm animam generat. Consenta-
B neum, ergo est, vt ea quæ secundùm animã insunt, potius quàm quæ secundùm corpus, in genitum transferantur. Et sic consentaneum quoque erit, vt ab animali albo, nigrum per animam cogitãte, nigrũ generetur; potiùs quàm à nigro, cogitante album.

Adde vim hanc, non maribus tãtùm, sed fœminis etiam inesse. Tunc ergo tale aliquid eueniet, cum contigerit, ma rem simul & fœminam in ipso calore cõgressus, de eodem obiecto fortiter cogitare. Sic accidit in nostro textu: Et posuit virgas in canalibus ante oculos arietum & ouiũ, &c. Præsertim si verum est, ambo parentes effectiuam materialemque vim conferre ad generationem. Demùm, hanc cogitationis efficacitatẽ; brutis potius inesse quàm nobis, exi-
C stimo. Hominis enim diuina, immortalis ac separabilis mens, multa cogitat sine instrumento corporali, ad multa diuertitur prolibito; pauciores ideò suũ imprimit affectiones semini; brutum verò longè plures. Sed fidẽ datam, breuitatemq; promissam haud licet præterire.

Fœminæ quoq; in est hæc vis.

A

QVAESTIO DECIMA SCHOLASTICA.

An de toto & perfecto rigore iustitiæ Christus pro peccatis nostris satisfecit? B

SVMMARIVM.

§. 1. *Arguitur à parte negatiua, primò & secundò, quia hæc satisfactio non fuit ad alterum sed ad se ipsum.*
Tertiò, quia id quod Christus obtulit, erat aliàs ipsius Dei: vnde non satisfecit ex proprijs, & indebitis,
Quartò, quia nõ erat Christi oblatio æquivalẽs debito generis humani, nã infinitas oblationis & valor eius erãt quid extrinsecũ.
Quintò, quia Pater poterat non acceptare hanc Christi oblationem. C

§. 2. *Asseritur pars affirmatiua. Explicatur difficultas primi argumenti.*

§. 3. *Actiones, quibus Christus satisfecit, an essent eius plusquàm Patris: an ex proprijs & alioquin indebitis, &c.*

§. 4. *Quomodò sit valor infinitus in actionibus Christi humanis.*

§. 5. *An teneretur Pater acceptare hanc satisfactionem.*

§. 6. *Arguitur de nouo in hac secunda editione. 1. quia peccatum est infinitum, valor autem operum Christi finitus. 2. Quia non ex proprijs, &c. 3. Quia persona diuina vt sic non influebat,*

A bat, &c. 4. *Quia gratia habitualis erat causa eius.* 5. *Quia non ad alterum. Confirm. quia hæc iustitia Christi, non erat legalis, nec distributiua, nec commutatiua, &c.*

§. 7. *Explicantur hæc argumenta latissimè. Peccatum quomodò sit malum infinitum. An sit magis infinitum quàm actus charitatis. Quid sit, peccatum esse destructiuum Dei.*

§. 8. *An valor actionum Christi potuerit esse maior. & demum sit satis alijs argumentis, vbi multa differuntur §. 9. 10. 11. &c.*

B 

BSQVE opinionum & assegationum strepitu præsentem controuersiam, quæ Doctorum secum pugnantium varietate reddita est difficillima, explicare breuissimè fert animus: vt angustiæ temporis, de qua toties conquestus sum, morem geram.

I. Arguitur. 1. quòd Christus non satisf. de toto rig. iust. Secundò.

BReuiter arguitur à parte negatiua: In satisfactione requisitum est, vt ille qui satisfacit, sit alter & diuersus ab eo cui fit satisfactio. Hoc autem non contingit in proposito. Patet, nam satisfactio fit ipsi Deo, qui, scilicet offensus erat: ac proinde fit ipsi Christo, qui, qua ratione C Deus est, tàm fuit offensus ab hominibus; quàm Pater & Spiritus sanctus. Non ergo fit hæc satisfactio alteri. Secundò ad idem: Christus non satisfecit Patri suo, qua ratione est alius à filio, ergo non satisfecit alteri, & sic nec perfecta, nec propria iustitia reperiri potest, in hac satisfactione. Consequentia patet: & probo antecedens: Minimè satisfecit Patri, vt Pater est, sed vt Deus: nam vt Deus erat offensus, non vt Pater: quandoquidem offensa non est propria alicuius personæ, sed communis omnibus, ergo satisfactio non debuit fieri alicui personæ in particulari, sed tribus quatenùs sunt vnus Deus: atq; adeò non satisfecit Christus alteri. Tertiò: Vt sit perfecta satisfactio, opus *Tertiò.*

est vt id quod satisfaciens offert offenso, non sit aliàs ipsius offensi: sed omnia quæ Christus offerebat Deo offenso, erant Dei, non solùm titulo creationis, & titulo primę causæ, quia.s. Deus erat earũ rerũ creator & causa prima efficiens, ac proinde verus dñs: sed etiam erant eius tanquam principij proximi, eò quòd Deus vnitus humanitati eliciebat immediatè eas operationes, per quas fiebat satisfactio. Erant ergo illæ Christi operationes omnibus titulis ipsius offensi, ergo nullus per eas poterat perfectè satisfacere Deo offenso. Cõfirmatur, nã perfecta satisfactio debet fieri ex proprijs, & aliàs indebitis: sed illæ operationes Christi nec erãt eius propriæ, cũ essent etiã Dei: nec erãt indebitæ, cũ omninò essent debitæ Deo multis titulis, vt dixi, ergo per eas nõ poterat perfectè satisfacere. Quartò: vt sit perfecta satisfactio, necessum est vt id quod offertur æquiualeat offensæ ac debita: hoc aũt non reperitur in proposito. Patet: offensa erat infinita, vt liquet: at quod Christus obtulit erat finitũ, quia creatum, ergo. Si dixeris, Operationes Christi entitatiuè esse finitas, at in ratione valoris, ob infinitã personæ dignitatem, fuisse infinitas. Contra: quia tota hæc infinitas habet se per modũ extrinsecæ denominationis, itaq; intrinsecè nullã illæ operationes habent infinitatem, per quam æquiualeant offensæ. Rursus, si quælibet Christi operatio est infinita, iam nec magis nec meliùs nec perfectiùs satisfeciisset Christus per totam vitã & mortem, quam per primam & minimam operationẽ. Tandem vltimò: si satisfactio Christi perfecta & rigorosa fuit, iam Pater non potuisset eam non acceptare, citra iniustitiam: in hoc enim vel maximè iustitiæ rigor attenditur. At Pater benè potuit non acceptare: tũ quia semper manet liber & non necessitatur ab aliquo extrinseco, tùm ob alias rationes, quas in solutione huius proferemus, ergo, &c.

A

Confirm.

B

Quartò.

Replica. 1.

Quintò.

C

II. *Vera sentẽtia q̃ detoto rigore iustitiæ Christi*

OPposita nihilominùs pars defendenda suscipitur à nobis: quam cùm multis scripturæ & Patrũ & Theologorum testimonijs tutari possemus, & rationibus etiam fortissimis obmunire; his omnibus, quia nocte intercipimur, vale dicimus, & ad argumenta dissoluenda properamus.

A mus. Erit enim vnquam ille dies, mihi cum liceat hanc grauissimam controuersiam rimari, & ad amussim, vt aiunt, libbrare & expendere.

Iustus pronobis satisfecit Patri.

Ergo ad primum & 2. argumentum respondetur, Christum verè satisfeciſſe alteri, scilicèt, Patri & Spiritui Sancto. Nec obstat quòd offensa facta fuisset Deo, vt Deus est: dum enim Deo facta est, censetur etiam singulis personis fieri, & sic ad quamlibet earum dirigi & ordinari poterat satisfactio: & vna poterat alteri satisfacere. Sicut iniuria facta alicui familiæ, fit singulis de familia, & vnus illorū posset vocem & vicem delinquentis assumere, & pro illo satisfacere toti familiæ. Nec rursus obstat, imò iuuat maximè

Ad 1. & 2. argumen.

B ad exhauriendam totam vim argumenti, si dicamus, Christum satisfeciſſe sibi ipsi. Certè si Prælatus (vt rem hanc illustremus exemplo) se infamat, peccat contra iustitiam commutatiuam, & tenetur sibi famam restituere: quam si restituat, satisfacit ex iustitia propria & perfecta. Nam licèt sit vna persona, habet tamen rationem duarum, scilicèt, personæ publicæ, & personæ priuatæ: & quidem vt publica, est offensa: vt verò priuata, satisfaciens. Christus autem vna licèt sit persona simpliciſsima, tamen duplicis personæ rationem sortitur, scilicèt, humanæ ac diuinæ: vt diuina offenditur, vt humana satisfacit sibi ipsi. Porro duo hæc argumenta si aliquid conuincerent, probarent Christum non solùm non satisfeciſſe de rigore iustitiæ, sed neque de propria iustitia: eò

Christus etiam satisfecit sibi ipsi.

C quòd eiusdem ad se ipsum non est propria iustitia. Neutrū itaque conuincunt. Sed properemus ad reliqua.

III.

Actiones per quas Christus satisfecit, aliquo modo sunt eius, quo nō sunt Patris.

AD tertium vt respondeamus: præmittimus, actiones per quas Christus satisfaciebat, licèt entitatiuè essent à tota Trinitate, tamen secundùm quandam rationem particularem esse proprias Christi. Est exemplum in operationibus vitalibus, quæ tali modo sunt à creaturis viuentibus, vt secundùm illum non sint Dei. Quòd si obijcias, iam ergo creaturæ rationales per actiones à se vitaliter elicitas, possent secundùm perfectam iustitiam Deo satisfacere. Negamus, quia illæ actiones non essent aliàs inde-

bitæ Deo: nam teneretur pura creatura titulo creationis ta- A
les actiones Deo acceptas referre. Rursus, nec illæ opera-
tiones omninò essent ex proprijs, quia concursus diuinus
ad eas requisitus, non esset ei debitus, sed gratis collatus: ac
proinde teneretur pura creatura, titulo creationis, totam
illam actionem & se ipsam offerre & tradere Deo. Cæte-
rùm cõcursus Verbi diuini & totius Trinitatis ad operatio-
nes Christi, erat debitus naturaliter, supposito quòd Chri
stus vellet aliquid operari: ac proinde absolutè non tene-
batur aliquam operationem elicere: & esto eliceret, non
Replicatur debebat eam alteri nec tenebatur eam Deo offerre. Quòd
si contendas, ex dictis solùm sequi, quòd, quia illæ opera-
tiones erant verè & propriè ipsius Verbi diuini, potuisset
quidem ipsum Verbum, vt Deus est, perfectè per illa satis- B
facere: at humanitatis, seu Christi vt homo erat, illæ ope-
rationes non erant proprię, sed omnino erant acceptæ &
debitæ ipsi Deo; non ergo potuit, secundùm quòd homo
erat, perfectè per illas satisfacere.

Respondetur. Ad hoc, pariter & ad confirmationem tertij arg. res-
pondetur, nihil sibi indebitum habuisse Christum, imò
totum, quod habuit, erat sibi debitum ac proprium. Nam
licèt ipsa gratia vnionis & gratia habitualis essent gratia
facta humanitati Christi, & facta nobis; at in ordine ad
ipsum Christum, qui est diuinũ suppositum, nihil habuit
rationem gratiæ, sed debiti naturalis. Quare nulli pro his
donis acceptis tenebatur Christus gratias agere. Erant
namque talia dona omninò propria, quia iure suo & pro- C
pria authoritate potuit assumere humanitatem cum om-
nibus donis sibi placitis, nec per hoc constitueretur debi-
tor alicui. Neque obstat quòd Christus satisfecit vt ho-
mo, & vt sic non erant propria sibi illa dona & opera; per
quod fieri videtur, quòd quatenùs satisfecit non satisfecit
ex proprijs. Hoc, inquam, non obstat, quia planè satisfa-
ciens non erat humanitas, sed Verbum incarnatum, Deus
& homo. Huic autem propria & debita erant omnia, &
ipse nullius erat debitor, ac proinde ex hac parte bene po-
tuit satisfacere secundùm strictam rationem iustitiæ, offe-

rendo

A rendo id quod verè erat suum & proprium, & aliàs indebitum, in compensationem nostrorum peccatorum.

Quòd si adhuc importunus argumentator insistat, obijciens quòd sibi non satisfecerit Christus perfectè, si quidē vt homo erat & vt præscindens à persona diuina Verbi; cui satisfaciebat; nihil habebat proprium, nihil quod non deberet, &c. Dicimus, quemadmodum operationes Christi, secundùm aliquam rationem erant eius, secundùm quam non erant Patris, ita eædem operationes media humanitate exercitæ, taliter erant propriæ illius vt satisfacientis, quòd non erant eius vt acceptantis. Quia vt acceptat, habet se omninò sicut Pater & Spiritus sanctus: vt verò satisfacit, immediatè & proximè & personaliter elicit ope-

B rationes creatas, quas non proximè elicit vt acceptans est. Atque ideò sibi propriè & perfectè satisfecit. Sed non cessas obijcere; Vt quis propriè satisfaciat, oportet vt id quod offert, ex suo fiat non suum; itaq; abdicet à se dominium talis rei; nam si penes se remaneat res illa sicut anteà erat, nihil dedit, nihil obtulit: atq; adeò nō satisfecit, ergo, &c. Respōdeo, licèt Christus à se dominiū suæ operationis nō abdicauit, id tamen fuit per accidens; quia quantum erat ex vi oblationis spontaneæ, taliter offerebat operationes illas Deo, vt à se earum dominium abdicaret. Rursùs, licèt Pater nihil noui, quod aliàs non esset suum, in hac satisfactione acquisierit: tamen id etiam fuit per acci-

C dens: nam Christus taliter offerebat, vt Pater, si aliàs non esset Dominus earum rerum, nunc de nouo ex vi oblationis fieret dominus; & sic, &c.

Replicatur adhuc.

Solutio.

Adhuc replicatur, & explicatur totum hoc.

AD quartum, fateor, operationes Christi entitatiuè esse finitas: at sunt infinitæ in ratione valoris & meriti. Porrò hæc infinitas nihil physicum est, aut inhærens ipsis operationibus, sed denominatio vel relatio rationis, qua per respectum ad suppositum infinitum, à quo tanquàm à principio immediato eliciebantur, habebant infinitatem illam in ratione valoris. Attamen valor iste non se habet veluti valor monetæ, cuius æstimatio crescere ab extrinseco solet. Nam valor operationum Christi non pro-

IIII. *Operationes Christi vt erant infinitæ.*

ueniebat ex sola impositione ad placitum, sed ex natura indiuiduali earum. Sunt enim operationes verè elicitæ à persona diuina, & hoc se habet velut fundamentum valoris & æstimationis infinitæ. Rursus, admitto, quamlibet Christi operationem sufficere ad satisfaciendum perfectissimè: noluit tamen Christus per vnam aut alteram seorsum satisfacere, sed simul per omnes. Et ideò vna aut altera seorsum ab alijs, licèt esset infinita, atque adeò absolutè & simpliciter potens perfectè satisfacere: tamen ex pacto & ordinatione inter Christum & Deum, minimè satisfaceret. Certè vnum ex requisitis ad meritum & satisfactionem, est ordinatio ipsius merentis aut satisfacientis in tale præmium vel offensam. Quia ergo Christi satisfactio, pro vt conuentum & constitutum fuerat inter ipsum & Patrem, taliter erat dispositа & ordinata, vt fieret per operationes. 33. annorũ morte completas, ideò nisi mors intercederet, neutiquam diceretur perfectè satisfeciſſe. A B

V. *An Pater teneatur acceptare satisfactionẽ Christi.*

AD quintum dicimus, Nequaquam teneri Patrem æternum acceptare Christi satisfactionem, quantumuis esset perfecta: eò quòd iustitia, quæ inuenitur in Christi satisfactione, non erat personæ ad personam, sed rei ad rem, id est, solutionis vel oblationis ad offensam. Ac proinde licèt esset omnimoda æqualitas, imò excessus solutionis supra offensam, non tamen supra ipsam personam offensam, quæ incapax erat obligationis. Et ideò Pater acceptare Christi satisfactionem minimè tenebatur. Rursus dicimus, id vt radicitùs aperiamus, aliud esse, rem valere tantum; & aliud, acceptari ad dandum aliquid pro ea. Stat enim, quòd Petrus mihi offerat pretium æquiualens & superabundans pro domo mea, & tamen ego nolim acceptare, quia nolo illi vendere: nec per hoc vllam illi iniuriam irrogo. Similiter in proposito, poterat Deus non acceptare Christi satisfactionem pro hominibus, quantũuis esset infinita, quia poterat iure eam satisfactionem ab ipsius offensoribus exigere. Tertiò dicimus, in actibus voluntatis tàm diuinæ quàm humanæ, duplex necessitas reperi- C

1. Explic.

2. Explic.

3. Explic.

A reperitur: altera absoluta, altera ex suppositione prioris actus voluntatis, &c. sic ergo Deus, suppositoquòd voluit redimere genus humanum per satisfactionem Verbi, necessariò tenebatur satisfactionem eius acceptare: hæc tamen necessitas ex suppositione, non infert in Deo imperfectionẽ. Sicut suppositoquòd prædestinauit Petrum, non potest non saluare illum & necessitatur saluare illum. Imò nõ oritur hæc necessitas ex aliquo creato, sed ex prio ri actu diuinæ voluntatis. Quartò dicimus, ex alia etiam 4. *Explic.*
suppositione non inconuenit, Patrem æternum necessitari ad acceptandam illam satisfactionem, id est, suppositoquòd filius offerebat. Voluntas enim humana Christi non *Suppositaquòd filius*
B potuit sic ordinare sua opera, quin Verbum diuinum taliter ea ordinaret: Verbo autem diuino ea ordinante, efficaciter, implicabat quòd Pater æternus ea non acceptaret: est enim eadem voluntas vtriusque *offerebat nõ poterat Pater non acceptare.*

Sed arguis, quia offensus non tenetur acceptare recompensam oblatam ab alio, quàm ab ipso offendente. Respondetur, licèt inter homines ita sit, quòd vnusquisque potest non acceptare satisfactionem ab aliquo tertio oblatam, sed potest eam à delinquente exigere: & rursus vnusquisque potest exigere satisfactionem lege taxatam, & potest non acceptare aliam, licèt sit superabundans & excedens; sed tamen hoc non habet locum in Christi satisfactione; nam offertur à voluntate infiniti valoris & etiam infinitæ efficaciæ: & sic non potest non acceptari. Et quidẽ de hac quæ *Replica.* *Solutio.*
C stione, hæc tantùm dicta sint, quãuis non tantùm hæc, sed innumera alia dici & deberent & possent. Verùm vt vltimæ, quæ reliqua sola mihi est, tempus superfit, hãc in tam breue compendiũ redigere opus fuit.

Faxit Deus, eam vt aliquando mihi copiosiùs liceat disputare.

Appendix vel Additio.

A

VI. *Alia argu. quòd Christus non satisfecit ex iustitia.*

RAecedenti grauissimæ quæstioni, & in scholis tertio quoque die agitari solitæ, hoc velut auctarium in secunda hac editione libuit appendere; præscriptam seruando methodum, vt scilicèt neque opinionum neque authorum varietate & allegatione, sed simplici veritatis enuntiatione rem terminem & absoluam. Proferam autem mixtim mea & aliena, noua atque vetera, suppressis tamen eorum, quorum studijs rem augeo, nominibus, ne inuidiæ potiùs quàm laudis, & adulationis quàm veritatis specie mea dictio habere videatur. Sed & qui in hac vltima quæstione à citandis & nominandis authoribus abstinui, non debui in breuiuscula eius appendice mutare consilium. Ecce iam vel noua argumenta, vel eadem altiùs repetita, fortiùs obfirmata, & exactiùs elucidata. B

1. Ex eo q̃ peccatũ est infinitũ, nõ verò satisfactio.

Primùm: Peccatum mortale est malum infinitum; vel ex propria specie, quia vt sic est longè peius quàm cuncta mala pœnæ simul sumpta: & quia in specie peccati mortalis non solùm continetur conuersio ad bonum commutabile, sed etiam auersio à bono incommutabili & infinito; nec potest intelligi terminus à quo auerti sit peius & grauius. Item est malum infinitum ex parte personæ, quæ per ipsum offenditur, quæ est infinitę dignitatis: & displicet offenditque Deum infinitè, nempè quantum ipsum est dignum displicere: imò & vt dicunt, est illatiuum mali infiniti ipsi Deo, nam de se aufert à Deo infinitam dignitatem vltimi finis; atque adeò Deum tristitia & morte afficeret, si eius esset Deus capax. Rursus ex parte numeri & extensionis habet peccatum infinitatem, quoniam peccata possent in infinitũ multiplicari; & ita collectio ipsorum habet quandam infinitatem extensiuam in ratione malitiæ. Sed sic est quòd opera Christi non habent infinitatem in ratione satisfactionis pro tali offensa infinita. Primò, quia opera eius poterant esse maioris valoris satisfactorij C

quàm

A quàm re ipsa fuerint: siquidem poterant esse melioris obiecti, maioris intensionis, amplioris durationis, & ab intensiori gratia habituali proficisci, & alijs præstantioribus circunstãtijs nobilitari. Neque verò infinita personæ dignitas superabat & in se continebat has omnes perfectiones & modos operationum eius, vt in solutione huius conabor ostẽdere. Tum. 2. quia valor qui ex natura rei illis Christi operibus conuenit, debet esse quid reale in ipsis existẽs, atque adeò aliquid receptum & consequenter finitum & limitatum, quia creatum. Tum. 3. quia iam non esset maior valor in omnibus operibus Christi simul sumptis quã in vno; & non maior in actu mortis eius quàm in actu lo-
B quendi; & in actu charitatis eius quàm in actu abstinentiæ; & in actu intensissimo & continuato charitatis quàm in remisso & momentaneo; si in omnibus est infinitus.

Secundum: Christus Dominus non potuit reddere æquiualens pro offensa generis humani: & probo. Tum, quia pro donis à Deo in propria humanitate susceptis non potuit æquale reddere Patri; nam Dijs, parentibus & magistris par nullus potest rependere: ergo nec pro donis collatis cæteris hominibus. Tum verò quia si ipse inquantum homo posset peccare & peccaret, non posset Deo æquam satisfactionẽ offerre, ergo nec pro nostris offensis. Tum. 3. quia bona, quę Deo offerebat, erant creditoris ipsius, hoc est, Dei, habentis plenum & perfectum eorum
C dominium: ad solutionem autem & satisfactionem veram & condignam opus est vt debitor transferat dominium à se in creditorẽ. Tum. 4. quia hęc omnia bona & actiones Christi, vt hominis, erãt Deo alijs titulis debita: scilicet titulo creationis, cõseruationis & primę causalitatis, itẽ titulo gratitudinis, obedientię, &c. at pretium, quo soluitur vnum debitum non est æquale & idoneum ad soluendum aliud, nisi fortè intercedat libera & gratiosa creditorum acceptatio.

2. Quia Christus non ex propijs & aliàs indebitis satisfaciebat.

Tertium: persona Verbi diuini incarnata nihil influebat in eius operationes humanas, quoad earum substantiam aut modum, nisi eo modo, quo influeret propria personalitas

3. Quia persona nihil influebat in actiones.

tas humana, si ibi esset: at propria non influit efficitve nisi A
sustentando ipsam humanitatem; neque enim munus personalitatis est agere, sed tantùm sustentare, supposítare, & vltimò terminare naturam: alioqui verbo diuino persona ante humanitatem, etiam Pater & Spiritus sanctus eã personarent, si personare est agere. Rursus, persona diuina nõ aliter fuit causa huius infinitæ satisfactionis, nisi vt vnita humanitati, & vt humana (etenim vt diuina non satisfacit, nec dat operibus humanis valorem satisfactionis, neq; pertinet ad hoc negotium:) at vt humana non potest dare infinitum valorem, neque æquare dignitatem personæ offensæ, quod requirebatur ad condignam satisfactionem. Denique si dignitas personæ operantis ita pertinet ad augen- B
dum valorem satisfactionis: iam quò maior fuerit, cæteris paribus, gratia habitualis hominis operantis, eò maioris erit valoris operatio. Et sic si in aliqua pura creatura esset infinita gratia habitualis, eius satisfactio esset valoris infiniti, & ex condigno satisfactoria pro offensa: quarè non esset opus refundere in solam diuinitatem vnitam humanitati causam & rationem huius condignæ satisfactionis, quam Christus exhibuit.

Gratia habitualis Christi an esset causa principalis an instrumentũ, &c.

Confirmatur hoc vltimum; nam peti potest, An gratia habitualis Christi causa fuerit valoris illius satisfactorij, vt subordinata personæ diuinæ, & vt eius instrumentum, an verò vt causa principalis licèt secundaria, per propriam formam & virtutem concurrẽs ad illum valorem: non vt causa principalis, cum non haberet ex se virtutem infinitam, C
nam si eadem poneretur in homine puro vel maneret in humanitate illa à Verbo dimissa & ab alio supposito personata, non esset principium valoris infiniti. Sed neque vt instrumentum verbi, quia vt dixi, Verbum secundùm se, vt causa principalis & per propriam formam & virtutem, non satisfaciebat; quia satisfacere soli cõuenit naturæ creatæ: atque adeò neque ipsum Verbum erat causa principalis illius valoris satisfactorij; & consequenter valor iste non erit infinitus, cum non sit infinita virtus, in quam tãquam in causam referatur.

Quar-

A Quartum: Operationibus Christi deerãt potissimæ leges iustitiæ: nam imprimis nõ erant ad alterum, vt initio huius quæstionis probabam, sed ad se ipsum, quia ad Deum vt Deus est. Item, non erant ad alterum, quia estò essent ad Patrem: at filius, in bona Philosophia morali, non est alter à patre, nec habet iustitiam respectu patris. Quid ergo, in ordine ad Spiritum sanctum dumtaxat erat hæc Christi iustitia? Rursus, seruum respectu Domini sui quando auditum est habere ius, habere iustitiam? Multò minus eam habebit creatura respectu sui creatoris. Dices, Christus non erat creatura. At dicã ego, vt creatura erat, fuisse in eo hãc iustitiam satisfactoriam: nam vt creator erat, vt Deus erat, non
B satisfaciebat, sed vt homo, vt creatura, vt seruus, vt inferior. Vt sic verò non potuit habere iustitiam ad Deum.

4. Quia hæc Christi iustitia non erat ad alterum.

Confirm. Hæc Christi iustitia respectu Dei non est iustitia legalis: quia legalis ordinat dirigitque actus virtutũ in bonum commune, non verò satisfacit. Neq; etiam est iustitia distributiua, quia hæc in partitione potiùs bonorum communium versatur quàm in faciendo satis pro iniurijs. Denique neque commutatiua, quia hæc à Philosophis ac Theologis minimè constituitur nisi inter personas æquales: sicut enim iustitia legalis est partium ad totum; & distributiua, totius ad partes: sic commutatiua est partis ad partem, quę eatenùs sint æquales, quatenùs inter eas possit ratio debiti & indebiti, ratio obligationis, ratio lucri &
C damni, dati & accepti, proprij & alieni, mutuò intercedere. At satisfactio Christi non potuit esse ex proprijs, & indebitis, sed ex bonis creditoris, idest, Dei, & Verbi vt Deus est, & debitis multis de causis Deo. Fũdabãtur ergo in gratia & liberalitate creditoris, in auxilijs & cõcursibus diuinis liberè à creditore datis Christo. Imò licèt hæc essent Christi, erant cæteroqui ipsius quoque Dei, multis titulis atque nominibus. Nihil ergo Christus obtulit aut dedit Deo, quod non esset Dei. Nihil inde lucratus est Deus, nil denuò accepit. Quare non euasit debitor, non obligatus & aliqua ex parte astrictus Christo: & sic nec iustitia commutatiua in eius satisfactione atque adeò nullius leges iustitiæ

Christi iustitia an esset legalis an distributiua an cõmut.

tiæ exactè seruantur. Adijce; si iustitia ipsaq; infinita Christi operibus inerat, iam maior fuisset Christi satisfactio & meritum quàm potentia Dei ad reddẽdum pro ea mercedem: nam Deus infinitam illi mercedem reddere non potest. Rursus cum iniuria, & debitum non esset tam infinitum, planè iniquum & iniustum fuit exigere operationes tam infinitas, tam copiosas & abundantes, quales Christus patri exhibuit: sicut precium excedens qui pro re minori exigit, in commutatiuã iustitiam aperte peccat: sicut & qui maiorem, quàm sibi debeatur, solutionẽ aut exposcit aut admittit. A

Confirm. quia obtulit Christ⁹ plus iusto.

VII. Satisdatur argum.

EAmus iam, si placet, obuiam his in aduersum pugnantibus argumẽtis: suo vnumquodque ordine refutemus. Ad primũ quod duabus constat partibus egregijs planè ac difficillimis; altera de infinitate peccati, altera de infinitate valoris operũ Christi, dicimus, nunquã peccatũ, quantũuis alioqui graue, habere intrinsecè & simpliciter infinitatem, sed extrinsecè & secundum quid. Possunt in peccato cõsiderari duæ grauitates, vna quoad malitiam, quæ ei conuenit secũdùm suam speciem; & alia quoad rationem offensæ, quia prout committitur contra Deum, est quædam eius iniuria: nam per ipsum violatur ius, quod Deus habet, vel tanquam author legis, vel tãquam amicus, vt nihil fiat contra eius legem & præceptum. Et quantum quidem ad primam grauitatem nũquam potest peccatum habere infinitatem, quia obiectum eius, á quo sumit speciem, semper est finitum, etiam in genere malitiæ, scilicet, bonũ illud commutabile, ad quod homo se peccando cõuertit: & itẽ principium à quo efficitur, nempè voluntas hominis, finitũ est. Bonum item illud, quo priuat vt peccatum est, non est infinitum: nam forma opposita, cui immediatè opponitur, scilicet, vel gratia habitualis, vel rectitudo debita inesse actui, siue conformitas ad legem, siue subordinatio ad Deum vt ad finem, omnia hæc finita sunt. Quoad verò alteram grauitatem, similiter constat esse finitam; tum quia peccatum ea tenùs est offensa, quatenùs est malum & contra legem: sed vt sic est finitum, ergo. Tum etiam, quia quãtitas offen- B

Duæ grauitates in peccato, & vtra earũ sit infinita.

C

sæ

A sæ expenditur penes quantitatem damni, quod per eam in fertur offenso; sed per peccatum non infertur Deo malum infinitum, eo modo quo peccatum dicitur malum Dei. Non enim læditur ius aliquod Dei aut eius honor, nisi finitè, iuxta quãtitatem malitiæ quæ est in peccato. Tum verò, quia peccata etiam in ratione offensę sunt inæqualia, vt cõstat; ergo nullum est infinitum, quia vnum est maius alio. Vnde sententia est bonorum Theologorum, peccatum non habere aliam infinitatem, nisi obiectiuam & extrinsecam, qualem etiam habet actus charitatis, quia versantur circa Deum. Sed de hoc statim.

Quomodò perfectio actus crescat ex perfectione obiecti.

B At dices, grauitas offensæ crescit ex grauitate personę, in quam committitur. Dico, hoc intelligi non secundùm gradum aut numerum, sed secundùm proportionem. Itaq; quantò persona offensa est maior & dignior, eò offensa est grauior, non tamen in eo gradu quo dignitas personæ crescit. Itaque non si personæ dignitas est vt duo, fit, offensam esse grauem vt duo; & si sit vt centum, vt centum: sed secundùm quãdam proportionem. Quare ex dignitate infinita Dei offensi, non infertur infinitas iniuriæ. Prætereà, augmentum grauitatis non fit per partes certas & determinatas, sed per indeterminatas, & minores atque minores intra latitudinem certæ & finitæ cuiusdã grauitatis. Quod qui præ oculis cõstituerint, facilè se extricabunt à similium importunitate argumentorum, quæ ex vulgari illa gradatione

C desumitur. V. g. Quantò obiectum dilectum aut visum est melius, eò actus qui in illud tendit, est melior, ergo si illud est infinitum, actus erit infinitus. Rursus, Quò actus magis durat, eò est maioris meriti, ergo actus durans per horam, hoc est, per infinitas partes proportionales horæ, erit infiniti meriti. Item, Ex damno præuiso & illato crescit intensiuè malitia peccati, ergo ex infinitis damnius, crescet infinitè peccatum Adæ. Deinde, Volitio occidendi vnum hominem est certæ malitiæ, ergo volitio occidendi infinitos homines, aut Christum aut Deũ, erit infinitæ malitiæ.

An peccalum

Sed insistis: Non ergo peccatum mortale aliter est ma-

sum habeat dici magis infinitum quã actus charitatis.

lum infinitum & offensa infinita, nisi obiectiuê; qua ratione omnis actus humanus, qui circa Deum versatur, est etiam infinitus. Pergis obijcere, quia esto peccatum secundùm illam primam grauitatem, quæ sumitur ex obiecto & ex bonitate mortali qua priuat, non sit peius quàm sit bonus actus virtutis illi oppositus; atque adeò sit finitum: Cæterum vt est offensa Dei, & vera ac propria eius iniuria, ipsum dehonorans, contemnens atque conculcans, adeò est graue, vt incomparabiliter excedat in infinitum omnes alias offensas & iniurias, quæ in omnes homines & Angelos possunt cõmitti: nullamq; habeat proportionem cum omnibus alijs siue bonitatibus virtutum, siue malitijs vitiorũ: ac proinde sit infinitum simpliciter in ratione offensæ. A

Magis offenditur Deus per peccatũ quàm cõplaceat in actu charitatis.

Respondeo, habere quidem peccatum plures ac maiores causas, ob quas dici posset infinitum in ratione offensæ quàm habeat actus caritatis vt dicatur infinitus in ratione satisfactionis & obsequij. Hinc fit, habere quidem inter se proportionem malitiam peccati & bonitatem actus charitatis, quoad totam moralitatem & spetiem quę sumitur ex obiectis: nam hæc malitia non est nisi priuatio bonitatis oppositæ: vnde tanta est & non maior quàm sit bonitas, quæ actui deberet inesse. At cum sermo est de valore ad satisfaciendũ & de quãtitate offensæ & iniurię, haud credi debet tantum valere actum charitatis in pura creatura ad satisfaciendum Deo, quantum peccatum ad offendendum Deũ. Quia hoc non sumitur ex obietis aut ex spetie actuũ: sed ex persona offensa in peccato, & ex persona satisfaciente in actu charitatis. Quocirca quandiu actus charitatis non procedit à satisfaciente infinito, non æquipollet grauitati offensæ. Neque tamen inde fit, iniuriam hanc peccati infinitã intrinsecè & simpliciter esse aut dici debere, propter rationes paulò superiùs explicatas, licèt doctissimi alij reclament. Nam quòd in infinitum videatur excedere omnes aliàs offensas & iniurias hominibus & Angelis irrogatas & possibiles irrogari; quòdque nullã habeat cũ illis proportionẽ, solùm arguit, offensam hãc peccati esse alterius ordinis atq; rationis eminentioris & superioris. Sicut & lux solaris B C

A solaris excedat omnes sublunares, & quòd species humana exuperet in perfectione omnes species brutorum, etiã possibiles & infinitas, non arguit lucem solis & naturam hominis esse infinitam, sed esse ordinis alterius & altioris.

Quid sit, peccatum mortale esse afflictiuũ & destructiuũ Dei.

Sed quid sibi vult quod vulgò aliqui Theologi dictitant, peccatum mortale ex se esse diuinæ naturæ non tantùm offensiuum, sed & tristitiæ illatiuum, imò & destructiuum, si Deus tristitiæ & mortis esset capax? Hoc quidem vulgare proloquium, in multorum licèt ore versetur, mihi vsquequaquè nunquàm placuit. In primis autem dico, non inde grauitatem peccati augeri: nam quòd actio sit damnificatiua, si tamen de facto nõ debet damnum inferre, & hoc
B præuideatur, non aggrauat actionem. At peccatum licèt esset Dei destructiuum, hoc ipsum habet. Deinde, non video, qualiter sit diuinę vitæ destructiuum. Vbi enim impossibilè est esse potentiam passiuam ad recipiẽdum aliquid, impossibile etiam est esse actiuam ad illud inducendum. v.g. si esset impossibile esse calefactibile, etiam esset impossibile esse calefactiuum. Quinimò estò, peccatum esset illatiuum mortis in Deo; at ex parte Dei esset infinita vis ad resistendum & propulsandum hoc malum. Dices, omnis offensa est de se afflictiua eius, quem offendit; peccatũ ergo mortale affligeret Deum, si Deus esset capax afflictionis: ergo destrueret, nam Deus afflictus & tristis esse non potest. Dico, similitèr, Deum, album aut calidum esse non posse, & tamen inde non sequitur, quòd albedo aut ca-
C lor sint destructiua Dei. Item, idem argum. procedit de peccato veniali, quod quantum est de se est illatiuum alicuius displicẽtiæ & tristitiæ in Deo, nec inde fit esse destructiuum eius.

Obijcis, saltem peccatũ erit infinitæ malitiæ ex ea parte, quà à Deo aufert dignitatem infinitam vltimi finis, & qua secũdùm virtualem & interpretatiuum affectum peccantis, odio habet Deum, & ad ipsius destructionem conatur. Respondeo, non inde crescit eius malitia in infinitum. Sicut quòd quis velit occidere infinitos homines, furari infinitam opum vim, non auget in infinitum, malitiam volun

tatis: estò enim obiectum sit infinitum, non ideò pari passu creſcit qualitas actus, nisi pariter creſcat modus operandi potentiæ & attingendi obiectum, & perueniẽdi ad vnum finem & discedendi ab alio. Quia ergo modus iste finitus semper est, ideò finita est malitia. Exempla mutuanda sunt ex nuper dictis. A

VIII. De valore infinito actûy Christi.

AD alterã ergo primi argumenti partẽ, qua valor infinitus actionum Christi expendendus & explicandus se se offert, dico imprimis, ad hoc vt ipsius satisfactio esset sufficiens ad æqualitatem & de toto rigore iustitiæ pro peccatis nostris, non fuisse necessarium valorem simpliciter infinitum, siquidem in ipsis hominum peccatis nõ erat, vt vidimus, grauitas simpliciter infinita. Dices, peccata hominum posse multiplicari in infinitum, & sic Christi satisfactionem non potuisse illa adæquare nisi haberet infinitũ valorem: sic cum debita soluenda possunt creſcere in infinitum, non dicetur quis habere pretium sufficiens ad soluendum nisi habuerit pretium infinitum. Dico, peccatum Adæ, quoniam fuit peccatum capitis, fuisse sufficiẽs ad inficiendos infinitos homines, & tamen non fuit infinitum: similiter satisfactio Christi, quòd fuerit capitis, sufficit pro infinitis debitis sine eo q̃ esset infinita. Vnde exẽplũ pretij non est ad propositum, quia pretium non comparatur ad debita vt pretium capitis, sed vt æquale: & ita creſcentibus debitis, tãdem exhauriretur pretium, nisi esset infinitum. B

Quòd Christi satisfactio licèt nõ esset infinita, sufficeret.

Dices, si non erat necessarius ad satisfaciendum ex condigno pro peccatis hominum, valor infinitus, posset ergo pura creatura satisfacere. Hoc tibi nego, quia saltem requireret condigna satisfactio modum aliquem prouenientem ex dignitate personæ, qui nisi à diuina prouenire non poterat. Certè satisfactio riguroſa exigit, quòd sit ex proprijs, & aliàs indebitis, & non gratis satisfacienti à creditore collatis; hoc autem satisfactio puri hominis habere nequit. Sicque satisfactio hæc à diuina persona erat in natura assumpta exhibenda, non quia ad eam requireretur infinitas, sed quia requirebãtur aliæ conditiones, nẽpè, ex proprijs, &c. Valorem nihilominus operationũ Christi fuisse in ratione C

ne

A ne satisfactionis actu & simpliciter infinitũ, incunctanter
assero: alioqui fuisset simpliciter finitum. Etenim valor
iste crescit ex dignitate personæ satisfacientis, quę actu est
infinita, in nostro proposito.

An satisfactio Christi potuerit esse maior.

Hoc præmisso, Negamus, opera Christi potuisse esse
maioris valoris intensiuè quàm fuerint, licèt extensiuè po-
tuerint, & hoc probat argum. Vnde dico, valorem hunc,
qui ex infinitate personæ satisfacientis resultabat in opere,
continere eminenter omnem valorem, qui poterat sumi
ex obiecto & alijs circunstantijs. Dices, hic valor non est
causa valoris qui sumitur ex alijs, ergo non continet eum
eminenter. Dico, non omnem continentiam eminentia-
B lem dicere causalitatem, sed perfectionem & excellentiã:
sicut Theologia dicitur eminenter practica & speculatiua,
& species humana equinam, & angelica humanam conti-
nent eminenter, & tamen non causant eas. Valor itaque
iste infinitus proueniẽs ex dignitate personę cõtinet omnẽ
eũ, qui aliũde prouenire posset, & reddit opus Christi con
dignum respectu omnis satisfactionis & meriti prouenien
tis alioqui ex obiecto & circunstantijs quàmlibet bonis.

Continentia eminentialis nõ est virtualis aut causalis.

Qualiter vero valor hic cum quid creatum sit & rece-
ptum in humano subiecto, sit infinitus, explicandum re-
stat. Dico in genere entis esse finitum, secùs verò in esse
moris. Quod dupliciter explicari potest. 1. quòd hic va
lor infinitus sit relatio realis ad personam Verbi vt ad prin
C cipium sui, sicut esse vitale actionum, dicunt aliqui, consi-
stere in relatione ad principiũ vitale: & actionẽ esse libe
rã in, ordine vel relatione ad principiũ liberũ. 2. q̃ sit quædã
æstimabilitas & condignitas in ipsis humanis Christi ope-
rationibus, vt, scilicèt, iudicentur dignæ tali mercede, quã-
uis radix ex qua prouenit talis æstimabilitas non sit entitas
ipsarum operationum, vel aliquid eis intrinsecum, sed sit
persona Verbi. Sicut purpura, qua Rex est indutus, quòd sit
digna maiori veneratione quàm purpura alia, non est quid
ipsi intrinsecum. Et quidem vtrouis modo rem hanc expli
cemus, dicamus, ex natura sua & non ex libera Dei acce-
ptatione, opera Christi habuisse prędictã infinitatẽ valoris.

Valor infinitus, quomodò.

Aio præterea, non fuisse maiorē valorē intensiuū in pluri A
bus ac intēsioribus, & cōtinuatioribus Christi actionibus,
quā in vna, ipsaq; remissa & momentanea, siue huius siue il
lius obiecti & speciei fuerint: etenim ratio infinitatis in om
nibus erat æqualis, imò eadem. Vtrùm verò dici debet, eun
dem numero valorem, in omni actione Christi fuisse, si ser
mo sit de valore infinito; non de alijs valoribus ex obiecto,
& circunstantijs prouenientibus? Sunt qui negent. Nam
quamuis radix huius valoris infiniti sit dignitas infinita di-
uinæ personæ, at ipsa persona aut ipsa eius dignitas non
erant valor ipse, potest ergo multiplicari valor, licèt digni
tas personæ sit vna. Dices, Quomodò possunt dari multa
infinita in eodē genere, scilicèt, in genere valoris? Dico, li B
cèt absolutè non possunt dari, at in certo & determinato
genere possunt, vt si essent multę lineæ infinitæ, & multi
calores infinitè intensi; & tunc sicut vnum horum non es-
set maius alio, sic nec vnus valor operis Christi erat maior
quàm alterius. Porrò hæc multiplicatio infinitorū fit secū
dùm differētias indiuiduales, quæ possunt multiplicari per
ordinem ad materiam, sine augmento in intensione. Ne-
que est eadem ratio de multiplicatione infinitorum in ge
nere entis, tum quia hæc non potest fieri per differentias
indiuiduales, tum quia vnumquodque horum haberet dif-
ferentiā constitutiuā alterius; aut formalitèr, & sic non di-
stinguerentur: aut eminenter, & sic se mutuò excederent, C
nam id quod eminenter aliud continet, perfectius illo est,
& sic nullum esset infinitum in genere entis.

An idē numer o valor fuerit in om ni opere Chri sti.

IX. *An reddiderit æqua le pro donis à Patre sus ceptis.*

AD secundum, sunt qui dicant, Christum non potuisse reddere æquiualens pro donis ac beneficijs suæ hu-manitati à Patre collatis, & tamen pro debito peccatorum nostrorum potuisse: tum quia longè maior & vberior fuit donorum magnitudo quàm offensæ. Tum verò, quia pro debito cōtracto ex beneficijs, fit satisfactio per gratiarum actionem, quæ actio semper est nouum donum & nouum beneficium à Patre susceptum: at pro debito contracto ra tione offensę fit satisfactio per aliquid pœnale, quod quidē non est nouum beneficium, & ita potest per tolerantiam

talis

A talis pœnæ tandem exhauriri & superari totum debitum. Quidquid tamen sit de hoc, dico pro vtroque, id est, pro donis & pro offensis reddidisse Christū Deo æquiualens. Et quod dicitur, Dijs, parentibus, &c. habet verum cùm soluens est persona finita. Vnde si disputandi gratia admittamus, Christum peccare potuisse, tunc sicut ex impossibili sequitur quodlibet, sic sequeretur Christum posse & non posse satisfacere pro suis peccatis ad æqualitatem. Et adhuc verosimilius est, quòd nō posset. Quia licèt persona diuina infinitæ dignitatis eliceret talem satisfactionem, tamen ipsa eius opera essent incapacia talis valoris propter indignitatem naturæ creatæ, à qua immediatè procederent.

B Rursus, quod petitur in argumento, dico, sat esse, si debitor habeat plenū dominiū rei, quā offert & exhibet: neq; requiritur vt à se dominium alienet, aut quòd creditor eius rei alioqui dominium non habeat. Satis ergo est quòd de nouo trāsferat debitor in creditorem, nouo titulo, rem, prout in solutione ad 3. primæ editionis, superiùs explicatū est. Tametsi autē hęc Christi oblatio erat alijs titulis Deo debita, poterat exhiberi in solutionem noui debiti. Sicut si quis debet Petro rē titulo iustitiæ, & titulo obedientiæ, & titulo gratitudinis, & etiā misericordię, vt possibile est; posset soluēdo illa centū, satisfacere omnibus istis titulis. Aut dico, cum arguis, non posse per idem pretiū solui plura debita, intelligi debet, cùm pretium non est ęqualis valoris omnibus debitis, secùs verò cum est æquiualēs, tunc enim potest adæquatè respondere multis & infinitis debitis. Sed de his statim in solutione vltimi, iterum.

Antrāstulerit Christ⁹ in patrē aliquod dominium.

C AD tertium, nego personam cōcurrere tantùm ad actiones, vt sustentātem naturam, imò concurrit vt eas eliciens & exercens, quamuis non per influxum aliquem diuersum ab influxu naturæ, est enim idem influxus, propter naturalem subordinationem naturæ ad personam. Imò licèt persona solùm se habeat vt sustentans naturam & vt conditio ad operandum, & physicè non influat in opus, potest tamen moraliter influere valorem propter summam coniunctionem cum eo; quæ coniunctio hypostatica po-

X. *Quomodo persona diuina influāt valorem in opera Christi.*

test esse sufficiens fundamentum huius valoris. A

Quòd verò petitur, an persona diuina, vt vnita humanitati, det valorem satisfactioni, dico, non dare, si particula, *vt* sumatur reduplicatiuè: secus si specificatiuè, vt sit sensus, vnionem cum humanitate esse conditionem necessariò requisitam ad hoc. Itaque persona verbi in se & vt diuina, est causa per se huius valoris: tamen ad hoc vt sit actu causa, requiritur tanquam conditio, vnio. Vnde neutiquam est concedendum, satisfacientem hîc esse inferiorem Deo; licèt enim satisfaciens sit Deus homo, tamen humanitas nõ pertinet ad causam per se huius satisfactionis infinitæ, vel huius satisfacientis infinitè, sed ad conditionem. Nam causa per se est Verbum. Itaque ad substantiam physicam satisfactionis, humanitas vt causa per se concurrit & requiritur, B non verò ad infinitatem valoris, quæ est quid morale & de quo hîc cæptus est sermo. Dices, Deus secundùm se, & sine aliqua conditione aut modificatione est offensus, at Deus non est satisfaciens nisi cum conditione & modificatione humanitatis, nõ est ergo satisfactio æqualis offensæ. Certè conditio requisita ad agendum modificat concursum actualem causæ, quanuis non modificet virtutẽ causæ. Dico, cum concursus iste & influxus personæ diuinæ in operationes humanas Christi non sit physicus sed moralis, qui consistit in vnione Verbi cum eis & in resultantia morali valoris in ipsis ex vi vnionis hypostaticę cũ natura, non modificat aut limitat aliquo modo illam vnionem moralem personæ cum operibus. C

Gratia habitualis licet esset infinitæ intensionis nõ daret valorẽ infinitum.

Ad aliud dico, quanuis gratia habitualis haberet infinitam intensionem, non daret actui valorem æqualem offensæ; quia valor debet esse infinitus simpliciter, & ex proprijs & cum alijs circunstantijs, qui nisi à persona infinita non potest prouenire. Adde, licèt gratia habitualis esset in illo infinita, tamen nõ concurreret ad operationes vt infinita, quia non influxu physicè infinito, propter finitatẽ potentiarum: neque morali, quia valor moralis operationum nõ commensuratur intensioni physicæ gratiæ, imò interdum excedit eam, interdum excedituꝛ, iuxta qualitatem & perfectio-

A fectionem aliarum circunstantiarum. Sicut sigillus regius, quo monetæ cuduntur, non dat eũdem valorem omnino monetæ, sed maiorem aureæ, minorem argenteę, cupreę. &c. pro diuersitate materię. Deniq; dico, licèt gratia illa esset infinita physicè, semper tamen esset finita moraliter, & esset finitę dignitatis, & ita semper daret actibus valorem finitum, quamdiu à persona infinitæ dignitatis nõ procederet. De quibus adhuc attende quod sequitur.

Ad confirm. enim dico, gratiam habitualem, vt subordinatam personæ verbi, posse esse principium infiniti valoris, & posse dignificare opera sine proportione ad eius bonitatem moralem. Vnde ratione huius subordinationis

B est principium infiniti valoris, &, vt quidam volũt, per modum principij proximi principalis, non instrumentalis. Primò quia subordinatur proprio suo supposito, & nõ alieno aut extrinseco. Vnde cum dicitur, causam principalem esse, quę operatur per propriam virtutem, dicunt, debere intelligi de virtute, quæ sit propria, vel participata à proprio & non extrinseco supposito. Secundò quia gratia habitualis nõ subordinatur supposito diuino in hac re, per solam motionem aut vsum actualẽ, sicut instrumenta; sed subordinatur & elẽuatur in actu primo, antecedenter ad motionem & vsum. Itaque licèt non moueretur actualiter illa gratia ad talem satisfactionem, adhuc haberet virtutem per modum actus primi ad influendum infinitum

C valorem in satisfactionem. Denique quia supra ostendi, verbum diuinum esse, in quod tanquam in causam per se erat refundenda infinitas huius valoris, & non in gratiam, neque in humanitatẽ: non plurimum retulerit exquirere, an gratia habitualis concurrerit vt instrumentum an verò vt causa ad hanc infinitatem. Enimuerò calor animalis instrumentum est in productione carnis atque substantiæ viuentis; & tamen eam producit per virtutem, quæ vel est propria vel participata à proprio supposito. Item non subordinatur animali tantùm quoad vsum & in actu secundo, sed planè in primo: & nihilominus est instrumentum.

Gratia habitualis dicitur esse principium infiniti valoris, & quomodo.

Gratia habitualis non subordinatur supposito diuino per modum instrumenti in hac satisfactione.

XI. *Iustitia hæc Christi an esset ad alterum.*

AD quartum, quod multa inuoluit, dico suo ordine. Primùm, Virtus obedientiæ & religionis non minus postulant esse ad alterum quàm iustitia; & tamen Christus vt homo propriè coluit & obediuit Patri, Spiritui sancto, Deo, imò & sibi vt Deo, ergo propriè potuit satisfacere ex iustitia, prout superiùs explicatum est in altera editione. Adde, Relationem realem, quæ importatur in commutatiua iustitia, licèt sit prædicamentalis, non exigere distinctionem realem suppositorum, sed naturarum sufficit: quia hæc non est relatio suppositi ad suppositum, & satisfacientis ad eum, cui satisfit (nam hæc solùm est rationis inter Christum & Patrem,) sed est rei ad rem, pretij ad remissionẽ offensæ, meriti ad mercedẽ, & ita est realis cum distinctione reali fundamentorum & relatorum. A B

Relatio Christi ad Patrem.

Rursus, vt seruus, vt creatura, vt minor Patre satisfaciebat, si particula, vt, referatur ad exercitium operationum secundùm suam substantiam; & tunc importat rationem per se. At si referatur ad modum, ideſt, ad valorem satisfactionis, non importat rationem per se, sed conditionẽ, vt nuper explicui. Itaque vt homo & vt seruus satisfecit vt causa per se quoad substantiã satisfactionis: tamen quoad valorem, sola diuina persona vt sic erat causa & ratio per se; humanitas verò & seruitus, non nisi conditio. Cùm ergo dicitur, inter seruum & dominum non esse iustitiam, intelligitur de eo qui est seruus, quantum ad id quod est per se ratio valoris & æqualitatis atq; condignitatis. Christus autem non erat seruus secundùm id quod in ipso erat ratio valoris & condignitatis, sed æqualis Patri. C

Iustitia an sit serui ad Dominum.

Iustitia cõmutatiua inter Christũ & Deũ.

Ad Confir. dico, hanc Christi iustitiã respectu Dei fuisse commutatiuã, cum id quod per eam redditum est Deo, fuerit æquale iniuriæ: imò & reddens ac soluens fuerit æqualis creditori: quanuis æqualitas dantis & accipientis non ita sit necessaria ad iustitiam commutatiuam, sicut æqualitas dati & accepti, seu debiti & redditi. Quinimò existimo, hanc iustitiam commutatiuam, esse eiusdem rationis cum ea, qua nos iniurias compensamus. Nam & iniuria,

A iuria, quæ Deo per peccatum infertur, eiusdem est rationis cum illata Homini, in ratione obiecti specificantis actum: neque enim illa videtur esse alterius ordinis, propterea quòd debitum ex ea resultans sit longè maius.

De an sit capax lucri & damni.

Lucrum porrò & damnum, quod communiter intercedit in iniurijs & earum compensatione, dico, suo modo etiam interuenisse in nostro proposito. Iniuria in ipso patiente appellatur damnum, in faciente, lucrum. Satisfactio in offerente, reputatur damnum; in eo cui satisfit, lucrum. Hoc modo Deus est capax damni, quatenus nostris offensis lædituꝛ suus honor in æstimatione hominum, lædituꝛ suum ius, quod habet, vt ei pareamus: est capax lucri, prout

B illi redditur suus honor atque ius per nostram satisfactionem. Datum & acceptum ex his quoque iam liquet, qualiteꝛ in hac Christi iustitia ad Deum reperiantur; nimirum sicut reperiuntur lucrum & damnum.

Ex proprijs satisfecit.

Proprium verò & alienum, debitũ & indebitum, quòd hîc similiter interceſſerint, explicandum restat. Dico imprimis, Christi satisfactionem fuisse fundatam non in gratia Dei, sed in bonis proprijs, nam vel fundabatur in gratia vnionis, vel habituali: quarum neutra fuit gratia ipsi Christo satisfacienti, licèt esset gratia humanitati facta. Et quamuis absolutè liberum esset Deo concurrere ad opera humanitatis Christi, & ea impedire: tamẽ ex suppositione quòd

C Christus vellet ea per humanitatem elicere, non poterat Deus nõ cõcurrere. Itaq; nulla ex parte erãt aliena aut gratuita, sed omnibus titulis propria Christi, opera quibus Deo satisdabat. Adde, licèt opera hæc essent sub dominio Dei, cũ essent creaturæ, tamẽ etiam erãt sub Christi dominio, nõ tantum vt Dei, sed etiã vt suppositi elicientis ea per naturam assumptam. Neque verò requisitum erat, vt à se eorum dominiũ Christus abdicaret & in Patrẽ de nouo trãsferret: satis est quòd nouo titulo transferebat, vt supra explicatum est. Sed & in satisfactione, quę non fit pretij collatione, sed satisfacientis humiliatione, non est necessarium transferri aliquod hinc inde dominium. Vnde ex hac parte non tollitur iustitiæ perfectio, licèt operis satisfactorij do-

Nota.

miniu m ſemper remaneat penes offerentem.

Reliqui ſunt duo nõ modicę grauitatis & difficultatis articuli. Vnus, an exhibita hac Chriſti ſatisfactione, euaſerit Deus debitor & obligatus ad remittendum iniuriam, & peccata hominum. Alter, an potuerit eam ſatisfactionem non acceptare. Eòdem ambo ſpectare videntur. Alter tamen explicatus ſatis in altera editione relinquitur: alter verò ad materiam de merito in 12.q.114. pertinet, vbi vel de iuſtitia hominum & eorum meriti ad Deum & ad mercedem, vel de obligatione ac debito, ſi quod ex merito hominis in Deo reſultat, ex propoſito differitur. Et quidem hîc gradum ſiſtamus, quando tam multa ſpatia huius grauiſsimæ quæſtionis peragranda ſupererant: vt cùm plurimòs in ea fecerimus progreſſus, vix ab eius initio profecti & expediti videamur. Veluti alter Siſyphus, qui ſaxum ſuum cum ad montis verticem perduxiſſe credebat, â radice iterum montis inchoare, & ſaxum denuò in altum ferre cogebatur.

QVAE-

A

QVAESTIO DECIMA EXPOSITIVA.

B

Nomen Iesu vndenam deductum sit?

SVMMARIVM.

§. 1. *DE recta nominum impositione, Adam non recta suis filijs nomina posuit. Hebræa nomina diuina. Hebræi, Barbari.*

§. 2. *Contra eos, qui linguæ sanctæ mysteria non venerantur, & contra Theologos Hebraicè imperitos.*

§. 3. *Nomen Iesu, an Græcum an Hebriacum? Et de recta eius orthographia. Et alij an sic nominati fuerint.*

C §. 4. *Nomen Iesu & Iehouah, an vnum & idem. Et de litera, Sin interiecta nomini huic.*

§. 5. *Multa de nomine, Iehouah. Et qualiter à Iudæis proferretur. Et à Christo, Mose, &c. Mysterium Trinitatis & incarnationis eo exprimitur.*

§. 6. *Cur dicatur hoc nomen ineffabile, & an possit proferri. Quid significet. Cuius generis sit.*

§. 7. & 8. *An reuera sit idem nomen Iehouah, & Iesu & de litera S. illi interposita. Asseritur & probatur latè pars affirmans. Messias ipsum nomen Dei.*

§. 9. *Impugnatur validè hæc interpretatio.*

HANC



HANC ego quæstionẽ paucis perstrinxi, cum eam palàm cum alijs disputaui: sed postquàm à me impetrarunt, seu potiùs extorserunt discipuli, vt publicas has disputationes facerem, non potui hanc, quæ vltima est, & gratissimam futuram spero, non pressiùs & vberiùs examinare. A

I. Nomenclaturã rectã & præclaram habere, præclarum est.

SOcrates apud Platonem, in Dialogo de Sapientia, qui & Theagenes appellatur, nõ parùm referre existimat, vt præclari & insignes viri nomina habeant, quibus insigniantur, suæ virtuti & claritati accommodata. Et refert Ioan. Andr. in cap. cùm secundum Apostolum. colu. 1. de Præbend. ab vxore Milantia se didicisse, quòd si nomina, vt pleraque alia, in foro venditarentur, pulchra quidem parentibus esse magno pretio emenda, vt filijs imponerẽt. Cæterùm vt nomina rectè impositа & instituta esse dicantur, opus est vt earũ rerum, quas significant, naturas quoad fieri possit, exprimant. Ita habet Arist. 4. Metaphi. text. 28. Dionysius de Cœlesti Hierarchia, capit. 7. & 8. Euseb. Cæsari. lib. 11. de Præpa. euang. cap. 3. & 4. Nec prætereũdus est Iudæorum ille Plato, Philo, hb. de Agricult. initio. B

Gen. 2. Psal. 146. Nominant rectè imponãtur quid requiritur.

Non enim citra magnum consilium Moyses, dixit, Omne quod vocauit Adam, ipsum esse nomen eius: nam intenditur illis verbis, ea nomina singularum rerum naturas significare & exprimere. Quò spectat illud Psalm. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Quasi dicat, Qui naturas stellarũ nouit. Quod per paraphrasin elucidauit Sedulius in Paschali opere: C

Qui stellas numeras, quarum tu nomina solus,
Signa, potestates, cursus, loca, tempora nosti.

In cuius explicatione diutiùs immorarer, nisi M. F. Lud. Legion. ab hoc me labore iam diu leuasset in lib. de Nominibus Christi, initio. Profectò ante peccatum, Omne quod vocauit Adam ipsum est nomen eius: quia ante peccatum rerum naturas probè callebat. At postquàm celso illo ac felici innocentiæ statu ruerunt Parentes nostri, & ignoran-

Gen. 2.

A ignorantiæ tenebris offuſi ſunt, vide quã præpoſterè nomi
naimponebant. Nam cum primò ſeſe illis obtulit nomi
nis imponendi occaſio, non recta ac naturis rerum con-
ſona, ſed prorſus diſſentanea & deuia impoſuere nomina.
Videlicèt primis filijs, quorũ primũ vocarunt Caim, ideſt,
hominem acquiſitum per Deum, vt habet textus Gene. 4.
& alterum Abel, ideſt, vanitatem. Cùm tamen aliter ſeſe
reshabere deberet; nam primus, qui perditiſsimus ac om-
nino inanis futurus erat, rectiùs diceretur Abel: alter verò
rectiùs Caim, quòd ſanctus ac planè diuinus futurus erat,
& in eum finem datus & acquiſitus per Deum.

Nota de nomine Caim & Abel. Gene. 4.

Verùm præterire non poſſum Platonis in Cratylo ſen-
B tentiam: ſic enim ait: Non ergo vile quid eſt, ò Hermo-
genes, recta nominis impoſitio, ſed doctiſsimorum ac præ
ſtantiſsimorum virorum. Tum Cratylus, Rectè ais, in-
quit, duce natura nomina rebus accommodata putans,
nec quemuis hoc facere poſſe, ſed illum ſolummodò
qui ad naturam rei reſpiciens, poteſt ad eam nomina ac-
commodare. Et poſt multa: Intelligo plurima Græcos à
Barbaris ſumpſiſſe, quæ ſi quis quaſi Græca lingua eſſent de
ducta, interpretari velit, nunquam in rebus poterit adapta-
re. Ita Plato. Si verò quæratur, cur nomina Barbara cæteris
anteponantur? Iamblichus, qui inter Academicos cogno
mentum diuini conſequutus eſt, rationem reddit, quam re
C fert Cœlius Rhodig. lib. 9. cap. 14. & Rheuclinus, lib. 2. de
Verbo mirifico, videlicèt, quia antiquior primuſq; extitit
hic modus loquendi *Barbarorum*. Habere inſuper nomi-
na Barbara multam emphaſin, conciſſam breuitatem, mi-
nimum varietatis multitudiniſq; verborũ, & ideò Superis
cõgruere maximè. Barbarorum itaq; nomina, cæterarũ na-
tionum nominibus proprietate, claritate, ſignificatione,
antiquitate & intranſmutabilitate præſtabant.

Nomina Barbara præſtantiora.

Quid verò per Barbaros Platonici intelligerent, nolo
vt ex me quis, ſed ex eruditiſsimo Euſebio diſcat, libr. 10.
de Præpa. euang. cap. 2. & lib. 11. cap. 3. vbi Hebræos, dicit,
nomine Barbarorũ ſemper à Græcis ſignificari. Non enim
dubium eſt, quin Græci multam Hebraici populi noti-
tiam

Barbarorũ nomine intelliguntur Hebræi apud Græcos.

tiam habuerint, nec solùm notitiam, sed & reuerentiam & honorem Hebræorum nominibus deferebant. Nam & omnem disciplinam, quin & ipsarum literarum nomina Græci à Barbaris desumpserunt, vt superiùs tractasse me memini, q.3.schol.&.3.exposit. nempè Græcum Alpha ab Hebraico Aleph, Bita à Beth, Gamma à Gimal, Delta à Daleth, &c. Hinc Orpheus dicebat, neutiquam in opere immutanda Hebræa nomina, quod retulit Francis. Georg. Venetus, in Problematibus, tom.6.Sectione.8.nume.296. * * Idẽ monuit Zoroaster primus Ethnicorum Theologus, quia nomina, inquit, Barbara diuinitati cognatiora sunt. Ita Rheuclinus lib. 2.de Verb.mirif.& mox sic ait: Origenes lumen Theologorum de quo dicitur, quòd vbi bene ibi nemo melius, sic ait cõtra Celsum: In quibusdam sacris nominibus mirandam latere virtutem: & ideò nõ esse in aliam linguã transferenda, sed potiùs in suis characteribus conseruãda. Ne, sicut hominis cõpagine destructa, inclusus corpori spiritus, & tota perinde virtus euanescat: vt Porphyrio respondit Iamblichus Pythagoricus. Nã quãdo nomina ex hominũ pacto posita sunt, nihil interest, alia pro alijs commutare, secùs quando sunt accepta diuinitus, non parta humanitus.] Redditur ratio, scilicèt, propter virtutem, quam habent, aut quia ipsorum characteres cœlorum figurãt imagines, aut quia repræsentant sedem Dei, & proprietates supramundanorum cœlorum, aut propterea quòd rerum naturas explicatissimè & significantissimè referrent, propterque alias causas.

Hebræa nomina diuina.

A

B

C

II. QVæ si vera sunt, & certè verissima sunt, non possum hîc non vehementius obiurgare Michaelem de Medina, pariter & Theologos nostri temporis. Illum quidem, quia lib.2.de Recta in Deum fide.c.7.fol.62.hunc in modum loquitur: Ego verò nullum maius mysterium in Hebraicis nominibus, quàm in alijs cuiuscunq; idiomatis reperio: nisi quòd quidam ingentia volumina de nomine Iehouah tetragrammaton ediderunt, quæ, an potiùs sunt Rabbinica inuenta, quàm Theologici laboris fructus, non modò diffinio. Satis tamen scio, eam nominum

Mich.de Medina acri nota & censura dignus.

Hebrai-

A Hebraicorum scrupulosam tractationem ad germanum sensum scripturæ non facere. Et quidem ita ille. Quæ verba (parcat vir alioqui pius) ingenti temeritate non vacant: nam labefactare communem Doctorum sensum videntur, qui non tantùm in verbis, sed in literis linguę sanctæ, arcanas, easque verissimas significationes obseruant. Rursus dico, non posse meo iudicio verè dici Theologum, qui in Hebraicis literis non fuerit mediocriter institutus. At dices, Concilium Tridentinum, translationem vulgatam recipit, approbat: huic ergo fidæ translationi nihil opus est alterius linguæ quàm Latinæ cognitio. Respondeo, neutiquâ me in dubium vertere, an sacra scriptura rectè sit redB dita Latinè, sed an possit intelligi sine aliarum linguarum cognitione. Et quòd non satis possit affirmo: quia quæcũq; ex alia lingua translata sunt, tametsi meliùs verti nequeant, tamen radicitùs non intelliguntur, nisi ad primam linguam recurramus. Exempli causa, rectè translatum est in Psal. 126. Filij merces fructus ventris. Sed vox filij & vox fructus, qui sciri potest an sit gignendi, vel nominandi casus, nisi ex Græco id, aut Hebraico fonte quis hauriat? Sed in Cantico Virginis, Suscepit Israel puerũ suũ, vtrùm Israel sit accusatiuus, vt re vera est, an nominatiuus, posset quilibet linguę Græcæ ignarus ambigere. Fuit qui in illo versu Psal. 16. Custodi me Domine, vt pupillam oculi, putaret vocem, oculi, esse nominatiui casus, vt esset sensus, Tu DoC mine, custodi me vt oculi pupillam custodiunt. Sed deceptus insigniter est propter ignorantiam linguæ Hebraicæ. Quocirca, quibus non contingit Hebraicè scire, vt mihi ferè nondum contigit, quanuis quantocyùs, vt spero, contiget, hoc vnum superest perfugium, vt fidos ac literales interpretes sibi deligant, quibus Theseis sacram possint adire scripturam. Hoc ego me fecisse in hoc libello, ingenuè fateri non dedignabor.

Cõtra Theologos q Hebraice nesciant.

Quod scriptura recte intelligi nequit sine linguarum peritia.

Psal. 126.

Psal. 16.

Luc. 2.

III.

Nomen Iesu Hebraicum est non Græcum.

ERgo nomen sacratissimum Iesu Hebraicum est, non Græcum, vt quidam putarunt, credentes duci, á verbo Græco, Iaso, futuro verbi, Iao, quod significat, sano. Quod putauit D. Basilius, vt refert Salaz. in Genealog. salu. & Mos-

Moscopulus, quem refer & reijcit Ioānes Drusius, in Comment. ad voces Hebr. c. 4. est itaque nomen Hebraicum. Sunt autem qui existiment, nomen hoc Iesu iam pridem alijs inditum fuisse in veteri testamento: nam eo nuncupati sunt multi: nominatim filius Num, & filius Iosedech, & filius Syrach. Ita credit Nicepho. lib. 1. Hist. Eccle, cap. 4. Echius sermo. 4. de Circuncisione, Hiero. Lauretus in Indice virorū & mulierū, qui in Scriptura cōtinentur. Ioan. Drusus suprà. c. 4. Munsterus, vt in Iansenio in Cōcordia c. 7. quibus & ipse Iansenius annuere videtur. Alij hos in litē vocant, & debellare conātur, affirmātes, longè diuersum fuisse nomē Iesu, vt Christo tribuitur, & vt illis tributū est. Ita habet Petrus Galat. lib. 3. de Arcanis. c. 20. Osiād. lib. 1. Harmoniæ Euang. Rheuclinus lib. 3. de Verbo mirifico, c. 14. Erasmus etiā Matt. 1. ibi, Qui vocatur Christus. Stephanus Salazarius, in Genealogia Saluatoris. Georgius Venetus, & plerique alij. Discrimē autē in eo maximè cōstituūt, quòd nomē Iesu, vt significat Christū, significat salutem vel saluatorem: at vt significat tres illos, significat eum qui saluatur. Vnde hoc nomē secundùm quòd est Christi, non habet literam He, vt satis patet ex titulo Crucis Christi, qui in hāc vsq; diem adseruatur Romæ, in Templo sanctæ Crucis in Hierusalem, in quo scribitur Iesuah, per quatuor has literas Iod, Sin, Vau, Ain. At nomē Iesu secundùm quòd illis tribuitur, præter illas literas habet He, itaq; non dicitur Iesuah, sed Iehosuah. Quæ obseruatio, quantumuis alij reclament, verissima est, & patet ex eo quòd nomen illorum semper in veteri testamēto scribitur cum He, nempè Iehosuah: at nomen Christi semper scribitur Iesuah: nisi quando per abbreuiationem scribitur Isu, detracta litera Ain. Sic veteres I S V semper ferè scripserunt pro I E S V A H, literam vltimam Ain per apocopen abijcientes. Hùc spectant verba Heliæ Leuitæ, quem refert Drusus suprà, Dici potest, quòd litera Ain ardua sit ac difficilis pronunciatu gentibus, ideò in lingua sua non dicunt Iesuah, sed Iesu: propter quod Iudæi etiam vocant eum Iesu, absq; Ain.

Nomen Iesu an inditum fuerit alicui in vet. test.

Nomen Christi Iesuah, nō Iehosuah.

A B C

Quòd

A Quòd si obijcias primò, quòd in Græcis veteris testamenti libris, pro Iehosuah, quod est nomen Iósue & aliorum, semper vertitur Iesus, ijsdem omninò Græcis literis, quibus nomen Christi scribitur Græcè ab Euangelistis; est ergo idem nomen Christi & aliorum, Respondeo, nomina sæpè, quæ apud Hebræos & literis & significatione sunt diuerlissima, apud Græcos tamen & Latinos ijsdem characteribus effingi. Quod vt exemplo nemini non obuio comprobem, sanè in Genealogia Christi Lucæ.3. statim à principio legimus, Eli, nomen aui Christi, & Matth.27. legimus, Eli Eli. Et quamuis Græcè & Latinè ijdem sint characteres, tamen apud Hebræos diuer-
B sissimæ dictiones sunt, quarum vna scribitur per Aleph, Lamed, Iod, & significat Deus meus: altera per Ain, Lamed, Iod, & significat sublimem. Ita in proposito. Quòd si rursus opponas, in.libr.1.Esdræ.c.2. scribi nomen Iesu filij Iosedech sine He, quemadmodùm & nomen Christi: non ergo nomen Christi est omnino diuersum à nomine illorum aliorum. Respondent quidam, prauam eam esse Chalcographorum orthographiam. Quod inde probant, quia nomen eiusdem filij Iosedech, quod scriptum habetur apud Aggæum & Zachariam, habet illam litteram He: itaque est Iehosuah, non Iesuah. Habemus itaq; hactenùs ex dictis, nomen Iesu à verbo Hebraico Iasah,
C quod significat saluare, deduci: & quidem hæc est communis sententia, Cabalistæ, qui communiter hoc Christi nomen abbreuiant, scribentes & nunciantes, ISV, multa in hoc nomine mysteria reperiunt. Breuiter Fran.Georg. Venet.Tom.3.Proble. Sectio.5.nume.221. & Galatinus. lib.3.de Arcanis.c. 20. & Thomas Beauxamis, Harmoniæ Euang.Tomo.1.fol.95. ex Rabbi Hecados, notabant, Genes. 49. vbi legimus, Donec veniat qui mittendus est, in Hebræo haberi, Iabo Siloh Veloh, quarum dictionum capita reddunt Isu. Et Psalm.71. Ante solem permanet nomen eius, & benedicentur in ipso: habetur, Ianin Semo Vaitbarecu, quarum dictionum capita si combinentur more sapientium Hebræorum reddunt Isu.

Obiectio.1. quòd.70. verterunt, &c.

Solutio.

Luc.3.

Matt.27.

Obiectio.2.

Solutio.

Nomen Iesu à Iasah. verbo Hebraico.

Cabalistarum mysteria.

Gene.49.

Psalm.71.

IIII. Nomen Iesu & nomē Dei Iehouah idem.

IAM ad aliam stationem, in qua Andreas Osiander & Ioannes Rheuclinus, & Ioānes Siliceus Archiepiscopus Toletanus, & Burg. & Valent. infra. §. vehemēter laborāt, deueniamus. Sanè existimant, sacrosanctum nomen IESV ipsissimum esse atq; nomen ineffabile Dei, quod Hebraicè est Iehouah, interiecta littera Sin. Porrò si perconteris, Quare Hebræi, aut certè cur Sanctus Spiritus, qui nomen Christo imposuit, nomini ineffabili potiùs interponunt literam Sin, quàm aliquā aliam, ex toto Hebraico alphabeto, vt sic fieret nomen Christi? Respondent quidam, scilicēt, Rheucl. suprà, Sin, esse literam clementiæ, eò quòd formam habet lampadis olearis, sic, ש, at nomen quod Christo imponendum erat, desumi ab oleo debuit, iuxta illud Cantic. 1. Oleum effusum nomē tuum. Oleum autē Hebr. à Sin incipit. Et optimè Isai. 62. Et saluator eius vt lampas accendatur. Alij, vt Cheradamus, in Libello mystici alphabeti, dicit, ideò hanc literam. S. interiectam esse nomini Iehouah, potiùs quàm aliam, quia litera illa mysterium denotat Trinitatis, eo quòd, vt Hebraicè figuratur, tres veluti ramos ab eodem principio prouenientes, & in idem punctū coeūtes habet: quibus significatur Trinitas. Nō erat autem abs re, vt nomen Christi proprium Trinitatem vnde quaque præseferret: nam literæ nominis, Iehouah, vt infrà videbimus, Trinitatem innuunt, & interiecta illa, Sin, eandem exprimit. Tertia causa redditur à Burgen. sup. Exod. capitulo. 3. quam inferiùs s referam. §. 8. Nullus porrò hæc veluti somnia reijciat: cum certum sit in ipsis Hebraicarum literarum figuris & characteribus innumera latere mysteria. Sanè quod adinuenit Ludouicus Legionen. in nomine, Dabar, irrideri iure nequit. in libro de Nomin. Christi: nec & hoc (alterum vt ego exemplum proniam) non potest non sapientibus arridere. Litera, Lamed ל, sola est inter elementa Hebraica, quæ supernè prominet: cæteræ nanque literæ in superiori parte prorsus æquales sunt. Quid hoc habeat mysterij, docti intelligent, si animum appulerint vt obseruent, nomen, quod Hebraicè significat Regem, tribus literis scribi, nempe

1. Causa. Cant. 1.

Isai. 62.

2. Causa. Sin litera Hebræa typus Trinitatis.

In figuris literarū Hebraicarum plura latere mysteria.

A B C

A nempe, Mem, Lamed, Caph, & profertur, Melech. Media itaque litera eſt, Lamed. Sed & ex viginti duabus literis, quibus Hebraicum Alphabetum conſtat, media fermè eſt Lamed. Lamed porrò ſignificat doctrinam, vt ex Hierony. patet. Quia itaque vnus & ſolus Rex eſſe debet, qui cæteris imperitet, cuiſque omnes æquè pareant: iſque medius eſſe debet, vt omnibus iuſtitiam adminiſtret; iſque ſapiens, vt docere reliquos valeat, & in ſcopum ſalutis omnes dirigere: ideò ſola eſt vna litera, Lamed, quæ eſt alphabeti media, & media nominis Regis, & quæ ſignificat doctrinam, quæ præ cæteris eminet & caput effert, cæteris literis æqualem ſubmiſsionem præferentibus. *Lamed typus Regis.*

B AD rem, vt quid veri habeat etymon hoc, quo nomen Ieſu à nomine, Iehouah, deduci credunt, examinemus: videre oportet, quid nã ſit id quod vulgò docti & indocti iactitãt de nomine illo ineffabili quadriliteró, Iehouah. Quę quia pro quotidianis ſtudijs neceſſaria ſunt viro Theologo, nõ grauabor ex tam multis quæ hac in parte dici poſſent, quædam paucis perſtringere, & in compendium redigere, ab ſcopo licèt propoſito tantillùm deuiem. *V. Digreſſio de nomine tetragrãmatõ, quod eſt Iehouah.*

Nomen ſanctum tetragrammaton, ſeu quadriliterum, ita dictum, quia quatuor literis conſtat, Iod, He, Vau, He, habetur ſæpiſsimè in ſacra ſcriptura. Veruntamen qui legunt aut loquuntur, quãuis ſcriptum reperiant hoc no- *Hoc nomẽ Iudæi non audent proferre.*

C men, & menti illis ac ori occurrat, nunquam illud proferunt, ſed loco eius proferunt, Adonai. Nituntur loco Exod. 3. Hoc eſt nomen meum in æternum. Vbi non legunt, Leolam, id eſt, in æternum, ſed lealam, ideſt, vt cæletur. Refert Galatin. lib. 2. cap. 10. Eſt verò hoc nomen auguſtius & ſanctius cæteris, propterea quòd ipſam Dei naturam ſignificantiùs cæteris exprimat: vt paulò inferiùs videbimus: & ideò licèt reliqua nomina Dei certis caſibus interdum creaturis communicentur, hoc tamen nunquã communicatur. Refert Galatin. lib. 3. capit. 9. R. Ionathæ fuiſſe ſententiam, quòd præter Deum, tres vocati ſunt nomine ſancto Iehouah, nempe Meſsias, Hieruſalem, & iu- *Exod. 3.*

sti homines. Sed tamen perfidus iste, vt Messiæ diuinitatem deroget, eam arrogat etiam alijs. Quod nec apparentèr quidē ipse probat, vt videre in Galatino licet. Sed nos cœptum persequamur. A

Solus sacerdos & rarò id proferebat.

Nulli vnquam licebat illud nomen pronunciare, nisi certis temporibus summo sacerdoti, cū magnis solemnijs ac cæremonijs, quod tractat Burgens. super Exod. c. 3. Quòd si irreuerentèr ac minùs articulatè pronunciaret, timebatur vniuersæ machinæ mundialis subuersio, secūdùm Isaacum Leuitam, in Proœmio Grammaticalis institutionis & R. Moysen, vt in Galatino lib. 2. cap. 10.

Rabbini dicunt, Christū & Moysen & Salomonem inuenisse hoc nomen & illud rectè pronunciasse. Psalm. 117.

Refert Sylu. in Rosa aur. trac. 3. q. 55. Iacobus de Val. super Psal. 117. & q. 4. cōtra Iudæos & super Psal. 148. in fin. latissimè. Porchetus latissimè. 1. p. Victoriæ. c. 11. Galatin. lib. 8. c. 5. ex Rabbinis, Christum Redemptorem nostrum, inuenisse hoc nomen, idest, lapidem in quo sculptum erat illud nomen: ex quo didicit articulatissimam & distinctissimam eius pronunciationem, & huius rectæ pronunciationis virtute omne miraculum faciebat. Et ideò dici à Dauide in Psalm. 117. venisse in nomine Domini. Dicunt Rabbini, non solùm Christum, sed & Moysen & Salomonem reperisse hoc nomen in illo lapide: atque ideò tanti virtute nominis, alterum magna fecisse portenta, alterum exactè rerum omnium percalluisse naturas. Vnde, referente Caiet. in Exod. c. 6. & Genes. c. 4. Burg. super Exod. 3. Lyppom. &c. Hebræorum communis vox erat, inuocatione huius nominis nullum miraculum non fieri. Quod meritò irrident omnes Catholici. Præ cæteris Author replicarum contra Burg. Exod. cap. 3. §. In septi. q. B C

Mysterium Trinitatis significatur hoc nomine.

Veruntamen inde nostri Doctores ad hoc vtcumque credendum moueri possunt, quòd eo nomine significentur duo præcipua fidei nostræ mysteria, Trinitatis, & Incarnationis. Nam cum hoc nomen quatuor habeat literas, Iod, He, Vau, He, prima, quæ est, Iod, & est adiectitia, & nominis proprij constitutiua, significat principium per quod significatur prima persona Trinitatis, idest, Pater. Aliæ sunt radicales verbi, Haiah. Ergo nominis tetragrā-

maton

A maton ſecũda litera, quæ eſt, He, ſignificat eſſe ſeu viuere, vt notat Galat. lib. 2. c. 10. &. 11. quia eſt prima litera verbi, Haiah: quæ proinde ſignificat Filium, eò quòd filius Dei eſt, in quo omnia vita erant, & in quo conſtant, vt habetur Ioan. 1. & Coloſ. 1. Tertia quæ eſt, Vau, eſt apud Hebræos coniunctio, qua ſignificatur tertia perſona, id eſt, Spiritus ſanctus, qui nexus eſt aliarum duarum perſonarum. *Ioan. 1. Coloſ. 1.* Quarta verò quæ eſt eadẽ He ſignificat iterum filium. Idq; duas ob cauſas. 1. quia cum filius ſit ſolus, qui inter perſonas diuinas duplicem habet reſpectum, nempe producentis & producti, Pater namque tantùm ſe habet vt producens, & Spiritus tantùm vt productus: ideò ſola litera He, quæ ſigni
B ficat filium, debuit in diuino nomine replicari. Et quidem ita Galatin. lib. 2. c. 10. &. 11. Aut. 2. dico cum Ianſen. in Cõcord. de quo etiam latè Valentin. in Pſal. 8. verſu. 1. quòd quia duæ ſunt in filio eſſentiæ, diuina & humana, & ab vtraque habent creaturæ vitam & eſſe, ideò vtrumq; in ſancto illo nomine ſignificari debuit. Hãcq; ſecundã literam, He, qua incarnatio verbi exprimitur, cõmunicauit Deus Abraham, & Sarah, vt ſignificaret, Verbum aliquando cõ- *Geneſ. 17.* municatum iri hominibus. Vnde illo loco Geneſ. 17. apparuit Deus ſub hoc nomine vnamq; huius nominis literam, *Tria Iodim* He, illis impertitus eſt. * Hinc vetuſtiſsimi Hebræi (cuius *cũ cametz.* veſtigium reperitur apud Chaldaicam paraphraſim, nunc *
C temporis) nomẽ Iehouah, perſæpè ſcribebant triplici Iod, ſeu tribus Iodim, vnico tãtùm cametz ad pedẽ ſubſcripto, ſic יְיְיְ quo trinitas & vnitas Dei adumbraretur. Quod præ alijs videre licet in Globo canonum, lib. 10. cap. 13. Sed & ſi prædictarum quatuor literarum ſingulæ ſignificationes, quas ſeorſim habent, copulentur, cum Iod ſignificet principium; & He, iſte: Vau verò ſit coniunctio ſignificans, &; iam ſignificatũ vocis יהוה erit: *Principium iſte & iſte.* Nempe, Principium Pater & filius. Nam cum Spiritus ſanctus non producat alteram perſonam diuinam, ſicut eam producunt Pater & filius, non ita eſt principium ſicut illi.]

Geſtabat hoc nomen Sacerdos in capite, in lamina aurea diademati ſuper frontem præfixa. Cui rurſus tãtum ho- *Hebræi in ſuis nomini*

Bas non habent literas nominis Iehouah.

norem Hebræi deferebant, vt quoties notabilis eius pars in aliam dictionem incideret, nisi mysterium subesset, ferè semper literam aliquam, ne nomen Dei loco non necessario appareret, subtrahere consueuerunt. Hinc aliquoties Iosaphat, pro Iehosaphat, Iuda pro Iehuda, Iosue pro Iehosua (referentibus Osiandro, & Galatino) legebant, subtrahentes literam He. Et si quis etiã hodie in suo nomine proprio tres aut quatuor huius nominis sancti literas possideat, ne temerè à quoquã nominetur, in quotidianis colloquijs alio nomine eum vocant, ne nomen Dei profanis auribus ingestũ vilescat, *Demũ q̃ hoc diuinũ, nomen sit quadriliterũ (vt doctissimi quiq; obseruãt; nominatim Lilius Gyraldus, in præclaro illo opere, de Dijs gentiũ) in causa fortasse fuit, q̃ in omnib⁹ ferè mũdi linguis & idiomatis, nomẽ Dei quatuor literis efferatur & scribatur. Hebraicè, Græcè, Latinè, Arabicè, Ægyptiè, Hispanicè, Gallicè, Italicè, Germanicè, & c. denique nullibi gentium & locorum non est tetragrammaton.]

* *Nomen Dei in omni natione est quatuor literarum.*

VI. An proferri possit, & ex primino men ineffabile.

IAm quem sonum reddant illæ quatuor literæ, Iod, He, Vau, He, meritò sapientes dubitant. Sanè figura & potestas harum literarum hæc est IHVH. Veruntamen in vnum coactæ quem sonum reddant, quid ve significent, dicunt Hebræi neminem hominum scire * Sic Plato, Philo, Iustinus. Origenes, Lactantius, & alij, Deum innominabilem dixerũt. De quo Lilius Gyrald. de Dijs Gentiũ.] Ideò Ieouah, appellatur nomẽ ineffabile & insyllabicabile. Vnde literæ quibus conflat insonæ sunt, & nullam per se ipsæ articulatã vocẽ possunt exprimere. Tamẽ cẽsent, Christũ Dñum, cũ veniret, declaraturũ esse rectã pronũciationem huius nominis, quia tũc, vt habet Isai. replebitur terra sciẽtia Dñi. Ita refert Galat. lib. 2. c. 1. Hoc irridẽt alij, eò q̃ cùm certis vocabulis exprimi põt, vt notat Galatin. suprà, lib. 2. c. 10. imò à Pharaone impurissimo homine expressum est. Quod notãt Lipp. in Cat. Exo. c. 3. & 6. & Syx. Sen. 2. Blib.

* *Sed Marsilius, in Argum. ad Cratyl. Platonis, sic ait: Primũ Dei nomẽ, q̃. 4. vocalibus literis, mirabilitar cõponatur, à nullo nisi diuinitùs inspirato rectè pronunciatur.* Et mox:

Isai. 11.

A mox: Mitto q̃ oẽs gẽtes nomẽ Dei. 4. pronũciãt literis: nec potuerũt in hoc niſi diuinitùs cõuenire. Hinc multa ex Platone, philoſophatur Marſ. de vi nominũ Dei, de reuerẽtia ipſis debita, &c.] Hoc nomẽ ergo eſt ineffabile, q̃ ſignificet Dei eſſentiã, quæ inexplicabilis & ineffabilis eſt. Ideò inter Hebræos nõ licebat hoc nomẽ effari, ſicut apud Gẽtiles, Demogorgonis primi falſi Dei nomẽ non licebat ore proferre: & ſi nominabatur, terra tremebat, quãuis omninò proferri hæc nomina poſsint. Apollo etiam Delphicus, & Mercurius Trimegiſtus, Dei nomen nec verbo capiendũ, & Deum eſſe innominabilem, in ſuis oraculis monuere. Refert Galat. ſuprà in fine cap. & Marſil. ſupra.

Si nomẽ primi Dei apud Gẽtiles proferebatur terra tremebat, &c.

B Verùm poſtquam habemus hoc nomen effabile, & pronunciabile eſſe, videamus quo ſono proferri debeat: & quid ſignificet. Cõmunitèr Hebræi huic nomini quadriliterò has apponunt vocales, Seua, Holem, Camez: & ſic proferunt, Iehouah: Et vulgò iam hoc ſono profertur hoc nomen. Quamuis hoc nõ placeat Genebrardo lib. 1. Chronog. * et in Prolog. Pſalm. & lib. de Trinit. De quo vide optimè Mõtanum, in Apparatu, verb. Ieſus, & Salazariũ, in Genealogia ſalu. verb. Ieſus. & eundem Monta. lib. de Ioſeph. c. de Deo & de eius nominib⁹: & Robertũ Bellarminum, tom. 1. controuerſia. 2. lib. 1. de Chriſto. cap. 7. qui putant, nec Iehouah, eſſe rectam diuini nominis pronunciationẽ. Vnde Theodoretus. q. 15. in Exod. dicit, apud Samaritanos hoc nomen Dei proferri, Iaue, apud Iudæos, Iah. Hiero. ſuper Pſal. 8. dicit Iaho proferendum eſſe illud nomen. Bellarminus, dicit, Ihie. Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum, dicit, Iehouah. Et ita cõmuniter iam omnes. Iah verò nomen Dei etiam eſt, ex Hieronymo ad Marcellam, à quo dicunt deriuari Iehouah, & vtrumq; deduci à verbo הָיָה Haia, quod ſignificat eſſe, ſeu facere eſſe. Quamuis doctiores exiſtiment, Iah eſſe abbreuiationem nominis Iehouah. Ita Forerius ſuper Iſa. 12. verſu. 2. & ſuper c. 26. vbi & dicit Iah, eſſe nomen Filij Dei, qui eſt abbreuiatio Patris: vnde Verbum incarnatum, abbreuiatio dicitur apud Iſaiam, præſertim iuxta verſionẽ Septuaginta:

Quòd nomẽ illud pronũciari poteſt pũctis poſitis, Iehouah.

Iah, eſt abbreuiatio nominis Iehouah.

Filius Dei abbreuiatio

Patris. Isai. 10. Colos. 1. & tangitur à Paulo ad Colos. 1. Sũt qui à nomine Iehouah, putent irrepsisse Gentilibus sub Ioua, seu Iouẽ. Ita Eug. de Per. Phi. Geneb. lib. 1. de Tri. & in prol. Psal. & lib. 1. Chronog. Galat. lib. 2. c. 10. idem refert. & Burg. sup. Exo. 3. circa primum. A

Est sententia communis, hoc nomen significare ipsum esse, seu essentiam: quinimò eum qui res omnes facit esse. Ita Lippomanus in Catena, Exodi c. 3. & 6. & Syxtus. lib. 2. verbo, Inscriptio. Nam deducitur à radice Haiah, quæ significat Fuit, & esse fecit: quamuis magnus Hebræorum doctor R. Moyses, vt in Galat. lib. 2. cap. 10. dicit nesciri deriuationem huius nominis. De hoc nomine intelligitur illud Exod. 6. Nomen meum, *I*ehouah, non reuelaui eis: Ideſt, nondum me reuelaui faciendo esse eas res, quas promisi: quod nunc faciam: nam perducam Israelem in terram promissam Chanaam. Reuchlin. lib. 3. de Verbo mir. dicebat in Psal. 82. vbi nos legimus; Et cognoscãt quia nomẽ tibi Deus, haberi Hebraicè, Et sciant quoniã tu es nomẽ tuũ domine. Verbum autem vnde creditur hoc nomẽ deduci, habetur Exod. 3. Ehie, fui, sum, & ero. Seu, Asser Ehie, qui fui, sum, & ero. Quod dicit & diligenter tractat Galatin. c. 14. lib. 2. Lippom. suprà, quo significatur summa ac sempiterna Dei stabilitas, qui semper fuit est, & erit. Refert Eusebius lib. 11. de Præparatione Euãgelica, veteres Aegyptios multam huius habuisse notitiam: nam Deum his verbis in templis suis describebant: Ego sum quod fuit, quod est; quodq; futurũ est: velum meum nemo vnquã reuelauit. Quod satis consonat huic loco Exod. 6. nomen meũ Iehouah, non reuelaui eis. Ergo Iehouah dicitur, qui est, & facit esse, seu essentia & qui essentiat, si sic dicere fas est. De quo latè Burgen. Galat. 1. & Lippomanus suprà. Et per Adonai peruenirì ad Iehouah, & quomodo, vidè latè in Massio, super Ios. 6. pag. 124.

Significatio nominis Iehoua, est, esse & facere esse. *Exodo. 6.* *Psal. 82.* *Exod. 3.* *Ehie nomẽ Dei Fuit Est, Erit.* *Exodo. 6.* B C

Refert idem Burgen. hoc nomen significare quidem ad placitum & ex institutione. Cæterùm non ex institutione hominum, sed Dei. Cum enim homines nominare Deum perfectè non possint, sicut nec cognoscere, necessum

A ſum fuit, vt nomen, quod expreſsiùs Deum ſignificare deberet, ab ipſomet imponeretur. Hùc ſpectat quod Rabbi Moyſes, in lib. de Directione perplexorum, quem refert Lyran. ſuper Exodum cap. 6. & Galat. lib. 2. capit. 10. dicit, quædam Deum habere nomina, quæ dicuntur per reſpectum ad creaturas, vt dominus, creator: alia, quæ dicũtur per modum qualitatis circa diuinam eſſentiam, vt ſapiens, bonus, &c. ſed nomen Dei tetragrammaton ſignificat diuinam eſſentiam purã & nudam, prout in ſe exiſtit, circunſcripto omni alio: & ideò eſt nomen incommunicabile. *Iehouah an ſit nomẽ ad placitũ, an ex inſtitutione ſignificans.*

B Referunt verò Porchetus. 2. p. Victoriæ cap. 2. & Galatin. ex R. Eliezer, cum adhuc mundus non eſſet creatus, erat Deus ſanctus & benedictus, & nomẽ eius tantùm. Ab hoc nomine mundus & creaturæ eſſe cœperunt. Ideò nomen hoc ipſum eſſe, & ipſum principium omnis eſſe ſignificat. Vide. Valent. Pſal. 148. fin. Addũt Lyra. Lippo. & Six. ex eo quòd hoc nomen ſignificat veritatem diuinæ eſſentiæ, ad veritatem autem pertinet impletio dicti ſui vel promiſsi, ideò dicitur, Exodi. 6. nomẽ meum Iehouah non reuelaui eis, ideſt, nõ impleui promiſſum meum temporibus eorũ, perducens eos in terram promiſſam, faciens eſſe quod promiſi: quod tamen tuis nunc temporibus iam paro facere. *Anomine Iehouah omnia habere eſſe.* *Exod. 6.*

Adhuc plura delitescunt ſub hoc nomine. Habet hoc nomen fœmininam terminationem apud Hebræos: quia finitur in He, præcedente Camez, cum accentu in vltima. *Iehouah, fœminini generis, ipſa eſſẽtia.*

C Hinc ſignificat non ſolum eum qui eſt, verùm & ipſam eſſentiam in abſtracto: abſtracta autem maiorem emphaſin habent, quàm concreta: quod etiam dicit Hiero. ſuper Iob. 24, & Origenes, homil. 1. in Cantica, & Aug. Tracta. 39. in Ioan. Rurſus ſi orthographiam ſpectemus Latinam, conſtat nomen Iehouah quinq; vocalibus tantùm, nam aſpirationum non eſt habenda ratio. Ergo quinq; tantum habet vocales, I, E, O, V, A. nullam habet conſonantem. Vnde aliqui myſterium colligunt, putà, deitatem, quæ hoc nomine ſignificatur, nullam admittere compoſitionem, ſed eſſe rem ſimpliciſsimam & puriſsimam: ſicut & vocales puriſsimam habent prolationem, I, E, O, V, A, *Iehouah ſolum quinq; vocalib' cõſtat.*

nam sine adminiculo consonantium proferuntur, consonantes verò proferri non possunt, nisi adiunctis vocalibus. Ita Burgen. notabat suprà, q. 6. A

VII. *Quo pacto nomen Iehouah veniat in nomen Iesu.*

IAM qui dicunt, nomen Iesu deduci à nomine hoc quadrilitero, censent, nomen hoc Iehouah, quod sine punctis seu vocalibus sic scribitur, IHVH, si in medio recipiat literam Sin, conuerti in nomen, IHS VH, seu Iesuah. Proinde vnum & idem esse nomen Dei, & Christi, habereq; nomen Christi quatuor literas nominis tetragrammaton, quæ sunt illę, I, H, V, H, quæ Hebraicè dicũtur, Iod, He, Vau, He, quibus conficitur nomen Iehouah.

Litera S, fecit pronũciabile, & effabile nomen Iehouah.

Quod quamlibet fuisset olim impronunciabile, & insyllabicabile, ac simplicissimum, assumpta tamen litera, S, factum est pronunciabile & compositum: eo quòd Verbum diuinum ineffabile alioqui & simplicissimum, assumpta humanitate cõpositum & conuersabile prodiuit ex vtero Virginis. Sanè, vt Osiander dicebat, & dicit Porchetus. 1. p. Victoriæ. c. 11. nomẽ Iehouah aliquando tandem effabile & pronunciabile futurum, suspicabantur Iudæi: & quòd Messias erat pronunciaturus illud in vulgus, iuxtà illud *Psal. 21.* Psal. 21. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Hac ratione dicebat Georgius Venetus, in Proble. tom. 3. sect. 5. num. 221. nomen tetragrammum venisse in Iesum, quia cessisse videtur, non virtute, sed inuocatione: cum non amplius iam inuocetur nomen Dei terragrammum: sed nomen Iesu. B C

Cur nomen Iesu scribitur sine HH.

Quod vero vulgò Hebræi scribunt & proferunt nomen Iesu, sine illis literis, HH, nam non scribunt, IHSVH, sed ISV, censent hoc per abbreuiationem fieri: nam litera He demi potest facilè, eò quòd in pronunciatione adeò leniter spirat, vt cum omittitur non desideretur, cum exprimitur non sentiatur, nisi à purgatissimis auribus. Et hinc colligunt nomen Christi non esse Iesuah, cum Ain in fine, nam litera Ain cum rigidissimæ sit pronunciationis, non ita facilè tolli potest. Cum itaq; abbreuiantes scribunt, ISV, dicunt non à Iesuah sed à Ihsuh abbreuiationem fieri: ac proinde nomen Christi non esse Iesuah, sed Ihsuh

A Ihsub á nomine I H V H, vel Iehouah.

ET quidem pluribus medijs effici probabilissimum po- VIII.
test, quòd nomen Christi sit ipsum Iehouah, interie- *Rationes*
cta litera Sin. Primò ex illo, Isai. 7. Ecce Virgo concipiet, *& funda-*
&c. & vocabitur nomen eius Emmanuel, seu (vt habet He- *menta hu-*
braica veritas, quod obseruauit Galat. lib. 3. c. 18. & Vatab. *ius etymi,*
ibi, & Forerius & alij) vocabit ipsa nomẽ eius Emmanuel, *quod Ieſu-*
non enim Patrem in terris, qui ei nomẽ imponeret (vt mo- *sit Iehouah.*
ris erat Hebræis, vt patres nomina filijs inderẽt) habiturus *Isai. 7.*
erat Messias: sed tantùm matrẽ: & ideò habet, Vocabit ipsa
nomen eius Emmanuel. Quod certè mysterium est lon-
gè diuinissimum. Nomen itaq; Messiæ futurum erat Em-
B manuel, idest, Nobiscũ Deus. At certè vt hoc vaticinium
compleatur, non sat fuerit vt Iesuah appellaretur: appella-
retur ergo I H S V H. Secundò ceu rem nouam & admi- 2. *Ratio.*
ratione dignam dixit Isai. c. 52. Et vocabitur tibi nomen no- *Isai. 52.*
uũ, q̃ os Domini nominauit. Quod Georgius Venetus, supra
nu. 220. his verbis explicabat: Quomodò vocatus Christus *Christi no-*
fuit nomine nouo? Quia vocatus est nomine continente *men nouũ.*
virtutem magni nominis, in quo fiebant remissiones. Ter-
tiò, ex Paulo, Philippen. 2. Dedit illi nomẽ, quod est super 3. *Ratio.*
omne nomẽ, vt in nomine Iesu, &c. vbi augustiùs aliquid *Philipp. 2.*
insinuatur quã significetur per *I*esuah. Certè nomẽ, quod
est super omne nomen, nullũ est aliud, nisi Iehouah, quod
assumptione vnius literæ factum est effabile, & videtur *Isa. 45.*
C Paul. alluisse ad illud, Viuit *I*ehouah, quia flectetur om- *Rom. 14.*
ne genu mihi, idest, nomini *I*esu, vel *I*ehouah, quod idem
est. Quartò, ex Hieremiæ 22. Suscitabo Dauidi germen 4. *Ratio.*
iustum, & hoc est nomen quod vocabunt eum, *I*eho- *Hier. 22.*
uah iustus noster. Quem locum à calumnijs sophisti-
cissimorum Rabbinorum vindicant *I*acobus de Valen.
Adrian. Finus, Porch. sed præsertim Galat. lib. 3. c. 8. 10. &
11. vbi nomen tetragrãmaton secũdum se totũ conuenire
Messiæ luculentissimè ostendit, & Porch. 2. p. Victor. c. 1.
Necessum ergo est, vt hoc nomen habuerit, factum effa-
bile per literam, Sin. Quintò, ex Lucæ 1. Vocabis nomen
eius, *I*esu. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & 5. *Ratio.*
regna- *Luc. 1.*

regnabit in domo Iacob in æternum. Sanè si filius altissimi vocabitur, ergo Iehouah: si regnabit in æternum, ergo A
Psal.21. Iehouah; iuxta illud Psal.21. Quoniam Iehouah est regnũ:
Isai.33. & illud præclarissimum Isai.33. Iehouah iudex noster, Iehouah præceptor noster, Iehouah Rex noster, ipse veniet & saluabit nos. Planè Lucæ.1. ad hæc loca alluſit Angelus, vbi dicitur Messias futurus Rex, Præceptor, Saluator, &c. Sextò ad Ioſephum dixit Angelus, Vocabis nomen eius Ie
6. Ratio. sum, ipse eĩm saluũ faciet populũ suũ. Relatiuũ *suũ* empha
Matt.1. sin habet: nã populus saluãdus, nullius alterius Domini populus vnquàm dictus est, quàm ipsius Iehouah. Cum autem Angelus ibi rationem reddiderit nominis Ieſu, appa ret quòd nomen Dei intellexerit, cuius solius & non alterius est insigne, quòd saluet populum à peccatis suis. B
7 Ratio. Septimò ex illo Apocalyp.capit.19. Et vocabatur nomen
Apoc.19. eius, Fidelis, & Verax, ideſt, qui perstat in sententia, & promissa complet veraciter. Iam autem ex Galati. Burgen.
Fidelis, Verax, Iesus Iehouah idem. 8. Ratio. Messias erat propalaturus nomẽ Iehouah. Lyrano, Lippomano, Rabbi Moyse, Syxto, lib.2. vers. Inscriptio equitis, & alijs, vidimus, hanc esse significationem nominis Iehouah, scilicèt, qui est & facit esse & seruat promissa, &c. Ac proinde nomẽ hoc est quo Christus insignitus est, Iehouah, nisi ꝙ assumptione literæ Sin, factum est effabile. Octauò, ex eo ꝙ Messias semper creditus est apud Hebræos, allaturus esse hoc nomẽ, & illud propalaturus vul
Psal.21. gò; iuxta illud, Narrabo nomẽ tuũ, &c. quod cõmodiùs ali
Prouer.30. ter defendi nõ potest, quàm dicẽdo prædicto Dei nomine C nuncupandũ fore Messiã. Vnde & illud Prouer.30. Quod est nomen eius, & nomen filij eius, si nosti? insinuat, nomen Christi innotum fore, ac proinde esse ineffabile illud Iehouah: alia enim ab illo, nota & peruia omnibus sunt.
9. Ratio. Messias est ipsummet nomẽ Iehouah. Nonò, Messiam esse ipsummet nomen tetragrammaton, habent multi, Iacobus de Valentia, Prologi in Psalterium, trac. 4. c. 1. & super Psam. 8. & in Psal. 112. in fin. & 143. Burgen. Exod. 3. Iansenius, in Concordia, c. 4. Galatin. latiſ
Isai.30. simè lib. 3. c. 8. & 10. & 11. Vnde Gloſſa in illud, Isai.30. Ecce Nomen Domini venit de longinquo, & claritas eius replet orbem terrarum; per nomen Domini intelligit

Fili-

A Filium, qūi eſt nomen Patris. Cuius ratio eſt, quia iuxtà D. Thomam, in. 1. ſent. d. 22. q. 1. art. 1. Deus, qui ſe ipſum comprehendit, ipſe ſolus ſe ipſum nominat perfectè, Verbum coæquale ſibi generando. Conuenientiſsimum ergo fuit, vt nomenclatura qua Chriſtus fulgere debebat, eſſet, Iehouah, factum effabile, aſſumptione literæ. S. id eſt, Sin. *Not.*

Quòd ſi ſcire percupias, cur litera aſſumpta fuit magis. S. quam alia? Præter duas alias cauſas ſuperiùs adductas, * Ecce quoque aliam, quæ tertia erit, quamque alibi copioſiùs explicaui, quia ſcilicet Hebraicū ש ſin, ſignificat dētes. Eam habet Ioa. Reucli. lib. 3. de ver. mirif. Quia verò denti- B bus, lingua, ore, erat hoc nomen proferendū; æquum fuit aſſumere literam dentium ſignificatiuā.] Sed & quarta ratio ſit, quam attulit Burgen. Exod. 3. in Addit. q. 12. Quòd in nomine Iſus, quod etiam habet quatuor literas, prima & tertia, quæ ſunt I, & V, ſunt etiam prima & tertia nominis ineffabilis: ſecunda verò & quarta nominis Iſus, ſcilicèt, S S, poſitæ ſunt loco, H H, quæ ſunt ſecunda & quarta nominis ineffabilis. Cauſa verò ob quam facta fuit hæc tranſmutatio. H H, in S S, adducitur à Burgen. quia nec aſpirationes illæ, nec literæ gutturales Hebræorum proferuntur apud Latinos. Et ideò ſuppoſito quòd loco illarum aſpirationum debuerunt ſubſtitui aliquæ literæ apud Latinos, conueniens fuit, vt quoniam illæ aſpirationes cum alijs duabus literis, Iod & Vau, ſignificant eſſe ſeu eſſen- C tiam, apud Hebræos: ita apud Latinos ſubſtituerentur loco illarum aſpirationum, H, H, duæ aliæ literæ, nempè, S S, quæ quoniam ſunt literæ mediæ verbi, eſſendi & eſſentiæ, exprimere viderentur eandem ſignificationem, eſſendi, & ſic in eandem ſententiam recidat. Addit Burg. additam etiã fuiſſe nomini יהשוע Ieſu, literam, ע, Ain, quæ quoniam eſt maximè gutturalis non profertur à Latinis: cum qua litera nomen Ieſu ſignificat ſaluationem, Quibus verbis conciliare nititur Burgen. diſsidium Doctorum, quorum quidam deducunt nomen Ieſu à verbo ישע Iaſah, cū ע, Ain, quod ſignificat ſaluare & alij à nomine יהוה Iehouah,

Cur litera S, præ alijs interiecta eſt nomini Iehouah. *

Quod ſimul à Iaſah. per Ain, quod eſt ſaluare, & à Iehouah, deducatur Ieſus.

Iehouah, à radice הוה Haiah, quæ significat esse, seu facere esse: Et sic iuxta Burg. vtrinq; deriuari potuit nomen Iesus, scilicèt à Iehouah, & à Iasah. A

IX. *Quòd hæc omnia alijs non placèt, sed inania videntur.*

VEruntamen hæc omnia quantumuis firmitèr constituta sint, vtrùm vera sint, nec satis scio; nec si sciam, ausim dicere. Liberum proinde relinquo lectoribus, vt adductas à me rationes adamussim expendant, & an efficiant quod intendunt, iudicent, Certè neq; Galatinus ipse, li. 3. c. 20. qui alioqui nihil diuinum nõ Christo tribuit, hoc sibi persuadere potuit. Sed & qui id mordicùs & sibi & alijs persuadere nixi sunt, Ioannes Rheuclinus, lib. 3. de Verbo mirifico; Andreas Osiander, lib. 1. Annot. in Harmoniam Euang. Fran. Georg. Venetus, Tomo. 3. Problematum, nũc per nouissimum Inquisitorum, librorum prohibitorum Elenchum, prohibiti sunt. Non quidem quòd id assereret: cum periculum nullum subsit in talis rei asseueratione. Nam id adhuc tenent & docent Iacobus de Valent. Prologi in Psalt. trac. 4. c. 1. Burgens. super Exod. 3. Siliceus Toletanus Antistes, in libello de nomine Iesu: & alibi etiam Valentinus ille, super Psal. 117. in fine, & latius super Psal. 8. versu. 1. B

Quòd nomẽ Iesu nullo modo sit Iehouah, sed Iesuah Matth. 1.

Igitur ego commemorabo breuissimè tres rationes, quibus alij nixi irrident doctrinam à nobis adductam. Prima est quia ipsemet Angelus Matt. 1. etymon nominis Iesu nobis explicauit, dicens: Vocabis nomen eius Iesu, ipse enim saluum faciet & c. Ex quo euidenter colligi videtur, dici Iesum à verbo saluãdi, Iasah, cum Ain, quam literam nomen Iehouah omninò non recipit. Secundò probari hoc potest, ex eo quòd ab initio Ecclesiæ omnes semper intellexerunt, nomen Iesu dici à salute: & sic scribi per Ain: ac proinde longè diuersum esse à nomine Iehouah. Tertiò, ex titulo crucis Christi, quem Pagninus, in lib. de Interpretatione nominum Hebraicorum, vidisse se dicit, in quo nomen Christi scribitur Iesuah cum Ain, & sic aliud est à nomine Iehouah. Tamen qui fidem Burgensi inter Hebræos doctissimo & inter Christianos pientissimo adhibere voluerit, hanc litem sublatam C

Titul⁹ crucis Christi habet Iesuah.

esse

A eſſe credet, ſi ſimul à nomine Iehouah, & à nomine Ieſuah, deductum nomen Ieſu credere voluerit.

* X.

Vis, poteſtas etymō, character nominis Græci, Ieſ.

*Sed Græcanicam quoque, ſi placet, perſcrutemur huius diuini nominis ſiue etymologiam, ſiue poteſtatē, ſiue ſcriptionem & characterē. Quod non aliter faciam quàm referendo verba D. Irænei, & Venerabilis Bedę quę in hūc modum habent Beda quidem ſic, lib. 1. in Lucam: Huius ſacroſancti nominis Ieſu non tantùm etymologia, ſed & ipſe, qui literis comprehenditur, numerus perpetuæ ſalutis noſtræ myſteria redolet. Sex quippe literis apud Græcos ſcripſit, ΙΗΣΟΥΣ, videlicèt, Ι,Η,Σ,Ο,Υ,Σ, quarum numeri ſunt, X. & CC. & VIII. & LXX. & CCCC. & CC; qui

B fiūt ſimul, 888, qui profectò numerus figuræ reſurrectionis adgaudet. Octauꝰ enim numerus in ſacris literis reſurrectionis gloriæ cōuenit; quia Dominus octaua die, hoc eſt, poſt ſeptimam Sabbati reſurrexit: & ipſi poſt ſex huius ſæculi ætates, & ſeptimam Sabbati animarum, quæ nunc interim in alia vita geritur, quaſi octauo tempore ſurgemus. Hæc Beda. Irenęus autem legatur à volente, lib. 2. c. 41. ſed plurimùm vereor ne intelligatur etiā à mediocriter doctis. Ego autem vt planū eius ſenſum facerē, multa dicere, multa ſupponere, ad multa digredi, in multis immorari deberem. Quod vt non faciam, multæ ſunt cauſæ. Sed vice huius referam Cabbaliſtarum notamen circa myſticum numerum in huius nominis literis deliteſcentē. Dicit ergo Au-

C tor Globi canonum, lib. 10. c. 14. hæc tria nomina, Maria, Ieſus, & Ieouah, omnia eſſe Hebraicè quadrilitera; nēpe, מרים Miriam, ſic enim Hebræi hoc nomen proferunt, ita vt litera vltima ם Mem, ſic radicalis & eſſentialis huius nominis Mariæ. Itē, ישוע, Ieſuah, & יהוה Ieouah. Et quidem in Ieſuah ſunt omnes numeri denotati per Miriam & Ieouah. Probat Alphonſus Zamorenſ. in ſua epiſtola ad Hebræos Romę commorantes. Nam Miriam ſunt. 290. & Ieouah. 26. & Ieſuah. 316. Itaq; in Ieſuah ſunt ambo numeri Mariæ & Ieouah; quia ſcilicèt in Chriſto eſt totus valor humanitatis & diuinitatis. Etenim, vt obſeruabat Irenæus, loco citato, lib. 2. cap. 41. hoc nomen Ieſu, Hebraicè, duabus literis

In nomine Ieſu, eſt valor nominū Mariæ & Ieouæ.

literis & dimidia scribitur, nimirum ישו Et ו Iod valet. 10. A
& ש sin, 300. & ו vau sex. Ecce in nomine Iesu, numerum
316. ecce in eo valorem nominum matris virgineæ, & pa-
tris æterni, humanitatis & diuinitatis. Ecce in eo recapitu-
lata, abbreuiata, & quasi in epitomen redacta, &, vt dixit
Paulus, instaurata omnia, siue quæ in cœlis, siue quæ in ter-
ris sunt. Ecce denique duarum naturarum in Christi sup-
posito coeuntium ineffabilem & sacratissimam vnionem;
quam Hæretici minimè capiũt, quam fideles amplectũtur,
quam Dæmones credunt & contremiscunt: quam cœlum
ac terra venerantur & admirantur, in sacrosancto nomine
Iesu haud obscurè insinuatam.

Sed vt ad Græcũ etymon redeamus, certè Philo. & Epi- B
phanius Hebraicè valdè docti, huius nominis, ac si Græcum
esset, obseruauere mysterium. Dicunt, IESVM, Græ-
cè significare medicum, curatorẽ & seruatorem. Sic multa
nomina Hebraica, Patres Græcè interpretantur. Quod vt
exemplo omnibus peruio comprobem; sanè *Pascha* voca-
bulum Hebraicum est, transitum significans: & tamen Pa-
tres illud à verbo Græco, quòd significat *Pati* deducũt, quia
Pascha nostrum immolatus est Christus, eo tempore, quo
Iudæi pascha celebrabant. Ita Greg. Naz. in Serm. de Pas-
cha, & Amb. lib. de Mysterijs Paschæ. Similiter nomen *Ce-*
phas Hebræum est, & tamen tanquam ex Græco formatum
accipiunt Patres, à capite, & ita interpretantur, D. Petrum C
esse caput Ecclesiæ. Ita Optatus Mileuit. lib. 2. contra Par-
menianum, Diony. Areopag. c. 3. de Diui. no.

Hæc me omnia ex eruditissimis scriptoribus compilasse
& explicasse contentus, supersedeo, optionem lectoribus
faciens vt quam maluerint deriuationẽ nominis Iesu pro-
bent, dum in eius gloriam cũcta cedant. Et quidem id ego
quantum potui in toto hoc, quidquid libelli est vehemen
ter curaui: præsertim in prima Quæstione Scholastica,
quæ prima omnium fuit, & in hac decima Positiua, quæ
omnium vltima est, vt verè dicere Virgilianum illud, pau
culis superadditis, possim:

A *A te principium, tibi deſinit: accipe votis*
Cœptatuis ſtudiat & noſtrum, bone Chriſte, libellum,
Te duce, ad optatum per tot diſcrimina portum,
Perduſtum, fac promeritas tibi dicere laudes.
Tu nobis Elicé, nobis Cynoſura fuiſti,
Dum fragilem immenſis cymbam commiſimus vndis:
Tu tibi fac, labor hic (nam grates pendere dignas
Non opis eſt noſtræ) in multum vertatur honorem.

Quæſtionum Quodlibeticarum optatus finis.

FRATRIS ALPHONSI MENDOZAE, AD LICENTIATURÆ in Sacra Theologia lauream,

RELECTIO DE VNIVERSALI Christi dominio ac regno, quod rerum habet & quà Deus, & qua homo est.

HABITA IN CLARISSIMO Theologorum gymnasiò, 19. Decembris die, Anno, 1586. Salmanticæ.

Thema relectionis, Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Psalm. 71.

SVMMARIVM.

§. 1. 2. 3. *Tractatur & excutitur Psalmus 71. Deus iudicium tuum regi da. An de Salomone veniat intelligendus? An de Christo? An de vtroque? Refutantur Rabbini, & quidam Catho-*

A Catholici. Quòd prophetia interdum exprimitur verbo optatiuo vel imperatiuo.

§. 4. Quid sit quòd hic Psalm. habet titulum Salomonis? Vox Dauid & vox Salomon non semper significat ipsum Dauidem vel Salomonem.

§. 5. Celebris error Rabbinorum, qui duos Messias constituunt: vnum gloriosum, miserum alterum. Nitebantur diuinis scripturis.

§. 6. Arguitur validè quòd Christus non sit Rex & Dominus rerum, vt homo, ex optimis scripturæ testim.

§. 7. Ex Patribus, & referuntur eorum verba, Augustini. Hiero. Ambr. Greg. Orig. Athan. Chrisost. Basil. Tertul. Beda, Theo
B phyl. Bernard. &c.

§. 8. & 9. ex Historijs, & authoritate Theologorum & Iuristarum.

§. 10. Ex rationibus. 1. quia opposita sententia est Iudæorum. 2. quia ad fines redemptionis non iuuat regnum. 3. & 4. quia nec vsum nec ius regni habuit aut dominij.

§. 12. Distinctiones notandæ ad rei huius intelligentiam.

Assertio partis affirmatiuæ.

§. 13. QVòd Christus fuerit Rex temporalis & dominus rerum omnium vt homo. Temporalis, id est verus, proprius,
C absolutus, & nõ tantũ spiritualis. Probatur. 1. ex Scripturis. Nomen Regis in sacra scriptura, an aliquando sumatur impropriè: pro iustis, pro Angelis, pro Diabolo? &c.

§. 14. Quòd non fuerit rex Iudæorum iure hæreditario, quia à Dauid per rectã lineam, &c. nec ex electione & consensu populi, vt aliqui volunt.

Imperator an sit Domin' in omnibus tẽporalibus, mũdi, & Papa in spiritualibus. Luminare maius & luminare minus.

§. 15. Potestas spiritualis & temporalis coniungi possunt in vna persona. vnde Melchisedech rex & sacerdos, &c. Tractatur latè.

§. 16. Triplici titulo Christus est Rex & dominus rerum, redemptoris, dono patris, &c.

§. 17. *Quòd etiam dum hîc viueret mortaliter Christus, erat Rex, ex Sibyllinis etiam oraculis ostenditur, & rationibus.* A

Omnem dignitatem, quam habet nunc Christus in cœlo, habuit hîc in terris, etiam in vtero matris existens. Nisi quòd hîc noluit exercere.

§. 18. & 19. *Ad Christi dignitatem pertinebat, esse Regem & dominum rerum, nec inde aliquod incommodum sequitur. Discurritur per omnia, quæ inde sequi possent.*

§. 20. *Allegãtur. 17. & his plures authores scholastici, pro hac parte.*

Argumentis respondetur.

§. 21. AD. 1. *Quid sit, Regnum meum non est de hoc mundo?* B *& explicantur loca scripturæ in aduersum pugnãtia.*

§. 22. *Patrũ verba & mens explicãtur. Et quid denotet vox, temporalis, cum dicimus, Christum esse regem temporalem.*

§. 23. & 24. *Respondetur alijs argum. & quòd Christus non fuit pauper, nisi quoad vsum & possessionem.*

§. 25. *An Christus & eius parentes & Apostoli fuerint mẽdici. An exercuerit hîc aliquando potestatem regiam.*

IN HODIERNAE disputationis exordio vestram, grauissimi auditores, beneuolentiam & attentionem conciliare non erit operosum: nam vestrum omnium id est ingenium, vt dicenti de rebus seriis aures admoueatis attentas. Id ego ante paucos dies compẽdiò expertus sum, nam me die vna in quæstionibus quodlibeticis proponendis multas moras trahentem, & insuauiter dicentem auscultastis beneuoli & attenti, quoniam materiarum grauitas id expostulare videbatur. Adest nunc grauissima disceptatio, quæ & plurimum habet iucunditatis admistum, videlicet, vt sperem, qua me attentione transactis diebus dicentem prosequebamini, eadem nunc C

A nunc prosequuturos: nec fallit animus.

I. *Psalm. 71. Deus iudicium exquitur.*

Iam primùm omnium satis constat: totum illum Psalm. 71. de Christo Domino cantatū fuisse literaliter a Dauide. Verū veluti dicendorum antecursor præmittendus mihi est duplicis quæstionis tractatus perquàm necessarius. Prima quæstio ea erit, an solùm de Christo, an verò etiam de Salomone intelligendus veniat Psalm. ille, secundùm sensum literalem. Cuius controuersiæ statum omnes vt peruideant, reuocare in memoriam debēt, vnum & eundē scripturæ locum duplicē, imò & multiplicē admittere sensum literalem: quam doctrinam primus in scholas inuexit D.P.N. Aug. lib. 3. de Doctrina Christiana capit. 27. & lib.

Vnus locus scripturæ habet plures sensus literales.

B 12. Confessionū cap. 20. vsq; ad. c. 36. & lib. 1. super Gen. ad literam. c. 19. & 20. quem sequuti sunt cæteri Theologi, D. Tho. Lyra. Abul. & c. vno excepto Adamo, in Prologo super Isai. Iam ergo in dubium vocari iure potest, an præsens poster versus Psal. 71. & similiter totus ipse Psalmus, duplicem habeat sensum literalem, alterum quidem de Christo, atque alterum de Salomone.

Rabbini hūc Psalm. de Salomone intelligunt.

Rabbini, totum Psalmum (vt ab hac se difficultate expediant) de Salomone interpretantur: Hos sequuntur Doctores quidam iudaizantes, nomine tenùs Christiani: de quo Finus Adrianus, lib. 2. Flagelli, quod aduersus Iudæos confecit cap. 12. Si verò quispiam eis obijciat, plurima in hoc Psalm. dici, quæ Salomoni adaptari nequaquam possunt,

C vt putà quartus ille versus, Permanebit cum Sole & ante Lunam; & ille, Dominabitur à mari vsque ad mare, & á flumine vsque ad terminos orbis terrarum: item ille, Coram illo procident AEthiopes, id est, habitantes solitudines, quos Cabalistæ aereos spiritus esse diffinierunt: & ille, Adorabunt eum omnes reges terræ: & demùm ille, Sit nomen eius benedictum in sæcula, ante solem permanet nomen eius: & benedicentur in ipso omnes tribus terræ. Vim huius argumēti iudaizantes isti hac via conantur effugere, dicentes, hæc omnia tā illustria præconia non dici à Dauide in illo Psamo per modum assertionis & prophetiæ, sed per modum optandi & bene precandi: ac proin

de non oportere vt in Salomone completa sint, licet de illo ad literam dicta fuerint. Vnde communiter ex Hebræo sic vertunt, nõ per modum enũciantis & asserentis prophetice, sed per modũ imperãtis & bene precãtis, sic: Permaneat cũ Sole & ante Lunã, Dominetur à mari vsque ad mare, & adorent eũ omnes Reges terræ: Quo etiã modo vertũt Vatab. & Cãpensis. Et quidẽ quòd de Salomone sit sermo in toto hoc Psalmo, sit simillimum veri, ex titulo eiusdem Psalmi, qui sic habet, Psalmus in Salomonem. A

Hic Psalmus titulo Salomonis inscribitur.

II. Quòd de solo Christo sit totus ille Psal. 71. Patres referuntur pro hac parte.

VNica tamen in Relectionis exordio à me astruitur propositio, quæ in hunc habet modum: Psalmus ille de solo Christo tàm secundùm literam quàm secundũ spiritum, & nullo modo de Salomone conscriptus est à Dauide, & à nobis interpretandus. Hæc est Patrum concors sententia, quorum cum multa possent depromi testimonia, ego pauca proferam, sed quæ luculenter nostram probent sententiam, quòd, scilicèt, de Christo solúm Psalmus ille intelligatur. D. Hieron. ad Ruffinum, de Iudicio Salomonis, sic ait: Nulla dubitatio est, quòd Psalm. 71. qui titulo Salomonis inscribitur, non Salomoni mortuo, sed Christi conueniat maiestati. Et super Daniel. cap. 11. in illa verba, Et stabat in loco eius despectus, sic ait: In Psalmo. 71. quæ dicuntur, Salomoni non valent conuenire: nec enim permansit ille cum Sole & ante Lunam, nec dominatus est à mari vsque ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum, neq; ante solem permanet nomen eius, nec benedictæ sunt in illo omnes tribus terræ. Diuus Augustl. lib. 17. de Ciuita. cap. 8. Psalmus, inquit, 71. titulo Salomonis cõscriptus est, in quo tàm multa dicuntur, quæ omninò ei conuenire non possunt: Domino autem nostro Iesu Christo apertissima perspicuitate conueniunt. Et de Vnitate Eccles. c. 8. De nullo alio, inquit, quàm de Rege sempiterno Domino Christo dici potest Psalmus ille. Eusebius, lib. 7. Demonstrationis euang. c. 3. demonstratione 7. Verba, inquit, huius Plasmi non conueniunt nisi Christo: huius enim regale solium permanet cũ Sole, hic ante Lunam & ante mundi constitutionem erat. Tertull. lib. 5. B C

A libro.5.aduersus Martionem,cap. 18. Cuius nomen æternum nisi Christi, &c. Et demum Iustinus aduersus Tryphonem,& diuus Ambrosi. in Apologia Dauid.& Sancti communiter ita sentiunt. Sed ab his, quoniam certissima sunt, temperare me debeo, vt incertis examinandis tempus supersit.

III. Respõdetur Rabbinis

DVO nunc præsidia, quibus Iudæi peruersam suam intelligẽtiam muniebant, diruenda nobis sunt. Primò, nihil impedio verti posse per verba imperandi & bene precandi Psalmum illum, sic, Dominetur à mari vsque ad mare, coram illo procidant,&c. Viuat, & detur ei de auro Arabiæ: nam ex catholicis versionibus multæ sic habent: Nego tamen inde sequi, quòd non sit prophetia & asseueratio eius rei, quæ futura erat: nam familiarissimum est sacris scriptoribus, per verba imperandi & optandi exprimere prophetias, & annũciare quid futurum sit. Quod notabat Driedo, lib. 3. de Dogmatibus, Tractat. 3. c. 2. Syxtus Sen. lib. 8. Bibliothecæ,& Genebrard. super Psalm. 6. sic per verba imperandi & optandi enunciatur calamitas superuentura peccatori: Constitue, inquit, super eum peccatorem,& oratio eius fiat in peccato. Fiant filij eius orphani,& c. tantundem significatur, quantum si diceretur, Constitues, Fiet,&c. Et Psalm. 68. Deleantur de libro viuentium, ideſt, Delebuntur. Et Isai. 6. Excæca cor populi huius, ideſt, excęcabitur. Et Lucæ. 23. Quod facis, fac citius, ideſt, facies. Hæc sanè omnia non optantis & imperantis affectu, (absit enim à sanctis viris vt mala optent & precentur proximis suis) sed præuidentis intuitu prænunciantur. Quanuis itaq; versus illos nostri Psalmi rectè per imperandi verba admittamus expressos esse, non ideò tollitur enunciatio prophetica & assertio eius felicitatis, quæ futura erat. Quia ergo huiusmodi felicitas minimè erat in Salomone complenda, dicendum est, non pro ipso, sed pro altero Salomone, scilicèt, Christo confectum esse ad literam Psalmum illum. Imò (vt verbis vtar Diuui Augustini, super Psalm. 88. vbi eruditione mirabili excutit præsentem difficultatem) destruxit illam felicitatem

Per verba imperãdi & optandi sæpe exprimũtur prophetiæ.

Psalm. 108

Psal. 68.
Isai. 6.
Luc. 23.

Aduersus quosdã Catholicos, q etiam de Salomone hũc Psalm. intelligunt.

Deus in Salomone, vt expectaremus alterum, in quo illa adimplerentur, quæ adimpleri necessum erat. Quare mirari satis nequeo virorum catholicorum, quid sibiin mentem venerit, vt etiam in hoc Psalmo cantari felicitatem Salomonis existiment. Nam Vatablus statim in initio huius Psalmi, dicit, quòd populus fidelis in illo Psalmo, faustissima quæque Regi suo Salomoni imprecatur. Titelmanus quoque in Annotatione, & Iansenius in argumento Psalmi, dicunt, præter quã quòd Dauid in hoc Psalmo, de regno Christi prophetat, simul etiam aliquot versibus prædicit & orat æquitatem & felicitatem regni Salomonis. Ad idem est Flaminius in argumento & toto discursu Psalmi. Isidorus Clarius fauet, quãuis plus Christo deferat, quàm illi. Ego verò sequutus sanctos Patres aliter existimo, videlicèt, de Christo solo, & nõ de Salomone hic mentionem fieri. Nam, obsecro, vt quid dicemus, nũc de Salomone, & statim de Christo loqui, & rursus ad Salomonem reuerti, & iterum ad Christum tam perturbatè & variè transire prophetam? Præstat vt in eundem omnes sententias scopum, in idem argumẽtum dirigat, & in vno persistat Christo Domino, Salomonem penitus derelinquens: quamuis ab eius nomine, regno, ac persona occasionem ad prophetandum de Christo sumpserit. Licèt enim, vt author est D. Hieron. super Isai. cap. 16. & D. Gregor. hom. 7. in Ezechielem, & Euthymius, super Psalm. 107. & communiter Patres, vsitatum sit apud prophetas, ex hoc in illud, & ex vno in aliud passim & subitò ferri, iam sese in suprema tollentes, iam demittentes ad infima: tamen in nostro hoc Psalmo præstantius dicitur, vt vates sacer omnia in vnum Christum coniecerit. A B C

Quòd nullus versus huius Psal. Salomoni conuenit.

His adde nullum ferè versum in totò hoc carmine contineri, qui nisi coactè ad Salomonem trahi possit. Quidam verò sunt, qui nec coactè, nec modo aliquo peruerti possunt ad ipsum. Nam illum versum, Permanebit cum Sole & ante Lunam: item illum, Ante Solem permanet nomen eius, qua ratione siue asserendo, siue optando, sanctus Dauid pro Salomone filio suo dicere potuit? Verùm

Fuga &

oppo-

A opponunt Iudæi illas versiones non esse expressas ex He- *euasio Rab-*
bræo ad verbum, nam pro illo versu, Permanebit cum So *binorum.*
le & ante Lunam, ex Hebræo vertunt, Timebunt te cum
Sole & coram Luna. Quæ verba non ad Christum, nec
ad Salomonem, sed ad Deum ipsum per apostrophen dici
putant. Pro altero verò, Ante Solem permanet nomen
eius, vertunt, Coram sole filiabitur nomẽ eius, ideſt, filia-
bitur Salomon, quandiù Sol durauerit: ideſt, lõgam filio-
rum seriem recensebit: Sic Rabbi Ymmanuel, & Rabbi *Refellũtur*
Dauid, vt in Pagni. in Thesauro linguæ sanctæ, Verbo,
Nun. Hæc tamen omnia præter quàm quòd sint impietate
& perfidia plena, sunt certè falsissima: licèt enim optimè,
B & ex Hebræo versiones illæ, possint exprimi, nam eas ha-
bent Flamin. Vatabl. Campen. Isidor. Pagni. &c. sed certè
de Messia intelliguntur ad literam, vt non solum nostri,
verùm & ex Rabbinis multi tradunt, referente Adriano
Fino, lib. 3. Flagelli. cap. 4. vbi examinat illam versionem,
Ante Solem filiabitur, &c. & lib. 2. c. 12. & etiam Titelm.
super hunc Psalmum, in Annota. ex Hebræo, Versu. 16.
Etenim Filius nomine Christi in sacra Scriptura Gene-
sis 49. Donec veniat filius, & Psalm. 2. Osculamini fi-
lium, &c. & Burgen. in scrutinio, latè videndus.

SED quid est quòd præsens Psalmus hoc titulo est in- *IIII.*
signitus, Psalmus in Salomonem? D. Chrysostomus, *Quid sit*
Præfatione. 2. in Psalmos, attulit quandam doctrinam, *quod iste*
C quæ si vera est, ad multorum resolutionem viam sternit. *Psal. titulũ*
Dicit, titulos Psalmorum esse transpositos, & confuso hi- *habet Salo-*
storiæ ordine permutatos: eò quòd post captiuitatem Ba- *monis.*
bylonicam, Esdras Psalmos hinc inde dispersos in vnum
collegit volumen, prætermisso situ & ordine titulorum. *Tituli Psal-*
D. Hieron. authoritate Magistri sui, existimat Salomo- *morum per-*
nem esse authorem huius Psalmi, non Dauidem, propter- *mutati.*
eà quòd in titulo dicitur, Psalmus Salomonis vel Sa-
lomoni: sic enim vertit Hieron. ex Hebræo, sicut in alijs,
Psalmus Dauidis vel Dauidi. Vatab. in scholijs huius
Psalmi, dicit, authorem eius esse incertum, quanuis Da-
uid esse videatur, Nos tamen certo certius existimantes

hunc psalmum compositum esse à Dauide, tàm quia omnes Patres id docent: tũ, quia paucula illa verba, Cõpletæ sunt oratoines Dauid, quæ ad finẽ illius psalmi habentur, id insinuant: videam⁹ quid mysterij habeat, quòd hoc titulo sit insignitus Psalmus in Salomonem? Nam ex hoc fieri videtur, de Salomone in præsenti psalmo haberi sermonem. A

Ioannes Driedon. lib. 3. de Dogmatibus sacræ scripturę Tractatu. 3. c. 2. duplicẽ rem hanc enodandi modũ attulit, quem ego non possum non vehementer probare. Dicit: Quotiescunque in titulo vel versiculo alicuius psalmi explicãtur ea, quæ videntur temporaliter gesta, vel in Abraham, vel in Iacob, vel in Dauid, vel in Salomone: sed quæ sequuntur in alijs eiusdem psalmi versiculis excedunt modum, qualitatem & conditionem rei gestæ, tum intelligendus est propheta, vel transire de litera ad spiritum, vel sub voce translate accepta significare rem mysticam. Hæc ille. Igitur aut primò dicamus, Dauidem hîc de Salomone in Christum feciſſe transitum: aut secundò (quod mihi magis probatur) per vocem Salomonis in titulo positam significari Christum translatitiè, & nullo modo Salomonem. Primum hunc dicendi modum mittamus, non tanquam falsum aut inanem, nam solidus est & satis probabilis, quòd scilicet, Dauid cœperit in titulo, & in primo aut secundo versu huius psalmi, tractare ad literam de filio suo Salomone, & deinde eo penitus derelicto, ad Christum transierit, vt tradit Eusebius lib. 7. de Demonstra. Euan c. 3. Demonst. 7. Ergo hunc, ceu non tam plausibilem prætereuntes, ad alterius modi explicationem deueniamus B C

Dauid hîc anfecit trãsitum de Salomone ad Christum.

Dici potest & debet, in præfato psalmo nullum esse transitum, sed à titulo vsq; in finem semper, de Christo, & nunquam de Salomone, esse sermonem, & tunc vox Salomon in titulo posita, non propriè pro ipso Salomone, filio Dauidis, sed pro Christo Domino positam esse. Idque vno ex tribus modis, scilcèt, primo, sumpta voce non propriè, sed appellatiuè pro dilecto vel pacifico, quæ est significatio nominis Salomonis: est autem Christi nomen inscri-

A in scriptura Pacificus vel Dilectus, id ostendente Fratre Ludouico Legion. in lib. de Nominibus Christi. Aut secundo, voce Salomonis sumpta metaphoricè, eo loquendi tropo, quo ipsum Christum appellamus Leonem, Agnum, Petram, Abelem, Dauidem, Isaacum &c. Aut tertio, patronymicè sumpta voce Salomonis, pro Salomonide vel Salomonio, id est, pro Christo filio Salomonis. Sanè nomen Dauidis his modis plerunque non verum Dauidem filium Isai, sed Christum Dominum significat. Quod notabat D. August. tomo. 4. lib. de octo Dulcicij quæstionibus, q. 5. & vltima, Galatin. de Arcanis, li. 3. c. 25. Iansenius, in Epistola, quam præfixit Psalmis, Driedo, vbi suprà. Et est elegans locus Hieremiæ. 30. Seruient Dauidi regi suo, quem suscitabo eis, id est, Christo: nam Da-
B uid exuscitandus nequaquam erat. Et Ezechiel. 34. Suscitabo super oues pastorem, seruum meum Dauidem; ego autem ero eis in Deum, & seruus meus Dauid princeps in medio eorum. Et Oseæ. 3. Conuertentur filij Israel, & quærent Dauid Regem suum, id est, Christum Regem suum. Quidam adducunt & illud Hierem. 23. Suscitabo Dauid germen iustum. Ceterùm is vltimus locus vanus, & fallax est, nam Dauid ibi non Christum, sed populũ Dauidicum significat. Vnde est datiui casus, sic, Suscitabo Dauidi germen iustum, id est, Christum.

mon hic significat Christum ad literam.

Vox Dauid interdũ non Dauidẽ, sed Christũ significat.

Hiere. 30.

Ezech. 34.

Ose. 3.

Hier. 23.

Sed & sunt loca, vbi de nomine Salomonis hoc ipsum
C dicere cogimur: quòd notabat Galatinus, lib. 3. cap. 26. & Adrianus ille bis Finus, lib. 2. Flagelli. cap. 12. ex illo loco, Canti. 3. Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem. Dicit verò Galatin. in Midras Sir Assyrim, id est, in Expositione Cantici Canticorum, per Regem Salomonem intelligi Regem perfectiuum, qui creauit omnes creaturas. Et dicit Rabb. Moyses, esse reum mortis, qui ex Cantico Canticorum delet nomen Salomonis, tanquam delens nomen diuinum. Itaque vox Salomon ibi in Canticis, non Salomonem, sed Christum verum Deum significat. Refert Porchetus in Victoria contra Iudæos. p. 1. c. 13. Glossam R. Aninæ, in illo loco Canticorum. 3. Vide-

Cant. 3. vox Salomon nõ significat Salomonẽ, sed Christũ.

te Re-

te Regem Salomonem, in diademate quo coronauit eum mater sua, hanc esse: Discurrimus per vniuersas scripturas, & non reperimus, quòd Bersabee fecerit coronam filio suo Salomoni. Meritò Caiet. in titulo præsentis Psalmi, existimat, vocem Salomonis in hoc titulo positam, esse epitheton Messiæ: & Geneb. esse patronymicum nomen, Messiam significans. Et hactenùs de hac quæstione præambula. A

V. *Qua ratione regnum de quo in hoc Psalm. conueniat Christo.*

ALtera iam, quæ nos propriùs spectat, occurrit quæstio, qua via & ratione Christo Domino regnum illud temporale ac dominium vniuersale fœlicissimum, quod in hoc Psalmo edicitur, valeat adaptari. Doctores Hebræi contendentes, Messiam futurum esse Regem temporalem, & apparatu magnifico regnaturum, purpuratum & sericatum, & famulorum cuneis stipatum: & ex alia parte videntes in scriptura haberi, quòd Messias futurus erat pauper & miser, & miserè plectendus & occidendus, in eam venerunt sententiam, vt assererent, duos futuros Messias: alterum glorioſum, miserum alterum. Hoc referunt ex Catholicis doctoribus multi, præsertim quinque, illi quidē pij iuxtà & docti, & in euoluendis Rabbinorum scrinijs diligentissimi, Petrus Galatinus. lib. 4. de Arcanis catholicæ veritatis. c. 2. & c. 21. Adrianus Finus, lib. 5. Flagelli. c. 15. Porchetus in lib. qui dicitur, Victoria contra Iudæos, ex recognitione Augustini Iustiniani Episcopi Nebiensis. p. 1. c. 10. Petrus Coſto, in lib. quem attitulauit, Typus Messiæ, nō longè à principio, & noster Iacobus de Valētia, super Psal. 20. & in q. 4. cōtra Iudæos, Iudæi itaq;, quò suis technis & machinationibus exequēdis ampliorē viam pararent, & vim veritatis subterfugerent, nec capi à Christianis possent, duos cōfinxere Messias in lege promissos: quorū vnū vocarūt Ben Ioseph de Tribu Ephraim, & aliū Ben Dauid de tribu Iuda. Et affirmabant futurum, vt horum alter miserè plecteretur & occideretur cum tota gente sua: alter verò nunquam moreretur, sed per totam esset æternitatem regnaturus: quin & erat exuscitaturus alterum Messiam turpiter interfectum. Atque adeò glorioſus

Rabbini duos Messias confinxerunt: vnum glorioſum, alterum miserum.

B

C

A sus iste Messias & rerum gestarum magnitudine, & imperij gloria debebat efflorescere, vt Romanum excinderet deberet imperium, & Iudaicum populum ex toto terrarum orbe conquisitum, ab omnibus Tyrannis asserturus esset, & eum ad terram promissionis, vetus & sanctum Iustorum patrimonium, reducturus. Quinimò non solùm viuis Messias ille futurus erat beneficus, sed etiam mortuis: nam & omnes Iudæos vita functos erat exuscitaturus, vt oculos explerent illa pace & felicitate Iudæorum.

Nitebantur Iudæi hoc vt assererent, quibusdam scripturæ testimonijs, non solùm inter se diuersis, sed & aduersis & pugnantibus, vt ipsi credebant: adeò vt vni Christo & eidem crederent non posse conuenire. Michæ. 5. videbãt
B scriptum esse, Ex te exiet dux, qui regat populum meum Israel & egressus, siue egressiones eius ab initio, à diebus æternitatis. Et Psal. 109. totum de glorioso illo ac beato Messia interpretabantur, cui dixit Deus, Sede à dextris meis. Quibus verbis non Abraham, vt quidam Rabbini putarunt, non Dauidis, vt alij, non Saulis, non Ezechiæ, non Zorobabelis, vt quidam alij somniarunt, sed veri Messiæ, futura prosperitas suis coloribus depingebatur: Messiæ inquam, glorioſi, quem Deus sedere faceret à dextris suis, cuiq; in die bellorum populus suus adesse debebat voluntarius ad oppugnandos inimicos, vt habet prior pars versus quarti, secundùm alias versiones; qui ex vtero au-
C rorae gignendus erat, &c. Sic de amplitudine ac perpetuitate regni eius explicabant Psalmum 44. 71. 88. 86. &c. Quando verò contrà videbant apud Isaiam c. 53. & apud Zachariam. c. 9. & 12. & Psalm. 21. 68. & aliàs sæpè scriptas esse calamitates, & aduersas fortunas Messiæ, omnia hæc ad alterum Messiam afflictum & inglorium traducebant.

Nituntur scripturæ qui duos fingũt Messias Miche. 5 Psal. 109

Psal. 109.

Veruntamen excæcauit Iudæos sua malitia: facilè enim peruidere, & sic conciliare illam locorum diuersitatem poterant, & vni & eidem Christo hæc omnia, licèt alioqui diuersa, accommodare: si dicerent, testimonia illa ad vnum & eundem Christum diuersimodè consideratum, esse re-

Quòd vni & eidem Messiæ conueniunt diuersissima vaticinia scripturæ.

esse referenda. Idque vno ex.5. modis, quos totidem verbis referam. Primo, si diuersis temporibus Christum considerarent: Distinguere namque oportet tempora, vt sic concordentur iura, vt habet Iurisprudentium regula. A

Explicatio Nam primo quidem tempore futurus erat Messias pauper & miser, nasciturus in stabulo, eiulaturus pueriliter, passurus probra & contumelias, subiturus mortem turpē & ignominiosam; Deinde verò à resurrectione, diues, potens, victor, glorioſus & triumphator erat futurus. Aut

2. Explicat. secundò, cum Adriano, in illo cap.15. de gemino aduentu Christi, dicerent, illa tam diuersa loca intelligi, nam tàm venturus est in secundo aduentu, glorioſus & splendens, quàm venit in primo abiectus & miser. Aut tertiò dicere

3. Explica. poterant, vno & eodem tempore hæc omnia conuenire Messiæ, secundùm tamen diuersas naturas: atq; adeò secūdùm humanam erat futurus inglorius, mortalis & mortuus: secundùm verò diuinam glorioſus, immortalis. Quartò, etiam in quantùm homo, simul illas tàm diuersas fortunas habiturus erat: prosperam, secundùm partem animæ supræmam: aduersam, secundum infimam. Quintò

4. Explic. *5. Explic.* id explicarent de duplici regno & potestate Christi, nam si de temporali sit sermo, pauper futurus erat & lugubris: si de spirituali, diues, potens, &c. Ex his verò iam sensim delabimur ad centrum quæstionis. B

VI. *Hinc præcipua quæst. An Christus sit Rex & dominus rerum, &c.* HIS ergo cùm ad propositi thematis intelligentiam, tùm ad quæstionis præcipuæ decisionem necessariò præiactis, nam diutiùs in hoc pulcherrimo ac latissimo scripturarum campo expatiari non licet per tempus: Quæstio in forma scholastica à me disputanda ea est: Vtrū Iesus Christus Dominus ac Saluator noster, fuerit verè ac proprie Dominus & rex totius orbis, atque omnium rerum creatarum, secundùm quòd homo est; non tantùm spiritualis rex ac dominus, sed & verus, absolutus, proprius, atque adeò temporalis: tam verè & propriè quàm Philippus II. nunc temporis rex est Hispaniarum, & vnusquisque hominum dominus est suarum rerum, eò quòd illis in omnem vsum potest citra alicuius iniuriā vti. Mixtim autem C

de

A de regno & dominio (nam in Christo par est vtriusque ratio, vt dicam infra) argumenta procedent.

A parte negatiua stant primò authoritates, secundò rationes. Authoritates verò in multiplici sunt differentia: nã quædam ex ipso corpore bibliorum, quædam ex sanctorum Patrum voluminibus decerptæ sunt: quibus accedent quædam aliæ Doctorum Theologorum ac Iuristarum, qui scholasticè disputantes huic parti suffragati sunt. *Argumẽta à parte negatiua.*

Primum ergo argumentum, quod sacris literis innititur, & potissimùm probat, Christum non fuisse regem propriè & absolutè (nam quòd nec fuerit rerum dominus mox probabitur) duplicem locum multiplici vi corroboratum comprehendit: Alter habetur apud Hierem. cap. 22. alter apud Ioan. cap. 18. In priori itaque loco enun

B ciatur apertissimè, post regem Iechoniam nullum iam amplius regem, videlicèt, qui tẽporaliter & absolutè regnet, de semine Dauid futurum. Hæc dicit Dominus: Scribe virum istum (id est, Iechoniam) sterilem virum, qui in diebus suis non prosperabitur: nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltra in Iuda, vel, & regnet post hac in Iuda, vt habet Vatab. Vim huius loci, similiter & sequẽtis ex sanctis patribus ostendemus statim. Alter locus est, Ioan. 18. dixit Chri stus, Regnum meum non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum

C non est hinc. Vbi non solùm visus est Christus dicere, non habere se vsum & exercitium regni; nam hoc certò constabat tunc temporis Christum non habere, neque id Pilatus rogitaret: rogauit ergo, an haberet ius regni, vt Cæsari posset contradicere. Ex hac percontationi respondit, Regem se minimè esse.

Hierem. 22 quòd de semine Iechoniæ nullus iã rex, &c.

Ioan. 18. Christus ipse dixit se non esse regem.

Deinde, Quoties de Christi regno aut dominio siue principatu, fit mentio in scriptura, semper apponitur aliquid, ratione cuius appositi alienatur nomen regni aut regis à significatione regni temporalis, & transfertur ad spirituale. Psalm. 2. Ego autem constitutus sum Rex ab

Nomen Regis coarctatum ad spiritualia.

Psalm. 2.

eo,

Psal.2. eo, &c. additur, Prædicans præceptum eius. Et Matth. A
Matth.28. 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Et subdit quod ad spiritualia pertinet, Euntes ergo prædicate euangelium, baptizantes, &c. Particula illa, ergo, consequutionem denotat explicatiuam qualitatis regni & potestatis Christi. Luc.19. Benedictus qui venit Rex. Et Hosan-
Matth.21. na, id est, salua nos. Et Isai.9. Super solium Dauid, & super
Isai.9. regnum eius sedebit in æternum. Sequitur, Vt confirmet illud ac corroboret in iudicio & iustitia, à modò vsque in
Hier.23. sempiternum. Hierem. 23. Regnabit rex, & sapiens erit, &c. Et sequitur, In illa die saluabitur Iuda, &c. Et adhuc,
Ioan.18. Ioan. 18. Tu dicis, quia rex sum ego. Et pergit explicare
Psal.44. modum regni, Ego ad hoc veni in mundum, vt testimo- B
nium perhibeam veritati. Et Psalmo. 44. Intende prosperè,
Zach.9. procede, & regna. Et adiecit, Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam. Et Zacha. 9. Ecce rex tuus venit tibi. Sed qualis rex? Iustus & Saluator, ipse pauper & ascendens super asinam. Hic non solum regnum, sed & dominium & proprietatem rerum à Christo longè abesse, docet scriptura. Quibus appono illud Pauli de Christo
2.Corin.8. 2. Corint. 8. Qui cum diues esset, pauper pro nobis factus
Matth.8. est. Et Matth. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.

VII. Patrum sententie, quòd spirituale sit regnum Christi, & dominium.

HIS accedit secundo loco Diuorum vna vox, vnus animus atque consensus, explicantium loca prædicta C
de regno Christi spirituali & supramundano. Habemus autē decretū sacri Concilij Trident. Sess. 4. in Decreto de editione & vsu sanctorū librorū, quòd præter cōmunem sanctorum Patrum consensum, nullus scripturam audeat proprio marte referare & intelligere. Quod idē præcipiūt antiqua Ecclesiæ concilia & Patres, vt vidimus quæstio. 2. expositiua. Quod autem hæc sit Patrum sententia, explora tissimum est ijs, qui eorum libros volutāt. Sed in gratiam eorum, quibus eos euoluere non vacat: ecce loca quædā. Initium verò dicendi à quatuor Ecclesiæ Latinæ Doctoribus, lætis auibus, faciam. Primùm, D. Augustin. libr. 17. de

Ciuit.

A Ciuit.c.7. Populi, inquit, Israel personam figuratè gerebat homo ille, scilicèt, Saul: qui populus regnum fuerat amissurus Christo Iesu Domino nostro, per nouum testamentum non carnaliter, sed spiritualiter regnaturo. Et Tractatu.115.super Ioan.sic ait: Dicit quidam in prophetia de Deo Patre, Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum eius: sed Sion ille & mons ille non sunt de hoc mundo. Quod est eius regnum, nisi credentes in eum? Et super ipsum Psalm.2.sic ait: Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, quas possideas ad earum salutem, & quæ tibi fructificent spiritualia. *Psal. 2.* *Psal.2.*

D. Ambros. lib. super Lucæ c. penultimo, sic ait, post
B multa: Iam ipsum regem secundùm honorem seculi non accipimus Christum. Quomodò ergo dictum est, Ex fructu ventis tui ponam super sedem? Quo modò & Angelus de eo dicit, Quia dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob? Quomodo regnare repromittitur, nec ostenditur? Aut quomodò ex semine Iechoniæ nullus regnaturus dicitur per prophetam? Si enim Christus regnauit, ex semine autem Iechoniæ Christus natus est, propheta mentitus est, mẽtita sunt & oracula. Et mox: Non seculari honore regnauit Chri-
C stus, nec in Iechoniæ sedibus, &c. Et apertiùs statim, explicans de Christi regno dictum esse illud, Et thronus eius sicut dies cœli, ait: Non vtiq; hunc thronum Salomon sedit, non Roboam, non Iechonias. Sanè D. Ambrosius longo discursu difficultatem hanc prosequutus, docet, regnum Christi alterius esse rationis, qua nec Roboam regnauit, nec quisquam alius. Et mordicùs & asseuerantiùs, eodem lib.3.c.5.sic ait, In abruptum disputationis venimus, hæremus in vado, & in quodam naufragio veritatis fluctuamus: excitemus ergo Christum, ipsum interrogemus, ipse respondeat. Interrogemus scripturas, inuenimus quia regnum eius non est de hoc mundo. Qui dicit nõ esse de hoc mundo regnum suum, ostendit esse supra mundum: ita & regnum eius erat, non erat in sæculo, sed super sæculum erat. Hæc Ambrosius. *Luc.1.* *Hiere. 22.* *Quomodò ex semine Iechoniæ nullus iam vltra regnauit.* *Psal. 88.* *Ioan.18.*

D. Hiero. lib. 4. Comment. super Hierem. c. 22. explicans illud, Scribe virum istum sterilem. &c. sic ait : Oritur quæstio, quomodo possit stare prophetia, nullum de stirpe Iechoniæ esse generatū, qui sederit super thronum Dauid? cum Dominus noster de huius natus sit semine, & dederit ei Dominus sedem Dauid. &c. Et mox, Potest solui, nō sedebit quidem super thronum Dauid vir & homo, sed sedebit Deus, regnumq; eius, non terrenum, scilicèt, & breue, sed perpetuū & cœleste. D. Gregorius (quo quatuor Ecclesiæ Latinæ Doctores in vnū colligamus) homi. 8. super Euang. apertè id docet: quinimò non solùm regnū mundi, sed & dominium rerum habuisse Christum, negat secundùm hamanam naturam. Christus, inquint, non in parentum domo, sed in via nascitur, vt profectò ostenderet, quia per humanitatem quam assumpserat, quasi in alieno nascebatur : alienum, videlicèt, non secundùm potestatem dico, sed secundùm nostram naturam. Nam de potestate eius spcriptum est, In propria venit. In natura etenim sua ante tempora natus est, per naturam nostram venit extempore, qui æternus permanens temporaliter apparuit : alienum est vbi descendit. Hæc ille.

Explicatur locus Hier. 22. ex D. Hieron.

Ioan. 1.

His alios Ecclesiæ Græcæ doctores prcipuos annumeremus. * Summus ille ecclesiarū Magister, Origenes, lib. 1. contra Celsum, paulo ante finem; Rex quidem Iesus, nec tamen qualē Herodes existimabat : sed tale huius erat imperium, quale Deum decebat, vt tanto regi, in eorū, quibus imperaretur, beneficium traderet: & ita vt non mediocris aliqua huius esset in suos & vulgaris benificentia, sed legibus verè diuinis vt hos erudiret erat futurum & subderet. cuius rei & Iesus haud quaquam ignarus, talem & esse se regē negando, qualē multi arbitrarentur, docendoq; sui regni præstantiam, inquit: si meum esset ex hoc mundo regnum, ministri vtiq; mei certarent, Iudæis ne traderer: nūc autem non est de hoc mūdo regnum meum. Hæc quidem si celsus nouisset: nequaquam intulisset huiusmodi: cur ergo vbi adoleuisti non regnas? sed Dei ipse filius errabun-

Ioan. 18.

A bundus præformidine latitans, sursum deorsumque circunuagaris. Hæc quidem ille.] Magnus Athanasius, suo rum operum tomo. 3. in Oratione de Sanctissima Deipara, propè finem, Rimãtur, inquit, Hæretici sese inuicẽ adhortantes, & fallaciosè quærunt, an acceperit thronum Dauidis patris sui, & regnauerit in domo Iacob in æternum. Et post pauca, Ergo capiens Christus thronum Dauidis trãstulit illum, & dedit sanctis Christianorum Regibus, vt conuerteret eos ad domum Iacob: qua tradita in opprobrium & direptionem, regnauit in Christianis in æternum, & regni eius non erit finis. Et mox siquidem genitus ex Virgine & consummatis omnibus, quæ ad negotium mortis & crucis pertinebant, post resurectionem ad suos dicebat, Data

B est mihi omnis potestas. &c. Et quãdoquidem ipse Rex est, qui natus est ex virgine, idemque ac dominus & Deus, ea propter & Mater, quæ eum genuit, & Regina & domina & Deipara proprie & verè censetur. Hæc Athan. Quibus verbis, eundem modũ regni & dominatus Christo & eius matri designans, spirituale esse & alterius rationis â nostro satis luculẽter ostẽdit. D. Chrysosto. expressiº & floridiùs, vt solet, homil. 6. super. cap. 2. Matthęi, Quonam pacto, inquit, Magi ex stella illa Iudęorum, regem illum esse didicerunt? cum certè non istius regni iste sit Rex, nihil quippe tale monstrauit quale mundi huius reges habere conspicimus. Neque enim hastas, neq; clypleatas ostendit militum

C cateruas: non equos regalibus phaleris insignes, nõ currus auro ostroque fulgentes: nõ enim istum, neq; alium quem piam circa se habuit ornatum, sed vilem hanc prorsus vitã egit ac pauperem, duodecim tantummodo homines, eosque despicabiles secum circunducendo. Hæc ille. Quibus quid clarius? quid eloquentius? sed nunquid Magnus Basilius hanc rem præterijt? ipse sanè, vt eum refert. S. Tho. in Catena, Lucæ. 1. explicans illa verba, Regnabit in domo Iacob. &c. sic ait: Non in materiali sede Dauid Dominus sedebit translato Iudaico regno ad Herodem, sed sedẽ appellat Dauid, in qua residet Dominus, indissolubile regnũ Hæc D. Basil.

Patres Ecclesiæ Græcæ ad idem

Matth. 28.

Verba elegantissima Chry.

Sed & mixtim & citra delectum, vt tumultuariò sese nobis offerunt, alios proferamus. Tertullianus antiquior omnibus præcitatis, & doctrina ac grauitate non impar, lib. Aduer. Iudæ. §. Probatio nativitatis Christi, explicans normam, qua Christus dominari ac regere mundum debebat, in explicatione illorum versuum, Psalm. 44. Diffusa est gratia in labijs tuis. &c. Accingere gladio tuo, &c. Specie tua & pulchritudine tua &c. Propter veritatem & mansuetudinem &c. sic diuinè loquitur: Valde absurdum est, si quem ad bellum ense cingebat, ei de specie decoris & labiorum gratia blandiebatur. Quis enim ense accingetur, & non contraria mansuetudini assumat? Et paulò ante: Scilicet ad arma vagitu conuocaturus erat puer: & signum belli non tuba, sed crepitacillo daturus: & non de muro, sed de nutricis & gerulæ suæ gremio hostem designaturus. Hæc ille. Quibus explanat, Christum alium modum regni ac dominij habiturum, videlicèt, spirituale. &c. Theophyl. super Luc. c. 1. Sicunt Dauid sensibile regnum suscepit, ita Christus spirituale. Bernar. super. Missus est. homil. 4. Quæro, quomodò dederit ei Dominus sedem Dauid patris sui? cum ipse in Hierusalem non regnauerit? Et mox, Deniq; quid magnum promittitur ei, qui sedet super Cherubim, sedere in sede Dauid patris sui? Et statim, Dabit ergo Dominus sedē Dauid patris sui, non typicam, sed veram: non temporalem, sed æternā: non terrenam, sed cœlestem. Beda super eundē locū Lucę, Accepit, inquit, sedē Dauid, vt nimirùm gentē, cui Dauid quondam temporalis regni gubernacula præbuit, ipse perpetuum vocaret ad regnum, quod eis paratum est ab origine mūdi. &c. Et mox: Super soliū Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud in iudicio & iustitia: Non dixit, in acquisitione gloriæ & gazarum terrestrium, non in victoriam gentium plurimarum, vrbiumque superbarum, sed in iudicio & iustitia. Hæc ille. Sed ne in re non dubia vtar testibus non necessarijs, ad eandem sententiam propugnandam omnes sancti Patres quasi coniuratis animis concurrunt: & insuper omnes ferè illi, qui Lucam, Com-

A

B

C

Psalm. 44.

Verba Tertull. omni animaduersione digna.

Arma, tuba, muri militiæ Christi.

Luc. 1.

Isai. 9.

A Commentarijs illustrarunt, in illis verbis, Dabit ei Dominus sedem Dauid patris sui. Et qui Ioannem, ibi. cap. 18. Regnum meum non est de hoc mũdo: & qui Matthæum, ibi, Ecce rex tuus venit tibi. capi. 21.

TErtio loco historiarum accedat authoritas. Eusebius Cæsari. lib. 3. hist. Eccles. c. 20. refert, Reuocatum quẽ dam nomine, detulisse quosdam consanguineos Christi ad Domitianum Imperatorem, qui à Domitiano rogati (verba sunt Eusebij) de Christo, quale esset regnum eius, vel quis ipse, aut vnde, aut quando venturus? Responderunt, quòd non huius mundi regnum, neque huius terræ ei designetur imperium, sed quia cæleste ei regnum per B Angelorum ministeria in consummatione sæculi præparetur: quando, scilicèt, aduentans in gloria de viuis & mortuis iudicabit. Hactenus Eusebius. Præstantiùs & consideratiùs isti responderunt, quàm Apostoli interrogauerunt, Act. 1. à Christo, Si in tempore hoc restitues regnum Israel? & improbis clamoribus extorquere primas sedes in regno Christi, contenderunt, quod fecerunt filij Zebedæi Matth. 18. cum regnum ac dominium Christi non temporale, sed spirituale esset futurum. Hæretici nostri temporis adscribunt Beatissimæ Virgini eandem ignorantiam: nam explicantes illud Lucę. 2. Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos, dicunt, quòd parentes Christi C expectabant in Iesu, non Doctorem ac magistrum scripturæ, sed potentẽ & pompaticũ Regem Israel, qui splendore imperij, opum affluentia, militum copijs, armorum præsidijs, aulicorum strepitu, & magnifico apparatu regnare deberet. Ita Losius, & Pellicanus insignes hæretici, apud Petrum Canisium lib. 4. de Maria Deipara c. 19.

VIII. 3. Argum. ex historijs quòd Christus non fuerit rex tẽporalis.

Matth. 18.

QVarto loco, adijciamus neotericos scriptores. Hermas Lætmatius lib. 7. de Instauranda relig. c. 9. Vvalden. lib. 2. Doctrinalis. ar. 3. c. 76. 77. &c. Drie. de Dogmatibus sarcæ scri. lib. 3. Tract. 1. c. 4. Ianseni. in Concordia. c. 3. &. 141. Soto. lib. 4. de Iustitia. q. 4. ar. 1. & in. 4. Sent. d. 25. q. 2. artic. 1. Victoria Relectione. 1. de Indis, num. 25. & in Relectione de Potest. Eccle, quæst. 5. num. 15. 16. 17. & 18.

IX. *4. Arg. ex authoritate Doctorũ recentiorum.*

Adrianus Finus lib. 5. Flagelli, c. 5. & 6. Abulens. super lib. Num. c. 24. q. 11. & super Matth. 20. q. 63. & super cap. 21. q. 30. Castro, lib. 3. ver. Beatitudo. hæresi. 3. Syxtus Senen. lib. 7. Bibliothecæ, hæresi. 8. super Epistolam ad Hebræos, Mart. Ledesmius, 2. p. 4. d. 15. q. 18. art. 1. dub. 17. con. 3. Franciscus de Christo in. 3. d. 4. de Regno Christi. q. 6. & quot quot ferè super Lucam, cap. 1. & Ioann. 18. & Matth. 21. in illis verbis, Dabit eis Dominus, &c. &, Regnum meum non est de hoc mundo: &, Ecce Rex tuus venit tibi. Et Iacobus Naclantus *Tractatione* 4. Theologica, in Titulo de Augustissimo regno Christi. Horum authorum quidam quidem expressè, quidam verò tacitè ac latenter id tradunt. A

X. *Rationibus.* B

QVinto loco, rationibus agendum est. Principiò, Qui asserunt Christum regem fuisse temporalem, & rerum Dominum, plurimum fauent perfidis Iudæis, expectantibus Messiam, bello & pace potentem, & rerum temporalium copia abundantem. Refert Adrianus Finus lib. 5. c. 1. & 6. Rabbinorum esse delirium & erroré, Messiam in maxima paupertate natum, cum obtinere regnum non posset, abijsse vagum per vniuersum mundum (vt de Lycurgo Lacedæmodiorum legislatore refert Plutarchus, in Vita eius) stipemque emendicando, diuitias adhuc comparare, quibus conflare magnum possit execitum, quo sibi regnum comparet & recuperet.

2. Quia ad fines intentos à Christo, nil referebat regnũ &c. C

Secunda ratio, quia ad eos fines, quos per incarnationis mysterium Christus intendebat, nihil penitùs cõducebat dominium rerum temporalium: ad redemptionem mundi, ad superandum diabolum, ad placandum Patrem æternum, ad instructionem populi: imò ad vltimum horum magnoperè conducebat, vt regnum à se & dominium temporale Christus abdicaret. vt, scilicèt, despiciendi caduca hæc bona exemplum omnibus traderet. Porrò diceret aliquis, ad hos fines comparandos satis erat quòd vsum dominij à se Christus abijceret, non proprietatem. Contra hoc tamen est altera ratio.

3. Quod non.

Tertia ergo ratio est, quia perfecta paupertas non solum in ab-

A in abdicando vsu rerum consistit, sed potiùs in abdicando do & repellendo á se dominio, quod faciunt religiosi. Ergo cũ Christus Dominus pauper sæpenumerò in scripturis appelletur, 2. Corint. 8. Qui cum diues esset, pauper pro nobis factus est, & Matth. 21. Ecce rex tuus venit tibi pauper. Et cap. 8. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet, &c. fit, neutiquam dici nunc posse, quòd tunc fuerit rerum omnium dominus. Confirmatur, quia hæc, quæ mihi aliquando subibat cogitatio, Christum eatenùs fuisse pauperem, quatenùs virtutem paupertatis habebat, quã in medijs diuitijs habere quis potest, vt eam habuit Abra-

solum & sum sed & ius regni non habuit.

2. Cor. 8.

Matt. 21. & 8.

B ham, Dauid, & c. planè non satis saluat dicta scripturæ, & Patrum, vbi Christus absolutè egenus & pauper nuncupatur. Certè nec Dauid, nec Abraham, neq; quisquam aliùs, qui rebus temporalibus abundauerit, quàmlibet aliàs sit sanctus & iustus, & virtutem habeat paupertatis, est verè pauper dicendus, nec illum vnquam ita appellant scripturæ. Cum ergo absolutè Christum appellent pauperem, dicendum est, eum, non solam virtutem, sed etiam veram paupertatem, idest, opum penuriam & inopiam habuisse. Confirmatur adhuc, quia Christus Dominus in gradu heroico habuit perfectionem euangelicam: de cuius ratione est deserere vsum ac dominium rerum omnium, vt patet Matt. 19. Si vis perfectus esse, vade, & vẽde omnia quæ ha-

Quòd Christus fuit verè pauper. non solũ per virtutẽ paupertatis, sed per rerũ inopiam.

C bes, & da pauperibus, &c. Profectò posset adolescens ille, cui talia dicebantur, meritò â Christi consilijs resilire, & ei sic obijcere: Tu perfectus es, qui tamen rerum omnium dominium penes te habes: quare ergo alium perfectionis modum mihi præfigis?

Matt. 19.

Quarta ratio est, quia potestas & facultas, quæ ad actum nunquam reducitur, vana est & otiosa & proinde nec à Deo, nec à natura vnquam facta: Christus autem quandiu vixit, hanc ciuilem & temporalem potestatem nunquam exercuit: non ergo est verisimile quòd eã habuerit. Minor probatur quia assignari non potest locus, aut tempus, vbi & quando eam Christus exercuerit. Quinimò multa

4. *Ratio, quia Christus nũquã vsus est regni iure, aut dominio, &c.*

assignãtur in quibus, cum eam exercendi occasio sese offerret, aperte docuit, se eam non habere, vt Lucæ. 12. petenti cuidam à Christo, vt iudicaret ciuiliter inter se & fratrem suum, respondit, O homo, quis me constituit iudicem inter vos? Quod tractat Viguer. in Inst. c. 17. §. 1. ver. 18. de quo infrà. Profectò huiº scis citationis nunquã sufficiens redditur ratio: Si Christus rex erat & Dominus in temporalibus & ciuilibus, cur non id muneris exercuit, cum magno perè necessitas id exercẽdi vrgebat? Erant etenim tempore Christi insolentissimæ tyrannides, & enormia flagitia regum & principiũ, fas nefasque commiscentium: & mundus totus, præsertim Vrbs Hierosolymitana facinorosis ac nefarijs abũdabat hominibus. Quibus omnibus iure ipso naturæ occurrere Christus, si verè erat in temporalibus rex & dominus, omninò tenebatur. Et licèt orbis gubernationẽ Cæsari Romano, alijsq; principibus demãdasset, in casu tamen, quo tã immania scelera vulgò perpetrabãtur, cum graui innocentiũ damno, & Rerumpub. perturbatione, & religionis iactura, nõ dubiũ est, quin, si Christus ius regni penes se habèbat, vsum etiã assumere & exercere teneretur, vt tantis malis mederetur. Pleraq; sunt alia huius argumenta sententiæ, quorũ quædam missa facimus, ne in immensum præsens abeat disputatio: alia verò adhuc inferiùs adducenda, & expendenda sunt.

Luc. 12.

A

B

C

XII. *Aliud est esse regem, aliud esse dominum.*

IN huius quæstionis gratiã opportunissimè *Iacobus Almainus*, lib. de Potest. Eccles. c. 8. tres distinctiones præmittit omni obseruatione dignissimas. Prima est, aliud esse quærere, an Christus habuerit iurisdictionẽ, aliud an habuerit proprietatẽ. Hoc est, aliud est quærere, an Christus fuerit rex, aliud an fuerit Dominus: nã potestas regendi nihil aliud est, quàm iurisdictio tẽporalis, cuius actus sunt iusta præcipere, mala prohibere, &c. dominiũ autẽ est ius vtẽdi re aliqua in omnem vsum. Ex quo fit, posse aliquẽ esse regẽ rerum quarum nõ sit dominus: & similiter dominum, quarum non sit rex. Rectè Aristot. 1. Politic. c. 3. ius regium, inquit, non est dominatiuum, quidquid Conradus, tract. 1. de Contract, in oppositum dicat. Certè si rex fieri velit dominus

A nus eorũ, quorum est rex, est tyrannus: qualis nunc temporis apud Turcas se rex habet, quorũ rex, Turca, scilicèt, Magnus rerum omnium dominiũ sibi arrogat: quod licitum esse putauit Hostiensis, in Summa, titul. de Præscriptionibus. §. Quæ autem. Quãuis autẽ hæc ita se habeant, tamen in Christo Domino opus minimè fuit, vt duplicẽ hanc distingueremus potestatẽ, sed simul inquireremus, an Christus esset dominus absolutus & proprietarius, simul & rex verus & temporalis rerum omnium: eò quod in ordine ad vniuersam totius orbis Rempublicam, dominium vniuersale & absolutum habere Christus non potest, nisi etiã regnum habeat, Enimuerò ius dominatiuũ & herile esse ne-

B quit sine potestate regẽdi, & plena iurisdictione super seruos. Idcircò si Christum esse totius orbis dominũ verum & absolutum, ostenderimus, patebit vniuersalem etiam esse mundi regem.

In Christo idẽ est quærere an sit rex, & an sit Dominꝰ totius orbis.

Deinde secundò, aliud est quærere de Christo vt Deus est, aliud vt homo: & quidẽ de primo minimè dubitamus. Rursus tertiò, aliud est quærere de Christo hic apud nos diuersante & vitã mortalem agente, aliud de Christo post resurrectionem, & vt nunc perfectè beatus ad dexterã Patris residet in excelsis. Quamuis huius vltimę distinctionis nullam ferè video apud Doctores, qui præsentẽ controuersiam agitent, fieri mentionem, cũ tamen oculatissimè eam obseruare deberent: vt mox licebit videre. Et quidem quan-

C tunuis multa sint, quorum singula singulis conclusionibus essent dirimenda: prolubium tamẽ subit, vnica omnia hæc conclusione conuoluere, vt sic diuagandi occasionem præreptam mihi esse putans, compendiosiùs propositam disputationem absoluam.

Aliæ distinctiones notãdæ.

Assertio partis oppositæ.

A

XIII. *Resolutio quæstionis, quòd Christus fuerit Rex, &c.*

SIT itaque conclusio: Christus quatenus homo, etiam cum adhuc mortalem vitam agebat, perfectum, proprium & absolutum rerum omnium dominū; & totius orbis perfectum & vniuersale regnum habuit. Vt verò pila pilis minentur, oppositæ opinioni opponamus eiusdem generis argumenta, sed longè fortiora, quibus nostra conclusio inclinata recumbit. Primò, tātus nobis scripturarum cumulus obuius est, vt aditum ad alia conquirenda præcludere nobis videatur. Sed succinctè & cursim, nullo diuinorum ordine seruato, prout memoriæ succurrunt, quæ sequuntur profero. Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Ioa. 11. & 13. Scies quia omnia dedit ei pater in manus. Luc. 10. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Psal. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ: Reges eos, &c. Et Psal. 71. quę est prę cipua præsentis disputationis thesis, Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Zacha. 9. Ecce rex tuus venit tibi, dominiū eius à mari vsq; ad mare. Et ad Heb. 1. Quē constituit hæredē vniuersorum. Et Apoc. 1. Princeps Regum terræ. &c. 19. Habebat scriptum in fæmore, Rex regum & Dominus dominantium. Nec verò in dubium vertere quis iure potest, an hæc loca intelligātur de Christo Domino in natura assumpta: secundùm enim quòd homo erat, fuit à Patre constitutus hæres vniuersorum, princeps regum terræ, Dominus dominantium, possessor terminorum terræ à mari vsque ad mare, & omnia in manibus habuit, id est, in sua potesta te (phrasi scripturæ;) quę omnia indubitatam faciūt nostrę conclusioni fidem.

B

C

Loca scripturæ pro hac senten. Matt. 28. Ioan. 11. & 13. Luc. 10. Psal. 2. & 71. Zach. 9. Hebr. 1. Apoc. 1. & 19.

Dicunt aduersarij Christū dici dominū solum in spiritualibus.

Authores aduersæ sententiæ hanc doctrinam tàm expressis scripturæ testimonijs innitentem eludunt, dicentes, ea nō de regno & potestate temporali, sed de spirituali tan-

A li tantùm vera esse. Contra quos ego stringere gladium & fortissimè dimicare contendo: ipso (in cuius gratiã milito) ipso inquam Christo duce. Id tamen initio protestari mini mè prætermittã, nõ adeò obtusum pectus & animũ me gestare, vt existimem meis frigidis conatibus, id est, meis argumẽtis solum illã niti veritatẽ: nã ego licèt eam munire & propugnare nesciam, cõstitutissimis ipsa alioqui & firmissimis præsidijs circumquaq; munita est. Adnitar nihilominus eam ego vtcunque ab inimicis asserere & vindicare.

Principiò, qui inficiantur, Christum esse absolutè & verè Regem mundi, quemadmodum Philippus II. nunc est Hispaniarum rex, & Dauid & Salomon fuere reges Iudeæ, eadem ratione dicent, non esse Christum propriè regem, nisi tantùm improprie, æquiuocè & translatitiè, sicut & dici
B tur esse Spõsus, Pater, Pastor, &c. hoc verò dicere apertam absurditatem præsefert. Enimverò hunc à Sanctis Patribus canonem præfixum habemus, ea tantùm nomina metaphoricè & translatitiè esse in scriptura capienda, quæ si propriè accipiantur, absurdum & falsum sensum reddunt. Sic per metaphoram accipimus quòd Christus sit sponsus noster, sit Pater, sit caput, sit fundamẽtum, &c. propter incommoda, quę sequerentur si Christus propriè aliquid horũ esset. Nunc agè, quæ sequuntur absurda ex eo quod propriè, verè, & vt sonat, accipiatur hoc nomen Regis, cum Christo in scripturis tribuitur?

Refutãtur.

Mirabile profectò est, quòd nomen regis, in toto bi-
C blioium corpore, semper significet proprium & verum regem, & ab hac nunquam significatione distrahatur: & tamen tunc solùm cum Christo tribuitur, translatè & improprie accipiendum sit? Sed dicunt nonnulli, aliquando in scriptura reperitur nomen hoc translatitiè acceptum, vt Apocaly. 9. Habebat super se regem, Angelum abyssi, & Iob. 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Sed his locis minimè effugiunt isti vim nostri argumenti: nam quod nos contendimus, est, quòd à primo Geneseos capite vsq; ad vltimum Apocalypseos, nunquam in tota scriptura appropriatur nomen Regis alicui homini, qui propriè & tem-

Regis nomẽ Christo tribuitur, non impropriè.

Apoc. 9.
Iob. 41.

Nota vbi nomẽ regis in scriptura sumitur impropriè.

temporaliter rex non fuerit. In solo ergo Christo, cum tã aperto suæ dignitatis præiudicio, nomen regis impropriè accipi affirmabimus? Sanè in præcitatis duobus locis, vbi Angelo & Diabolo tribuitur nomen regis, perspicuum erat tribui eis per metaphoram, propter manifestam absurditatem, quæ sequeretur, ex eo quòd diceremus, aut Angelum aut Diabolum esse propriè regem temporaneum. At quod Christus vt homo fuerit proprius, verus & absolutus totiùs orbis rex, quid obsecro infert incommodi & absurdi? Imò plurimũ absurditatis ex opposito sequitur. Præterea à firmatur hoc ipsum, quia quòd semel aut ratò nomẽ regis tanslatè ponatur ad significandum aliquid, bene habet: sed quòd cum tam sæpè scripturæ hoc nomen inculcent, & illud Christo tribuant, impropriè semper & translatiè Christo tribuant, ferre quis poterit? A B

Neq; obstat, quòd interdum interpretes scripturæ nomen regis in scriptura repertum, transferant ad significandum moraliter hominem iustum, quod facit Beda lib. 3. in Luc. cap. 43. eò quòd quos vocat Matthæus, cap. 13. iustos, vocat Luc. cap. 10. reges & Hiero. sup. Isai. 49. ibi, Et erunt reges nutritij tui, per reges intelligit Apostolos. Et Chryso. sup. Psal. 2. ibi, Astiterũt reges terræ, intelligit Dæmones, &c. hoc inquã nihil penitus obstat: nam in nostro proposito, contextus ipse facer eorum locorum, in quibus Christus appellatur Rex, & Dominus, & omnia potens, & omniũ hæres, magno omnibus argumento esse debet, propriè ipsum esse regem, propriè Dominũ, propriè cuncti potentem, & propriè omniũ bonorum Patris hæredem: nam dicitur successurus Dauidi & Salomoni, quorũ regnum erat proprium & absolutum: dicitur hæres vniuersorum, & omnia penitùs in suis manibus habens: dicitur dominari à mari vsq; ad mare: dicitur Rex regum & dominus dominantium, &c. Non tantùm Propheta, sacerdos, Pontifex, quorum est ad spiritualia dirigere, sed Rex iterum atque iterum, & omniũ hæres & dominus, Faceſſant ergo hi qui oppositum docent. C

Matt. 13. Luc. 10. Psal. 2. Isai. 49.

VERVM

A VErùm rationibus iam agamus, vt has easdem scripturas dilucidiùs explicemus. Huic enim functioni illustrandarum, scilicèt, & explicandarum scripturarum, rationes omnes deseruire debẽt. Ergo sunt qui, vt Christum Regem fuisse persuadeant, contendant, ipsum iure hæreditario regnum obtinuisse, eò quòd deducit genus à Dauide per Salomonem, & B. Virgo, per Nathan. Qua ratione vtitur Burgen. super Matth. cap. 1. Addit. 2. Conclusione. 3. & Armachanus lib. 4. de Quæstionibus Armenorum. c. 15. & 16. & Ioannes Bacchonis, vt in Thoma Vvaldensi, lib. 2. Doctrin. ar. 3. c. 76. Sed, vt locum veris rationibus demus, hanc priùs refellamus, dicentes, iure hæreditario minimè Christum fuisse verum regem. Tùm quidem, quia regnum Dauidis & Salomonis, progenitorum Christi, iam prorsus fuerat interciſum & abolitum in Iechonia, & in perpetuum restituendum non erat. 4. Reg. 24. & Hiere. 22. Non erit de semine eius qui sedeat, scilicèt, hæreditorio iure, vel tanquam hæres. Tùm secundò, quia licèt certum sit, Christum filium fuisse Dauidis, incertum tamen est, an essent alij magis legitimi successores tãquam cognati propinquiores stirpis regiæ: imò per lineã masculinã & nõ tantũ per fœmininã, sicut Christus decẽdebat. Tũ tertiò, quia licèt gratis demus, Christũ ius habuisse in regnũ Dauidis, tanquã eius hæredẽ, nõ inde sequitur, q̃ in vniuersos homines circũquaq; per orbẽ diffusos, illd habuisset, sed in regnũ tantũ Iudęorum, quorũ tantùm Dauid & eius successores fuerant reges. Nos verò vniuersale Christi regnum statuere satagimus, nõ ad certa Iudęorum regna contractum. Lege Vvalden. suprà, & Franciscũ de Christo in tertio. d. 4. de regno Christi. q. 5. con. 4. & in solut. ad argum. Sot. in. 4. vbi sup.

XIIII. Rationibus probatur.

1. Ratio.

Refutatur hæc ratio, quòd Christus esset rex iure hæreditario, quia à Dauid. &c. Hiere. 22. 4. Reg. 24.

Alij alio titulo Christi regnum ab aduersarijs vendicant: nam dicunt, ex consensu & quasi electione populi Iudaici, Christum, fuisse illius gentis regem: nam cum ardentissimè Messiam expectarent & tenacissimè crederent, regem ipsum futurum temporalem, ideò publico totius gẽtis decreto in ipsum sua suffragia coniecerãt, & in regem

2. Ratio, quia Iudæi in Messiã consenserãt & eum elegerant.

2. *Mac.* 14 regem elegerant. Mac. 14. vbi dicitur populus detulisse regnum Machabæis, donec Propheta fidelis surgeret, id est, Christus. Hæc tamen ratio multis infringi potest medijs. Primo quidē, quia ex ignorantia in eū consenserant, putantes, Messiam eorum bella & temporalia negotia acturum, & eos à Tyrannorum iniurijs indemnes seruaturum: error autem & ignorantia auferunt voluntariū, & faciunt contractum esse nullum. Secundò, quia regnū non semper valet populus tradere cui vult, nisi cum quibusdam conditonibus, quæ ibi forsitan minimè concurrebant. Tertiò, quia fortasis reuocauerunt consensus suos, ac noluerūt Christū esse regem, cum eū humili loco natū, & rerum indigū, & ad belligerandū ineptū viderūt. Demum, licet ratio hæc alicuius esset ponderis, non probaret Christū totius orbis esse regem, quod nos tā anxiè inuestigamus: sed solùm Iudaici populi. Et ideò hanc prætermittentes rationem, licet eam attulerit Albertus Pyghius, libr. 5. de Eccles. hierar. cap. 3. ad aliam transeamus.

Refutatur hæc ratio. *Primò.* *Secundò.* *Tertiò.* *Quartò.*

A B

3. ex eo quòd Imperator est dominus in tē poralibus, & Papa in spiritualibus.

Alij itaq;, de quorum numero est Calatinus, lib. 4. de Arcanis cathol. verit. c. 27. eatnùs probant Christum rerum omnium regem ac dominum fuisse, quatenùs Imperator, inquiunt, est temporalis rerū omniū rex, & dominus. 7. q. 1. c. In apibus; & l. deprecatus. ff. ad l. Rhodiam: Papa autem in spiritualibus est totius orbis dominus, ergo Christus in vtrisque, videlicet in temporalibus & spiritualibus: nam vt habetur in Authentic. Quomodo oportet. in principio, à Christo vt homo est, ambæ potestates tamquàm ab vno fonte manarunt. Quod tractat Turrecremata in. c. Duo sunt, 96. d. ad. 3. in solutione ad. 2. rationem. Ath-

C

Refutatur. Duo luminaria cœli. Papa & Imperator Gene. 1.

ratio apud doctiores parùm valet: quoniam, licèt Papa sit spiritualium Dominus, non ita Imperator est temporalium. Vnde sano modò accipienda est illa similitudo de duobus luminaribus, quæ Deus initio fecit: alterū, vt præesset diei: alterum nocti, quibus significari dicunt Imperatorem & Papam: quorum iste diei, id est, negotijs spiritualibus; ille verò nocti, id est, temporalibus præest, qua similitudine vtitur Innocētius. 3. c. solitæ. de Maiorit. & obed.

& D.

A & D. Anton. 3. part. titulo. 3. capit. 1. initio, Turrecrem. lib. 2. Summæ. captul. 113. Sylues. verbo, Papa. §. 2. Hæc itaque comparatio minime procedit in eoquod constituit Imperatorem esse rerum temporalium Dominum.

XV. *Bonæ ac firmæ rationes.*

IAm itaque rationibus, quæ rem hanc presiùs vrgeant, disputemus. Supponendum tamen nobis vnum est tanquàm basis dicendorum, potestatem spiritualem & tẽporalem non esse interse incomposibiles, imò sunt per se coniunctæ. Primum horum inde patet, quòd in lege naturæ Melchisedech Gen. 14. fuit Rex & sacerdos: & primogeniti iure legitimo vtramq; habebant dignitatem, vt tradit Turrecremata lib. 2. Summæ. c. 116. ad. 3. Sed & in Moy

Gene. 14.

B se vtraque potestas resedit. Et quia de tẽporali perspicuũ est, de spirituali probatur, ex eo quòd sacerdos etiam fuit, vt liquet ex Psalmo. 98. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. Vbi Geneb. multos accumulat Patres, asserentes, sacerdotem fuisse Moysen. Quinimò in ficias ire nemo potest, quòd Machabæi fuerint simul Pontifices & duces Israel. Verum est quòd per accidens ab Ecclesia potestates sunt diuisæ. c. cum ad verum. 96. d. vbi dicit Nicolaus Papa: Iam vltra sibi nec Imperator iura pontificatus arripiat, nec Pontifex nomen Imperatoris vsurpet. Et. c. si Imperator. eadem. d. si Imperator catholicus est, filius est, non præsul Ecclesiæ. At certum est quòd filius patrem non corrigit, sed è contra, vt in Authentic. de Nuptijs. §. si verò.

Potestas tẽporalis & spiritualis nõ sunt incõposibiles. Moyses fuit sacerdos. Machabei sacerdotes.

C Quòd verò duæ istæ potestates per se sint coniunctæ, probandum mihi est, supponendo ex Turrecremata. ca. Duo sunt. 96. d. ad. 3. & lib. 1. Summæ. c. 90. & lib. 2. c. 114. & Aluaro Pelagio, lib. 1. de Planctu Ecclesiæ ar. 36. infine, & ar. 40. in principio, quòd quemadmodùm homini duplex finis propositꝰ est, scilicèt, naturalis & supernaturalis: & naturalis, qui nihil aliud est quàm viuere secundũ virtutem moralem, per se dirigitur & est necessarius ad supernaturalem: nam qui virtutibus moralibus non est præditus, id est, qui prauè viuit nõ est idoneus ad beatitudinem. Ita duplicem potestatem debuit Deus constituere super hominem, scilicèt, temporalem & supernaturalem:

Potestas tẽporalis, & spirit. sunt per se coniũctæ.

& quem-

& quemadmodum finis naturalis non habent ſimpliciter rationem finis, ſed in tali genere, id eſt, in genere naturali, tunc autem perficitur quando ſupponitur alteri fini: ita poteſtas temporalis, cuius intentio eſt ſubiectos inducere ad virtutes morales, & ad finem naturalem, non habet perfectam rationem poteſtatis, niſi ſubordinetur alteri poteſtati, id eſt, ſpirituali. Et rurſus, quemadmodum in artibus & facultatibus inuicem ſubordinatis, ſuperior non ſolùm continet in ſe vim & rationem inferiorum, ſed & præſcribit illis modum agendi: & inter ipſos artifices eſt vnus, qui appellatur Architectonicus, qui continet, dirigit que eos in finem: ita debuit cõſtitui vna ſuprema poteſtas, & vnus Architectonicus, cui per ſe omnino ſubijciantur poteſtates inferiores. Hinc Bonifacius, in Extrauaganti, Vnam Sanctam. ſic ait: Oportet gladium eſſe ſub gladio, & temporalem authoritatem ſpirituali ſubijci poteſtati. Vnde Paulus, ad Rom. 13. Nõ eſt poteſtas niſi à Deo. Et mox, Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt: non eſſent autem ordinata, niſi gladius eſſet ſub gladio, dicente Dionyſio, lex diuinitatis eſt infima per media in ſuprema reduci, ergo Chriſtus, qui poteſtatem habet ſupremam ſpiritualem, & cuius intereſt nos in finẽ beatitudinis referre, debuit etiã ſibi hãc ſecundam, ſecularem, ſcilicet, poteſtatem adſumere.

Rom. 13.

Obiectio. 1. quòd ex dictis ſolũ ſequitur Chriſtũ eſſe Regẽ ſpirituale.

At obijcies, Ex dictis ſolum haberi quòd quatenus temporalia ordinantur ad ſupernaturalia, ſubſint Chriſti dominio, non verò abſolutè: hoc autem modo habere poteſtatem temporalem non eſt eam habere ſimpliciter, nam ſimiliter Papa rerum omnium temporalium fungitur poteſtate, pro vt ſunt neceſſariæ ad ſupernaturalia, ratione cuius poteſt regna temporalia ab his regibus auferre, & alijs conferre, vt videri poteſt in Syxto, libro, 6. annot. 72. & latius in S. Thom. 3. de Regni. princip. capitulo 10. Imò hoc fecit Zacharias Papa cum rege Franciæ, referente Gelaſio Papa, in capit. alius. 15. quæſt. 6. & idem fecit Innocentius. 4. cum rege Luſitaniæ, & habetur, c. grandi. de Supplenda neglig. Præl. in. 6. & tamen per hoc Papa non dicitur verè Rex, nec rerum dominus, ergo pari ratione

ne

A ratione Christus verè rex & dominus minimè dicetur, licèt in ordine ad supernaturalia omnia sint illi subiecta. Vim habet argumentum.

Respondetur tamen, ita esse, quòd Christus solùm est bonorum temporalium dominus, pro vt ordinantur in finem supernaturalem: cæterùm absolutè & per se ordinantur in illum. Quod adeò verum est, vt si temporalis potestas hanc ordinationem subterfugiat, non sit simpliciter potestas: quinimò nec res ipsæ temporales sunt apta dominij & potestatis materia, nisi pro vt illis rex ac dominus earum vti debet in finem ipsum potestatis spiritualis. Ex hoc itaque perspicuè deducimus, Christo Domino, ex eo quòd tanquàm supremus artifex Architectonicus omnia regit, gubernat & dirigit in finem supernaturalem electorum (nam nec res ipsæ temporales futuræ essent nisi pariter dirigẽdæ in finem electorum essent) hinc inquàm liquet, omnes res temporales, totas & totaliter & omnibus modis, subesse Christo domino, neque ratione aliqua eius posse ditionem subterfugere. Quo præclara illa D. Tho. verb. 22. q. 40. ar. 2. pertinere videntur, Omnis persona vel ars vel virtus, ad quam pertinet finis, habet disponere de his quæ sunt ad finem. &c. Ponderandũ est verbũ illud D. Tho. Omnis persona vel ars vel virtus. Cùm enim Christus, vt homo, sit persona, ad quam pertinet finis; est enim vt homo constitutus à Deo primus rerum omnium Dux, Iudex, Pontifex, Rex. &c. inq́, ipso sit ars & virtus architectonica, id est, potestas plenissima ad dirigendum omnes personas, omnesque earum virtutes & artes in finem illum, qui simpliciter est finis: sequitur apertè, penes ipsum Christum plenissimam & perfectissimam esse rerum omnium potestatem: ita vt nulla ex parte considerari creaturæ possint, secundùm quam effugere ordinem vniuersalissimæ huius potestatis valeãt. Rectè quantum ad hoc Aluarus Pelag. lib. 1. art. 59.

Respondetur.

B

C

Atvis huius rationis vt luculẽtiùs appareat, libet eam amplius premere hac obiectione, quæ paulò antè tacta est. Sanè ad summum etiam Pontificem spectat, vniuer-

Altera obiectio, quia iã Papa eadẽ

rationeesſet Rex, & dominus mundi.

ſos Chriſti fideles in ſpiritualē finē euehere & perducere: ſi ergo ea ratione Chriſtus eſt rerum omnium rex & dominus, quia ſua intereſt in hunc finē omnes tranſmittere, eadem ratione rerum dominus erit Papa. Reſpōſio tamen in promptu eſt. Negamus, Papam eſſe regē ac dominum rerū. Imò, vt bene Gerſon, quē refert Almain. de Pot. Ecc. c. 7. oppoſita opinio fuit adulatorum Papæ, quam præ alijs tenet, & fuſiſsimè, ſed prorſus inaniter, tractat Aluar° Pelag. lib. 1. de Planct. Eccl. c. 37. 40. 44. ſed præſertim 56. 58. & 59. & c. Sanè Monachus Franciſcanus poteſt ad ſummū Eccleſiæ pontificatū aſſumi, & tamen nō ideò eſſe verum rei alicuius dominū, quantò minùs totiùs orbis, tractat Alm. c. 6. ſuprà; De quo Soto, Victoria, Nauarro, Corduba, lib. 1. Quæſt. q. 57. vbi innumeros Doctores vtriné; pugnantes, producit in aciem. Negamus itaque, Papā eſſe regē ac dominum rerum, quia ad ipſum non ita ſpectat, quemadmodum ad Chriſtum, omnes in finem dirigere. Nam cum Pontifex finitæ & limitatæ ſit capacitatis, & multoties ipſum lateat ordo & proportio rerum temporaliū in finem ſpiritualem, ideò ad ipſum nequaquam ſpectat omnibus modis rerum dominari: ſed ſolùm iuxta taxatum & præfinitum canonem, quo ſecundùm humanæ intelligētiæ modum ipſe Papa diſpicere valet, qua via tēporalia ſpiritualibus deſeruiant. At in Chriſto ſecùs euenit: cum enim eius intelligētia nullis finiatur limitibus, nihil eſt in rebus temporalibus conſiderabile, quod, pro vt ab ipſo dirigitur & ordinatur, non deſeruiat in finem ſupernaturalem: & ideò nihil penitùs eſt temporale, quod Chriſti domini auguſtiſſimum imperium, poteſtatem ac dominium aliqua ratione ſubterfugiat aut prætereat.

Reſponſio.

Cur Papa nō ſit Rex, licèt omnia ad ſupernaturalia dirigat.

A

B

C

Hinc vos deprehendere rationem poteſtis, ob quam Papa nuſquam vnquam appellatus eſt rex terræ, neque dictus vnquam eſt habere vniuerſale rerum dominium, aut eſſe hæres vniuerſorum: ſed quoties de eius poteſtate fit mentio, ſemper ijs nominibus deſcribitur, quæ ad ſpiritualia pertinent: nam dicitur Sacerdos, Pontifex, Epiſcopus, Papa, Paſtor, Pater &c. Chriſtus verò non ſolum his,

ſed

A sed & illis augustissimis nomenclaturis felicissmè gaudet, Hæredis vniuersorum, Regis, Principis, Imperatoris. &c. Et quidē hinc ampliores vires desumit argumentū: nam si potestas spiritualis satis esset ad hoc vt Christus diceretur Rex & dominus & hæres vniuersorum, &c. iam Papa, qui vniuersali fungitur potestate spirituali, dici etiam posset Rex, dominus, &c. Sed nusquam sic appellatur, non ergo illa potestas sufficit, & proinde præter hāc, alia in ipso constituenda est temporalis, ratione cuius Rex, dominus & hæres rerum dici possit.

Nota maxime hanc rationē ex dictis collectam.

XV. *Altera ratio fundata in præclaro testimonio D. Bern. Isai.*

ALtera ratio, quæ multiplicia nobis arma ministrat ad expugnādos aduersarios, innititur præclarissimo testi
B monio D. Bernardi, lib. 3. de Consideratione, ad Eugeniū Papam, cui ita dicit: Dispensatio tibi credita est, non data possessio: non tu ille, de quo Propheta, Et erit omnis terra possessio eius. Christus hic est, qui possessionē sibi vendicat, & iure creationis, & merito redemptionis, & dono Patris. Coniunxit Beatissimus Bernardus tres dominij amplissimi, quod rerum omnium habet Christus, titulos. Primus est creationis, de quo, quia extra litem positus est, conticescimus: alter est titulus redemptionis, quem Abulen. super Matth. 25. q. 327. opportunè adducit, & corrobo
C rat firmissimo præsidio, desumpto ex Paulo, Rom. 14. Mortuus, est, & resurrexit, vt viuorum & mortuorum dominetur. Vt dominetur, inquit, eò quòd morte & resurrectione sua & mortuos & viuos redemit. Adijciamus & illud, Empti enim estis pretio magno. Et rursus illud. 1. Petri. 1. Non corruptibilibus auro & argento, sed precioso sanguine agni immaculati, &c. Profectò qui acquirit legitimo titulo aliquem seruum, habet in illum perfectum dominium, & in omnia eius bona & peculia: &, Quidquid seruus acquirit, domino suo acquirit, vt habent iura, l. placet. ff. de Acquirenda hæreditate. &. l. Etiam inuitis. de Acquirendo rerum dominio. & Institut. Per quas pers. nob. acquir. Sed Christus nos legitimo iure habet in seruos, quoniam emit & redemit nos sanguine suo (quod tra
Aat D. Basil. in Psal. 48.) vt tàm quoad animam quàm

Titulo redēptionis est Christus omniū hominū dominus. Rom. 14. 1. Cor. 6. 1. Pet. 1.

Regnū, & dominiū differunt.

quoad corpus liberi essemus à morte æterna, & à potestate Diaboli, cuius ditioni iure eramus obnoxij. Ergo habet perfectum ius dominatiuum quoad animas & quoad corpora: ac proinde quoad omnia bona nostra, & consequenter est rerum omnium dominus absolutus. Illa namq; ratio, ex Bern. adducta, non tantùm probat, quòd Christus sit rex, sed quòd sit dominus. Nam, vt tractat Almain. de Potest. Eccle. c. 6. ex Arist. Rex est qui dominatur aliquibus tanquam liberis, sed dispotes est ille, qui dominatur tanquàm seruis. Christus autem illo redemptionis & emptionis titulo, in seruos nos acquisiuit. Et quidem hæc ratio ineluctabiliter conuincit, quòd Christus saltem post resurrectionem sit verè ac propriè rerum dominus. Nec, vt ego arbitror, hoc in dubium vertet qui doctoris Theologi nomine gaudet. Quamuis tam resolutè & affirmanter, & (vt verius dicam) tam inconsideratè, tam indistinctè & indiscretè nonnulli nostri temporis Doctores Christo regnum ac dominium rerum detrahunt, vt meritò ego malè illis metuere possim, quòd intelligant etiam de Christo post resurrectionem, & vt nunc perfectè beatus sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. In hos ego vehementer irruerem & inueherer, nisi nonnulla etiam mihi reliqua esset spes, quòd nō intelligant de Christo, vt nūc est à dextris patris, sed solùm de illo, pro vt mortalem hic apud nos agebat vitam. Quandiù ergo inter spem metumq; dubius hæreo, eos lacessere & in litem vocare prætermittam. A B C

XVII. Hinc tractatur, quòd etiam in hac vita viuens Christus erat rex & dñs, &c.

DE Christo ergo hîc apud nos mortalem vitam agente, à me sermo suscipitur. Et probo, quod illi negant, ipsum, scilicèt, etiam quando hic erat, fuisse verum regem ac dominū: idq; probo ex altero titulo, quem D. Bernardus perstrinxit, in illo verbo, Et dono Patris. Profectò D. Tho. in Opusculo 20. lib. 3. de Regimine Principū, c. 12. & 13. expressè habet, Christum à sua natiuitate, temporalem & veram rerum habuisse potestatem, in cuius rei signum (ait ipse) tempore suæ natiuitatis, descriptus fuit vniuersus orbis per Cœsarem, qui ex commissione Christi & vice

A vice Christi (ait S. Tho.) mundi administrabat Imperium. Quæ verba non raptim a vobis & per transennam (quod aiunt) sed oculatissimè & morosè obseruanda sunt. Sanè si vice Christi & ex commissione Christi administrationem temporalem imperij habebat Cæsar, Christus erat proprietarius, verus, proprius, perfectus & absolutus mundi dominus, rex, Imperator, &c. Hinc, vt obseruauit Alm. c. 8. Magi, Reges Orientales, ipsum in præsepi iacentem ac vagientem, adorarunt, debitam eis ceu vero eorum regi & domino, præstantes obedientiã. Et, referente eodem D. Thom. ibidem, lib. 2. de Reg. prin. cap. vlt. & grauissimo ac antiquissimo Tertulliano, in Apologet. c. 34. & Paulo

Quod Cæsar nice, & loco Christi administrabat imperium mundi.

B Orosio lib. 6. c. 18. & Abulen. in Chronicis, & Baptista Mantuano, lib. 3. Parthenices, & Aluaro Pelagio lib. 1. de Plãctu Ecclesię, art. 40. in fine, exinde iã Augustus Cęsar prohibuit ne quisquã ipsum appellaret Dominum. Cum enim paulò antè se tanquàm Deum à populo adorari vellet, Sibylla Tiburtina siue Albunea Romam venit, ostenditq; illi mirabilem visionem Virginis, in sinu puerum splendidissimum gerẽtis, quem solum esse Dominum ac regem orbis ostendit. Indignum planè est viris Catholicis, quem Gẽtiles, scilicèt, Sibylla, & Romanus Imperator verum rerum Dominum confitentur, ipsos negare. Nũquid enim debuit Christus aulicorum strepitu stipatus incedere, & equis multisque phaleratis insidere, auro, byssо, & serico splendescere, gemma bibere, & Safrano ostro dormire, vt vel sic persuaderet his nostri temporis Theologis, se esse verum regem

Sibyllæ Tiburtinæ oraculum.

C & proprietarium rerum dominum?

Præterea, qui nunc temporis in æternitate Regem & dominum Christum faciunt, omninò tenentur eadem perspicuitate credere, etiam quatenùs hic mortalem vitam agebat, eandem potestatem habuisse. Nam certissimum est in doctrina D. Tho. quidquid Christus nunc habet à dextris Dei sedens, id penitus ab instanti suæ conceptionis in beatissimo Virginis vtero delitescentem habuisse: excepto his, quæ cum vsu viatoris nõ se cõpatiebãtur. Itaq; tam in vtero matris existens habuit Christus

ſtus gratiæ, gloriæ, ſcientiæ, potentiæ, quantum nunc in cœ A
lis exiſtens habet, Rurſus, iiſdem officijs, prærogatiuis, dig
nitatibus, Doctoris, Iudicis, Capitis, Redemptoris, Paſto-
ris, Aduocati, Sacerdotis, Prophetæ, &c. quibus nunc tem
poris in æternitate fungitur & condecoratur, ijs omnibus
Omnes dig- præditus & ornatus in vtero Virginis fuit. Solæ ne ergo Re
nitates quas gis ac Domini dignitates, quibus nũc in cœlis fulget, defue
Chriſtꝰ nũc re Chriſto in vtero Virginis exiſtẽti? Nunquid ibidem de-
habet in cœ gens, illas alias dignitates adminiſtrabat & exercebat? Ne-
lo, habuit in quaquam. Et tamen quantùm ad ius & in habitu (vt ſic di-
vtero ma- cam) eas ibi habuit. Quare ergo eadem prorſus ratione re-
tris exiſtẽs. giam ac dominatiuam ei in vtero exiſtenti denegabimus?
Sola gloria corporis, & ſcientia quædam, quam vocant ex
perimentalem, & vſus prædictarum dignitatum exterior, B
& externa quædam alia, Chriſto tunc temporis deerant:
quoniam iſta eius erãt naturæ, vt cum infantili illa viatoris
ætate & conditione paſsibili, quam 33. annorum interual-
lo, in hac vita præferebat, ſtare non poſſent. At ius & pro
prietas regni ac dominij ſtare quàm optimè poterat, & ſibi
ineſſe, quandiu hîc cum hominibus cõuerſabatur, ſicut &
illi inerant reliquæ dignitates Sacerdotis, Magiſtri, &c.
Ergo aut omnino dicẽdum eſt, quòd in æternum Chriſtus,
inquantum homo, regia hac & dominatiua erat poteſtate
cariturus (quod ſtudioſi gloriæ Chriſti non dicent:) aut ve
rò quòd eam in ſtatu etiam viatoris habuerit, (quod veri
Vſus & do- Theologi neutiquam inficiabuntur.) C
minium rei Nemini ſanè dubium eſt, quin vſus & dominium rei
differunt. multis titulis differant: nam ſtat, aliquem, vſum habere
Galat. 4. rei, cuius non eſt Dominus: & contrà, habere dominium
rei, cuius adhuc vſum non exercet. Hinc Paulus, ad Gala.
4. Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſer
uo, cum ſit dominus omnium. Quod & habent iura. l. cum
hæres. ff. de Diuer. & tempor. præſcrip. Et Inſtitut. de
Hæred. qualit. & diff. §. finali. de quo Victoria Relectio-
ne de Indis. 1. num. 21. Chriſtus autem conſideratur à ſe-
cretioribus Theologis, pro vt in hac vita exiſtebat, tan-
Chriſtus to quàm infans & paruulus: quapropter à ſeruo nihil diſ-

ferre

A ferre videbatur, cum tamen esset Dominus omnium. Sicut itaque quòd quis habeat ius ac veram potestatem & proprietatem non exigit quòd vsum & exercitium semper habeat: ita in Christo pariter asserendum est. Ex quo fit, id quod Christus, Matth. 28. post resurrectionem dixit, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, nequaquam eum sensum habere, quòd tunc primò ius & dominiū cœli & terræ acquisierit, sed quòd exinde cœperit innotescere ac manifestari mundo potestas illa: quodque exinde regni vsum exercere, & Imperij habenas regere cœperit. Nam quoad potestatem & ius regni, iam ante dixerat, Omnia sibi tradita fuisse à Patre suo: & rursus, omnia in manibus habere. &c. Et quidē præter plerosq; alios Doctores, qui meæ patrocinantur sententiæ, quos debito

B statim ordine percensebo, sunt qui in particulari de Christo, vt hic in terris agebat, disputantes, illum dicunt prædictam potestatem, quo ad spiritualia, & quo ad tēporalia habuisse. S. Thom. expressè in illo Opusc. citato, Nauarrus doctissimus super. c. Nouit. de Iudicijs. notab. 3. num. 9. Turrecremata, lib. 2. Summę. c. 96. Almain. de Potestate Ecclesiæ. c. 8. & alij, vt Hostiensis, & Anton. quos ibi Nauarrus refert. & facit. l. qui in vtero. ff. de Statu hominum. Hùc de proximo spectat quòd statim atque in Psalm. 2. introducitur Christus Dominus secundùm humanam naturam dicens: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te (nam quòd de Christo vt homo est, is locus accipi debet, tenet D. Athanasius, quod & tetigit D. Augu.

C ibi Psalm. 2.) statim, inquàm, per dialogismum introducitur Pater dicens, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ: Reges eos, &c. Postulationem autem hanc Christum fecisse in vtero matris, & ibidem exauditum à Patre pro sua reuerentia fuisse, atque adeò ibi hæredem gentium fuisse constitutum, & terminorum terræ possessionem, id est, perfectum rerum etiam temporalium ius & dominium à Patre susceptisse, satis conforme est veræ Theologiæ, quæ in donis, in meritisq; & dignitatibus, nihil Christum

ta hac vita parvulus.

Matth. 28.

Luc. 10. Ioan. 13. & 11.

Rursus & in vtero matris fuit omnium rex, &c.

Psal. 2.

profeciſſe docet, per totum ſuæ vitæ progreſſum. Ac proinde prædictas dignitates à conceptionis inſtanti à Patre ſibi collatas perfectiſsimè habuit. A

XVIII. Altera ratio quia ad dignitatem Chriſti pertinebat &c.

ADhuc aliter noſtra ſententia comprobatur: nam, quoniam ad dignitatem Chriſti pertinebat, vt haberet omnipotentiam reſpectu rerum omnium: ita vt poſſet non minùs orbes cæleſtes mouere, quàm poſsit Angelus, non minùs calefacere quàm ignis: ideò quatenùs homo & vt erat viator, hanc illi Pater contulit dignitatem, vt habet D. Tho. 3. p. q. 13. art. 2. Rurſus, eadem ratione iudex rerum omniũ erat, id eſt, habebat ius ſtatuendi & iudicandi de omnibus, quod tractat idẽ D. Tho. 3. p. q. 59. ar. 4. & patet ex illo, Poteſtatem dedit ei iudicium facere, B
Ioan. 17. quia filius hominis eſt. Vbi de ſe in hac vita exiſtente, & ſecundum quòd homo erat, perſpicuè intelligit, dum loquitur per verbum præteriti, dedit: & dicit, Quia filius hominis eſt. At quòd eſſet rerum omnium Dominus, quôdq; tàm corporum quàm animorum eſſet rex, ad eius dignitatẽ pertinebat: imò, vt in illo art. 4. ad. ad. 1. dicit D. Tho. poteſtas iudicis ſequuta eſt in Chriſto regiam dignitatem: &, vt notabat Abulen. ſuper Matth. 25. q. 327. iudicium aliquod dominium in iudicante requirit, ad
Roma. 14. Rom. 14. Tu quis es? qui iudicas alienum ſeruum. &c. Cum ergo Chriſtus in natura aſſumpta ſit omnium iudex, omnium etiam eſſe rex & dominus debuit, licèt neque regis nèque iudicis voluerit in temporalibus, cum hic degebat, adminiſtrare poteſtatem. Accuratè Didacus Stunica, C
ſuper Zachariam. c. 9. Ecce Rex tuus, Chriſtum, inquit, quatenùs hominem tanto amore proſequutus Pater eſt, tantaque eſt erga eum magnificentia vſus, vt, ſicut ipſe è corpore atq; ſpiritu compoſitus erat; ita eum & Regem ſpirituum & corporum etiam fecerit: vt tam latè eius regnum & imperium pateret, quàm ipſius Dei: ita vt nihil Deo ſubditum ſit quod non Chriſto ſubijciatur.

Paul⁹ ſæpe tradit hanc Chriſti vni Paulus certè Apoſtolus, qui pro Chriſti gloria ſingulariter dimicauit, Omnia dicit, ſubieciſſe Patrem ſub pedibus Chriſti. 1. Cor. 15. Quia autẽ tam illimitatè, tam exaggeratè

A geratè & resolutè dixerat, Omnia subiecta esse Christo, nequis inde ansam arriperet existimandi etiam Patrem æternam sub Christi regno & dominatione comprehendi, necessum sibi esse iudicauit Paulus, Patrem nominatim excipere. Vnde subdidit, Cum autem dicat, Omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eum, qui subiecit ei omnia. Porrò si, vt habet Iurisprudentium regula, Exceptio facta firmat regulam in contrariũ, iam ex eo quòd Paulus excepit Deum tantùm à subiectione Christi, visus est reliqua omnia, nullo prorsus excepto, sub Christi regno ac ditione posuisse. Et rursus, Quem constituit hæredem vniuersorum. Vniuersorum, inquit, vt neque terrena & temporalia eius effugiant potestatem. Et, Hæredem, ait, vt absolutus & proprietarius Dominus esse significetur. Quod ad Philippen. 2. distinctiùs adhuc exprimit, dicens: In nomine Iesu omne genu flectatur, Cœlestium, Terrestrium Infernorum. Himirùm quia terrestria, cælestia & inferna Iesum, vt verum Dominum agnoscunt & confitentur. Planè his verbis non tantùm spiritualis, sed absoluta, totalis & vsquequaque perfecta potestas Christo asignatur. Quòd verò de Christo, vt homine, in his locis sit sermo, nullus qui Theologiam vel à limine salutauit, in dubium vocat. Vnde Gloss. ad Ephe. 1. illa verba, Omnia subiecit sub pedibus eius, sic elucidat id est, sub humanitate eius. Non enim sine causa excellẽs illud epitheton, Rex regum & Dominus dominantium, in femore scriptum gestabat Christus. Nam significatur per femur humanitas Christi, vt habet D. Augu. 16. de Ciuit. c. 33. Hiero. ad Principiam, & ex neotericis Albertus Pyghius, lib. 5. de Eccle. Hier. c. 3. vbi de his fusè differit. Vnde antiquitùs in femore iurabant Patriarchæ, Gene. 24. 52. 47. 51. id est, per Messiã, qui vi facultatis generatiuę, circa femora vigentis, generandus erat verus homo. Inficias igitur ire nemo iure potest, quòd ad exactam, plenamque Christi perfectionẽ omnino pertinebat, vt cui aliæ inerãt diuinæ dignitates, hæc minimè deesset, sed inesset potiùs perfectissimè.

nersalem testatem.

1. Cor. 15.

Hebr. 1.

B

Phili. 2.

Eph. 1.

C

Apoc. 10.

Gen. 24. 25 47. 51.

XIX. *Cur negant aliqui, Christū esse Regem, & Dominum,*

TAndem inquirere libitū est ab aduersarijs, præsertim si gloriæ Christi studiosos se esse præseferūt, cur Christus hic viuens non habuit vtrāq; potestatē, temporalem & spiritualem? Nunquid quia non possunt coniungi in vna persona? Minimè sanè, vt probauimus. Nunquid, quia non decuit Christum? At certè maximè decuit, licèt eam non debuerit hic exercere, sicut neque exercuit Iudicis officium, & tamen habuit ipsum. Nunquid quia Christus erat hoc gladio temporalis potestatis, sicut furiosus, abusurus? hoc certè est impium & blasphemum. Nunquid quia hæc potestas ac rerum proprietas impedimento futura erat Apostolicæ, euangelicæ ac prorsus diuinæ perfectioni, quam ipse profitebatur? Neque hoc sanè. Nam licèt nos per rerum proprietatem & dominium, multùm retardemur à perfectione: (nemo enim militans Deo, implicat se negotijs secularibus, ait Paul.) hoc tamen prouenit ex imbecillitate nostra. Quamobrem monachis prohibita est rerum possessio & administratio: quia ipsos impediret â perfectione: quę tamen possessio concessa est Episcopis (licet monachi sint) eò quòd eorum prudentia maior, mens capacior, virtus solidior & constantior esse præsumitur. Sunt namq; Episcopi in eminentiori ac perfectiori statu constituti, quàm sint religiosi: & idcircò bonorum etiam temporalium potuit & debuit ipsis cura demandari, vt per horum bonorum vsum, multam sibi & Ecclesiæ, salutem spiritualem comparent. Illis itaque melius est vtrorumq; bonorum administrationem gerere, quod tamen priuatis monachis minimè congruit. Etenim discipuli facilè remoueri solent à disciplina, non ita docto res à doctrina. Adhuc simile est in naturalibus. Nobis quidem melius est non intelligere res singulares & infimas: quoniam, cum noster intellectus finitus sit, & ad tot & tanta non sit habilis, cum dat operam hisce minutis & vilibus rebus intelligendis, auocatur à cognitione diuinorum & supernaturaliū. Deus autem longè se aliter habet: cum enim eius intellectus sit virtutis infinitæ & illimitatę capacitatis, & ratione vnius nō impediatur à cognitione

A

B

2. Tim. 2.

Not. cur monachis interdictus est vsus rerum temporal. non verò Episcopis.

C

A nitione alterius, ideò magna est illi perfectio, etiam vilia & minutissima quæq; cognoscere. Hoc itaq; idē in Christo Domino affirmandum nobis est, nimirum, nequaquā ipsum à perfectissimo & editissimo totius virtutis & sanctitatis culmine vel latum vnguem remoueri, per hoc quòd rerum omnium dominium ac proprietatem sibi assumpserit. Nulla ergo ratio assignari (quæ vel vmbram habeat probabilitatis) potest, ob quam deneganda Christo sit prædicta potestas. Verùm quantum coniecturis assequi possum, ratio ob quam in oppositam venere sententiam aduersarij, ea est, quia plurimùm eorum delicatissimis auribus dissonat illa vox, nimirùm, Temporalis. Statim enim illatū putāt, quòd more cæterorum regum incedere Christus debuisset: quod quia ille non fecit, illi resiliunt & auersantur nostram sententiam. Sed quàm immeritò, qui non videt, accuset tarditatem ac cæcitatem suam. De quo adhuc in solut. ad. 2. argum. Iā hęc omnia si vera sunt, patentem nobis ianuam veluti digito cōmonstrant, quam ingressi facile retundere proposita argumenta poterimus. In quibus enodādis multa adhuc dicam, quæ nostram sententiam firmiùs stabiliant & confirment.

Ratio ob quā negant Christo prædictam potestatem.

XX. *Referūtur autores pro nostra sent.*

PRiùs tamen in eiusdem sententiæ patrocinium recensebo nonnullos doctores, qui eam tuentur. Ij sunt D. Antoninus. 3. p. titul. 22. c. 5. §. 8. & tit. 3. c. 2. initio, Paulus Burg. Matt. 1. Addittio. 2. Concl. 3. Abul. Matt. 25. q. 327. C Galati. lib. 4. c. 26. 27. & 28. Viguerius. c. 17. de Statibus Ecclc. §. 1. Versu. 18. Aluarus Pelagius, lib. 1. de Planctu Eccl. ar. 37. & 40. & 59. Almai. de Potestate Eccle. c. 8. & 15. Armachanus, lib. 4. de Quæstionibus Armenorum, c. 16. & Teologorum princeps & coryphęus D. Tho. 3. p. q. 59. ar. 4. ad. 1. & expressiùs, Opusc. 20. lib. 3. de Regimine Principum, c. 12. & 13. Ioa. Arboreus lib. 3. suæ Theosophias, c. 5. & demùm plures alij Theologi, vt Roffen. contra Luther. provt refertur à Cordub. lib. 1. q. 57. & Mag. Cano, in lectura super. 22. q. 62. art. 1. vbi de Dominio disputauit. Et quidem de Theologis hos commemorasse contentus, caeruam Iuristarum illis adiungere possem, vt isti illis con-

conglomerati irrefragabilem ac prorsus ineluctabilem vim faciant aduersarijs. Breuiter sciatis, communem hanc esse sententiam Iurisprudentium, nominatim (vt nonnullos referam) Nauarri super c. Nouit. de Iudic. loco citato, Aluari Pelag. vbi allegatus est, Turrecre. sup. c. Duo sunt. 96. d. art. 3. in solut. ad. 2. rationem, &c. cum ad verū. eadem d. ar. 4. & lib. 2. Summæ, c. 116. ad. 1. obiectionem, & Ioan. Fabri. I. Cunctos populos. C. de summa Trin. Hostiensis, c. Quod super his. de Voto, & c. Et quidem isti apertè id tradunt. Quod de authoribus, quos pro altera parte allegabamus, verè dici non potest: nam, vt duos aut tres eorum pręteream, tàm omnes alij quàm sancti etiam allegati, in eo quod contendunt, nobis minimè aduersantur. Siquidem solū asseuerant, Christū nō fuisse regē, more eorū qui apud homines regnāt: in quā nos sentētiam manibus pedibusq; venimus: vt in argumentorum solutionibus explicare iam pergimus. Voti vtinam compotes feliciter euadamus. A B

XXI. *Ad argu. initio posita ad. 1. explicatur locus Hier. 22.*

AD primum itaque argumentum fatemur, iam à tēporibus Iechoniæ nusquam vnquam de semine Dauid successisse aliquē, vsq; ad Christum, qui tēporali regni Iudæorum potestate fulgeret. Et quidē hoc conuincit ille locus, quòd iure hæreditario nullus vnquā illius regni gubernacula esset habiturus. Porrò Christus non iure hæreditario, vt satis superq; probauimus, & tractat Alma. suprà. c. 8. & Vvald. doctissimè, lib. 2. Doctrinal. art. 3. c. 76. sed ex dono Patris & titulo redemptionis augustissimum orbis regimē & dominium habuit. Aliud verò D. Ioan. testimonium c. 18. Alua. Pel. lib. 1. ar. 37. ex Glossa, tradit, hunc habere intellectum, quòd, scilicet, vt doceret nos mūdi pōpam spernere, ideò regni huius mūdi contēptorem se Christus semper exhibuit. Sic Ioan. 6. cū cognouisset, quia venturi erant vt raperēt & facerēt eū regem, fugit in montē. Dici etiam potest, ideò Christū dixisse, Regnū suum non esse de hoc mundo, quia in hoc mūdo regnū administrare noluit. Sed vrges, Pilatus nō de administratione, sed de iure scisciteba tur, an illud haberet? & huic Christus apertè respondit, se regnum neutiquam possidere. Veruntamen si meditatiùs C

Explicatur locus, regnū meū non est de hoc mundo. Ioan. 6.

Replica.

A tiùs obseruemus responsum Christi, inueniemus ipsum non negare se esse regem & habere ius regni, sed regnum suum non esse quale est regnum mundi, imbecille, scilicèt & caducum: vtpote quod à ministris robur accipiat, & temporum vicissitudinibus exolescat. Vnde dixit, Regnum meum non est de hoc mundo. Et adhuc expressiùs, Nunc autem regnum meum non est hinc. Vbi, vt obseruat Theophy. non ait, Regnum meum non est hîc, sed non est hinc. Quod statim dilucidiùs aperit, Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non est hinc. Hic itaque est regnum eius, nam regnat in mun-

Non dixit Christus, regnũ meum non est hic, sed non est hinc.

B do, & iuxta votum cuncta disponit: non autem est ab infimis constitutum, sed cœlitus & ante secula. Et Chrysosto. sic: Cum dicit, Regnum meum non est hinc, non priuat mundum à sua prouidentia & prælatione, sed ostendit regnum suum non esse humanum nec corruptibile. Et August. Non dicit, non est hîc: hîc est enim regnum eius vsq; ad finem seculi, habens inter se commixta zizania vsq; ad messem: sed tamẽ non est hinc, quia peregrinatur in mundo. Certè si in nostra Patres verba iurassent, asseuerantiùs non possent nobis suffragari: nam apertè dicũt, Christum, quanuis non hinc, hîc tamen in mundo viuẽtem ius regni habere, & regem esse. Vnde idem Theophylactus rursus in

C illo loco, sic dicit: Hic quidẽ imperat & regit, alioqui quomodo intelligeretur, In propria venit, si mundus hic non esset eius proprius. Et adhuc infrà, O Pilate, si quidem veritatis filius eam desideras, audies vocem meam, credesque me Regem, non tamen quales sunt mundani, nec acquisitum habentem regnum, sed naturale & à natiuitate ipsa à Deo & Rege illud suscipientem. Quibus expressius quidquam dicere ego minimè possem, qui hanc sententiam ex proposito firmare contendo.

Ioan. 1.

In primo adhuc argumento retundenda restat quædam doctrina, qua aduersarij triumphare sibi videntur. Semper, inquiunt, in locis scripturæ, vbi de Christi regno est sermo, apponitur aliquid ad spiritualia pertinens. At hoc

Cum de regno Christi est sermo, apponitur al-

nequa

quid spirituale.

nequaquam infirmat, imò firmat meam sententiam: nam contendo, vnà Christum vtrãq; habuisse potestatem, tem temporalem & spiritualem: & illam in hanc semper destinasse & direxisse. Potestas namq; regalis (vt verbis vtar Alexandri Alen. 3. p. quæst. 48. memb. 1. ar. 2.) cum ordinata est, nunquam dissidet à potestate sacerdotali, sed ipsi congruit & concordat, sicut vita terrena subministrat vitæ spirituali, & vita spiritualis collaborat terrenæ. Quibus Alex. verbis satis ostenditur, per hoc quòd Christus terrenarum potestatem rerum ordinauerit in spiritualia, nihil prorsus detrahi perfectæ & absolutæ potestati, & dominio rerum, imò multùm ei perfectionis accrescere. Quod satis explicatum arbitror in superioribus. §. 15. eò lector re currat: nam ego earundem rerum repetitione nolo tempus expẽdere, & vt veriùs dicam, prodigere, quod reliquis argumentis enucleandis perquàm necessarium est. A B

XX. *Ad. 2. In quo sẽsu Patres dicunt Christũ non esse regem temporalẽ.*

AD secundũ, quod Patrum testimonijs innititur, respõdeo, ex dictis liquere, sensum Patrum esse, quòd Christus non instar Regũ mundi & Principũ terrenorum fuerit rex. Equidem existimo offendiculum me ac cespitem iam reperisse: in quo miserè ruunt nonnulli Theologi. Statim nanq; atq; audiunt Christum esse Regem ac Dominum temporalem, resiliunt & auersantur hanc sententiã. Quod tamen ex praua rei intelligentia ortum habet: putant nanque quòd cum nos Christum asserimus regem temporalem, ipsum facimus regem à loco & tempore de pendentem, & à ministris robur accipientem, in quo sua eos plurimum decipit imaginatio: nam imaginantur non potuisse Christum esse regem temporalem, nisi splendore imperij, opum affluentia, militum copijs, armorũ præsidijs, aulicorum strepitu, & magnifico apparatu sublimis incederet. Et quidem hoc modo regem esse Christum, negant Patres, negat scripturâ, negat ipsemet Christus, cum ait: Si de hoc mundo esset regnũ meum, ministri mei vtiq; decertarent, vt nõ traderer Iudæis: nunc autẽ regnũ meu nõ est hinc. At verò esse regẽ per verũ ius & potestatem supra omnia bona mundi, & supra omnes creaturas, non C

Ioan. 17.

solum

A solùm non negant, imò constanter affirmant Patres & scripturæ, & ipsemet Christus, locis commemoratis. §. 13. Nō itaq; discipulis scandalo sit, quod audiunt, Christum esse Regē temporalē, nā, vox, Temporalē, non denotat, Christi regnū temporū iniurijs ac vicissitudinibus obnoxium esse, sed potiùs esse verū, propriū, absolutū cū vero & perfecto iure ad ferendas leges, condenda statuta, iudicandas causas, plectendos sontes, & demum reddendum vnicuique suum ius, tàm in ciuilibus quàm in criminalibus, tam in sacris quàm in prophanis, in corporalibus & spiritualibus, in temporalibus & æternis: tam verè & propriè, imò longè verius & propriùs quàm reges temporales in suis
B regnis ac possessionibus. Quòd verò contrà nituntur alij, Christi potestatem solùm esse per ordinem ad spiritualia, & rursus, nūquam ipsum exercuisse illam temporalem potestatem (his enim duabus calumnijs importuni argumentatores, infestos se nobis exhibebant) iam quem hoc sensum habeat, ostendimus §. 15. latissimè & accuratissimè, quo ad primam calumniam: & §. 17. quo ad secundam. De quo adhuc iterum sermo redibit.

Vox, tēporalis, quid denotet, cū dicim°, Christum esse regem temporalem.

XXIII. *Ad. 3. & 4. arg. respōd.*

AD tertium pariter & ad. 4. argumentum, prorsus eædem sunt solutiones afferendæ. Nam quod in 3. dicitur, consanguineos Christi dixisse ad Domitianum, Regnum Christi non esse huius mundi, non esse temporarium, sed *cæleste*, &c. verissimum esse ostendebamus
C nunc in solut. ad. 2. testimonium. 1. argum. vbi & modum quo id intelligendum veniat, assignauimus. Quòd verò in 4. argum. tám multi producuntur propugnatores alterius sententiæ, nulla ex parte minuit aut eneruat vim veritatis. Nam eorum plures non sunt contra nos, si eorum loca quis dispicere voluerit: ac proinde eandem prorsus habere possunt explcationem, quam locis scripturæ & patrum assignabamus. Alij verò, qui perrari sunt, licet apertè negant nostram sententiam, minimè nos à munitissima veritatis arcere mouere, & in suam falsam sentētiam præcipites dare potuerunt. Nam neque authoritate neque ratione, quæ alicuius sit ponderis, innituntur.

Ad. 4. arg.

Ad

XXIIII. *Ad 5. argu. quod constabat rationibus.*

AD quintum argumẽtum, à quo rationibus nos lacesse- A
re incipiunt aduersarij, respondemus, tam procul nos
à perfidis & obstinatis Iudæis deuiare, seu (vt ꝓpriùs loqua
mur) ipsos à nobis, vt contendentibus ipsis, Christum vi-
sibili pompa & regio apparatu regnaturũ, nos contra existi
memus, abiectam ipsum & despicabilem vitam agere de-
buisse. Potestatem itaq; ac dominationem Christum, non
quãtum ad vsum & exercitiũ, quod Iudæi sperabant, sed
solùm quãtum ad ius & proprietatẽ regni, & (vt sic dicam)
quantum ad habitum, in hac vita habuisse contendimus.

Ad.1.

Ad.2. rationem.

Ad secundam rationem negamus, nihilo deseruijsse in
Christo prædictam potestatẽ ac dominiũ: nam saltem ad
ornatum suæ sacratissimæ humanitatis plurimùm deser- B
uijt. Hac enim de causa pleraq; alia in Christo constituũt
dona Theologi, quibus sacratissima eius humanitas exor
nata prodiret ex vtero Virginis: ne illi quidquam dignita
tis deesset, quod à principio mundi in aliquo vnquam ho-
mine fuisse sciamus: ijs exceptis, quæ imperfectionem illi
aliquam inferrent, aut cum statu viatoris stare non pos-
sent. Et quidem quando cùm authoritates, tùm rationes
aliæ nos desererent, vel hæc sola ratio, quam in hac solu-
tione perstringimus, obstruere aduersariorum ora vali-
dissimè posset. Nam quis est tam ingratus qui dissimulet,
tam impius qui neget, tam ignarus qui nesciat, eas omnes
virtutes & prærogatiuas Christum ab vtero Virginis ha-
buisse, quæ nec imperfectionem aliquam inuoluebant, C
nec cum viatoris conditione pugnabant? Quòd si dixe-
ris, vsum & executionem regni & dominij pugnasse in
Christo cum statu viatoris: bene habet. At ius regni & pro
prietas rerum quam pugnam cum statu viatoris, aut quam
imperfectionem Christi personæ repugnantem importa
bat? Planè nullam, vt satis superq; ostendebamus superiùs.
Despiciendi autem caduca hæc bona, satis efficax nobis
Christus exemplum dedit, dum ipse pauperem & abie-
ctam vitam duxit. Quinimò existime, longè efficaciùs &
perfectiùs nobis exemplum Christum dedisse, cum ius
regni & rerum proprietatem penes se habẽs, vsum tamen

Notetur hæc ratio ad versus alios

& exer-

A & exercitium tantæ potestatis à se penitùs abdicauit.

Ad tertiam rationem, ex dictis paulò superiùs elicitur responsio. Nobis quidē, quibus bona temporalia possidere & administrare magno impedimento est ad culmen perfectionis anhelantibus, vtilissimū fuit, vt abdicatis omnibus, verè pauperes efficeremur, nō solū vsum, sed & proprietatē reijcientes: quoniā si ius & proprietatē retinuisse mus, magnopere auocaremur à superiorū studio, & ex iure & proprietate rerum sensim dilaberemur in earū vsum, cū magno propriæ perfectionis detrimento. Et ideò & ius & vsum à se penitus abijcere religiosi debuere. Quod in Christo Domino locum minimè habuit, vt ostensum est

Ad.3. Quod Christi perfectioni non obstabat totius mundi regnū. &c.

B supra, tribus adhibitis exemplis huius rei illustrandæ gratia. §. 19. Rursus, cum petitur, An Christus verè pauper

C fuerit, Respondemus, pauperem & pauperrimum fuisse per veram humilitatem cordis, & perfectam virtutem paupertatis, quæ, scilicèt, sola est vera paupertas, quam in medijs diuitijs habere quis potest, quanuis alij à Christo longè difficillimè. Nec verò hoc quidquam detrahit perfectioni Euangelicæ, quam in gradu heroico habuit Christus: nam, vt vidimus, & tradit S. Tho. 22. q. 184. ar. 7. Episcoporum status longè perfectior est quàm sit religiosorum: & tamē Episcopos ius & proprietatem, imò & vsum & administrationem rerum temporalium habere, certum

Pauper verus potest quis esse, licèt abundet diuitijs.

C est. Et quidem hac in parte vehementer ego demiror Thomistas, qui vel non legerunt, aut nō intellexerunt, aut penitùs neglexerunt ipsum, in cuius verba iurarunt, S. Thomam. Ipse enim in illa q. ar. 7. ad. 1. apertè tradit, posse aliquem esse in statu perfectionis cōstitutum, sine eo quòd abrenunciet rerum proprietatem: dummodò sit paratus cum opus fuerit, eas erogare. Quod quidem vsu venit Episcopis. Quare ergo isti, vt Christum in apice perfectionis collocent, omnem ei rerum proprietatem detrahūt? quasi perfectio Euangelica cum plenissima potestate temporali, cum vera proprietate, cum absoluto & perfecto dominio rerum omnium stare non possit, oppositum dicente S. Thomæ expressissimè. Quare opponere non pos-

set ille adolescens Christo, quod dicitur in argumẽto: nam ipse misellus (quæ sua erat imbecillitas) vt perfectus esset, opus habebat cunctis se opibus expoliare, & sic conari ad perfectionem. Secùs Christus, quem dominatus à mari vsque ad mare & possessio terminorum terræ & potestas in cœlo & in terra, nihil à perfectione retardatet. A

XXV. *An Christus & eius parẽtes fuerint mẽdici.*

SEd opportunè hic, ne dicam necessariò, examinandũ restabat, An Christus verè fuerit mẽdicus in hac vita existẽs, & verus pauper. Lutherus nãq; & Bullingerus, & alij insani fabulatores B. Virgini infensi, sic loquuntur, apud Petrũ Canisiũ: Mariam pauperculam nullius æstimationis puellulam, credi potest, adeò obscuram fuisse apud Nazareth. Parentes eius obscurorum natalium & vilis conditionis erant: nec verũ est id quod affirmãt quidam, opibus eos abundasse; atq; in tres partes diuisisse bona sua: vnã dedicasse templo, alteram egenis, tertiã Mariæ reliquisse. Merum cõmentum est. Hęc quidem impudentissimè metiuntur hæretici. Nos verò breuiter & si non negamus, Mariæ & Christi Domini vitam aliquando cum paupertate fuisse coniunctam, tamen eam penuriam voluntariam magis quã coactam fuisse arbitramur. Vnde Euseb. Emiss. homil. in Euang. de Natiuit. Mariæ, dicit, Parentes Mariam filiã hæredẽ instituisse, quæ in bonis vnicè succesit, suamque possedit hæreditatem. Nicephorus lib. 1. c. 13. dicit, Iosephum & Mariam in Nazareth non domicilium modò, sed & substantiam & possessionẽ propriam habuisse. Epipha. lib. 1. hæresi. 29. dicit aduersus Nazaræos, Ioseph Mariæ sponso suam fuisse domum, &c. B C

Hinc quòd Christus non mendicauerit, tenet Caiet. super Matth. c. 5. ibi, Beati pauperes, & Almainus, de Potestate Ecclesiæ c. 8. vbi malè sonare dicit, quòd Christus fuerit mendicus. Idem tenet Viguerius, c. 17. §. 1. versic. 18. Et probari potest, eò quòd ille dicitur verè mendicus, qui solo titulo indigentiæ petit aliquid: at Christus ius petendi ea quæ sibi erant necessaria habuit, quia seminabat & docebat, sicut, Rex administrans iustitiam subditis non est mendicus, licèt ab illis exigat censum, quia non titulo indigen-

A indigentiæ, sed administrationis petit. Quinimo Ioannes. 22. in Extrauagãti, Cum inter nonnullos. de Verbor. sign. habita matura & diligenti deliberatione diffiniuit, hæreticam esse eorum assertionem, qui dicunt, Christum & eius Apostolos nihil proprium habuisse, aut in communi, aut in particulari. Lege Turrecrem. lib. 2. Summæ, c. 112. ad. 10. Vvalden. lib. 4. Doctrinal. Castro de hæresibus lib. 10. verbo, Mendicitas, Sixtum Senen. lib. 6. Biblio. annot. 18. & 147. & 317. & Catherinum lib. 2. Annot. contra Caiet. Quidquid sit de hoc, id nobis certũ esse debet, quòd perfectionis apicem habere quis optimè potest, quantunuis ius & proprietatem, imo & vsum & exercitium regni ac dominij penes se habeat. Vnde Christus, *Christus & Apostoli propriũ habebant.*

B licèt vt Caiet. ibi Matth. 5. animaduertit, non fuerit, secundùm veritatem mendicus, sed potiùs ipse eleemosynam egenis daret, vt habetur Ioann. 13. & miserit discipulos in ciuitatem, non vt mendicarent, sed vt cibos emerent: & Iudas pecunias in loculis pro Christi sustentatione gestaret, imò quanuis rerum omnium esset legitimus hæres, & verus Dominus, adhuc tamen in excelso perfectionis culmine constitutus rat. *Ioan. 13. Ioan. 4.*

Ad quartam rationem negari posset, quòd Christus nũquam exercuerit hanc potestatem: nam cum misit duos ex discipulis ad soluendum asinam & pullum, dicens: Si quis aliquid vobis dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet, satis ostendit, potestatem se ac dominium tempo- *Ad. 4. an Christus potestatem regis & domini exercuit hic.*

C rale habuisse. Verùm nihil nostra retulerit, loca reperire, in quibus Christus prædictam potestatem exercuerit: quãdoquidem visum iam à nobis est, minimè decuisse quòd eius vsum Christus in hac vita haberet: quam ob causam litigantibus illis & Christi sententiam expectantibus, dixit Christus, se non esse iudicem constitutum in simili causa: non quia verè non esset iudex, sed quia vsum iudicij hic habere noluit. Quòd verò adhuc inquiritur, Cur Christus prædicta officia non exercuit Regis & Domini, cum tàm corruptè & deprauatè homines viuerent, cum tot strages, tyrannides, rapinæ, &c. vnà in miseras *Matth. 21. Luc. 12. Cur Christus non hic exercuit, &c.*

Resp. irrueret: cur itaque Christus exercere potestatem A
suã noluit, vt coerceret tàm licentiosum viuendi modum,
& tantis incommodis mederetur? Respondetur, eodem
prorsus modo se Christum habere, sicut & se habet Deus
Optim. Max. qui cum ex æthere summo tot tãmque atro-
cia facinora homines perpetrare in mundo videat, & cun
ctis facili negocio mederi possit; nihilominùs tamen per
mittit & patitur impunè nunc temporis eos delinquere,
Peroratio authoris. propter eos mirabiles & arcanos fines, quos ex tali permis
sione comparari videt. Et quidem idem prorsus dici debet
de Christo domino, quo auspice cœptum, quo duce ac co
mite librum hunc ad optatum finem perductum,* termi-
nare libet, quibus verbis D. Augustinus suos de Doctrina B
Christiana, & Viues suos librorum de Ciuit. Dei cõmenta
rios terminauerunt. Longior (ait Aug.) euasit liber hic quã
volebam, quàmque putauerã. Sed legenti vel audiẽti, cui
gratus est, longus non est: cui autem longus est, per partes
eum legat, qui habere vult cognitum. Quẽ verò eius cog-
nitionis piget, de longitudine non quęratur. Porrò (ait Vi
ues) si quid dixi quod placeat, habeat lector gratiam Deo
propter me: si quod non placeat, ignoscat mihi propter
Deum; & malè dictis det veniam propter benè dicta.
Errores verò si benignè emendarit ac sustulerit,
demerebitur & me & lectores, qui con-
fiũ forsitan mihi, fallerentur. C

Relectionis & totius Operi finis.

INDEX

INDEX LOCORVM

sacræ Scripturæ, quæ in præsenti opere allegantur & explicantur.

* * *

Ex Genesi.

Cap. 1. IN principio creauit Deus cœlũ & terram. 215.a.380.a
Spiritus Domini ferebatur super aquas. 175.c
Alterum vt præesset diei, alterum nocti. 670.c
Crescite & multiplicamini. 343.c
Stellæ in signa & tempora. 29.b
2. Nõ est bonũ hominẽ esse solũ. 345.a
Omne, quod vocauit Adam, ipsum est nomen eius. 620.b.c
3. Ipsa conteret caput tuum. 36.c.155.a
Aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt se esse nudos. 36.c
4. De nomine Cain & Abel. 621.a
Cœptum est inuocari nomen Domini 469.b.529.c
Vox sanguinis fratris tui Abel, &c. 482.b
5. Ætates, quibus generabant homines. 324.c
6. Eruntque dies hominis centum viginti anni. 68.c
Omnis quippe caro corruperat viam suam. 60.a.b
Videntes filij Dei filias hominum &c. 568.a
Gigantes autem erant, &c. 568.a.b
7. De diluuio an aliqui eorum salui sint. 59.c
10. Thare & Abrahã de Vr Chaldæorum. 528.a
14. Melchisedech Rex & Sacerdos. 671.a
15. Faciam te in gentem magnam. 384.a
De Vr Chaldæorum. 528.a
Semen tuum sicut arenam maris. 22.b
17. Mutatur nomẽ Abraham & Saræ, 629.b
Dabo tibi terram Chana possessionem æternam. 74.b
18. Desierant Saræ fieri muliebria. 382.a
19. De Sodomis & Gomorrhis. 59.c
Vxor Loth in statuam salis. 356.a 360.c
Visus est eis Loth quasi ludens loqui. 552.c
20. Sara Amalechi oculis placuit. 382.

382.b
21. Fecit Abraham conuiuium in die ablactationis. 554.c
Ismael ludit cum Isaac. a.551.c
Ismael factus est iuuenis sagittarius. 554.a
24. Iurauit in fœmore. 681.c
25. Duæ gentes sunt in vtero tuo. 384.a
26. Vidit per fenestram Isaac ludẽtem 552.b.555.c
28. Tulit de lapidibus. 423.a
30. De ouibus Iacob. a588.c
Da mihi filios. 334.c
Abstulit Deus opprobrium meum ibidem.
32. Luctabatur vir cum eo. 400.c
Si contra Deum victor fuisti. 400.c
Vidi Dominum facie ad faciem 401.a
Angelus, qui percussit Iacob in fœmore. 360.c
41. Pharao videt spicas. 371.b
47. Iurauit in fœmore. 681.c
48. Ingredior viam vniuersæ carnis. 376.b
49. Isachar habitans inter terminos 164.c
Catulus leonis Iuda. 168.b
In vertice Nazaræi. 404.b.421.c
Donec veniat qui mittendus est. 625.c
51. iurauit in fœmore. 681.c

De Exodo.

1. Ædificauit eis domos. 155.a
2. Moyses interfecit Ægyptiũ. 368.c
3 Hoc est nomen meũ in æternũ. 627.c
Ego sum qui sum. 632.b
Ego scio, quòd non reliquet vos Pharao. 482.a
4. Si non audient sermonem signi prioris. 482.
6. Nomen autem meum non reuelaui. 469.a.632.b.c
7. Moyses conuertit fluuios in sanguinem. 366.a
Magi Pharaonis faciunt miracula. 356.b
13. Reputans, ne fortè pœniteret eum 482.a.
Non eduxit eos Dominus per viam terræ Philistinorum. 482.a
14. Mare rubrum inuoluit AEgyptios 59.c.155.c.
15. Mulieres cum tympanis. 155.c
Robustos Moab obtinuit tremor. 167.c
Moyses mittit lignũ in aquas. 380.c
21. Diliges amicum tuum. 336.c
Seruiet in perpetuum. 74.b
23. Non erit infœcunda & sterilis. 334.a
28. In medio eius erit capitium. 407.b
32. Surrexerunt ludere. 578.c.552.a. 555.b
Hi sunt dij tui Israel. 380.a
33. Ostende mihi faciem tuam. 369.b
Non videbit me homo & viuet. 336.b
34. Ne accipias vxorem de filijs eorum 481.b
38. Mulieres excubabant in ostio tabernaculi. 157.a

Ex Leuitico.

10. *Sacerdotes non bibant vinum.* 425.a
17. *Non immolabunt vltra Dæmonijs* 405.a
19. *Non attondebitis in rotundũ.* 408.b. 413.b. 415.a
23. *Canebãt post collectas vuas.* 244.b

Ex Numeris.

2. *Vnaquæque tribus sua insignia habebat.* 168.a
6. *Ritus Nazaræorum.* 404.c
Nouacula nõ ascendet super caput Nazaræi. 408.b
Capilli Nazaræi cremandi. 414.a
Offert hostiã pro peccato Nazaræus 416.c
11. *Obsecro vt non cogar videre malum.* 462.b
16. *Descenderunt viuentes in infernum.* 71.c
21. *Nanseat anima nostra.* 443.c
22. *Nisi asina declinasset à via.* 482.a
Asina Balaam loquuta. 378.c

Ex Deuteronomio.

5. *Ego Deus faciens misericordiam in mille.* 87.a
7. *Non erit in te sterilis, &.* 322.a
Ne accipias vxorẽ de filijs eorum 481.c
21. *Non permanebit cadaver in ligno.* 465.
Maledictus omnis, qui pendet in ligno. 465.a
22. *Non vtetur mulier veste virili.* 576.b
30. *Ipse enim est vita tua.* 471.b
32. *Ascẽde in montẽ & morere.* 367.c
Deum qui te genuit dereliquisti. 472.c
33. *De captiuitate nudati inimicorũ capitis.* 406.a
Et inimici nostri sint iudices. 465.c
Nazaræus Ioseph. 404.b. 421.c
34. *Mortuus est Moyses iubente Deo* 294.b. 365.c. 367.c.
Non cognouit homo sepulchrum eius 366.b.
Sepeliuitq; eum Dominus. 366.b
Ecce ego moriar in hac humo. 366.b
Beatus es in Israel. 79.c

Ex Iosuæ.

1. *Mortuus est Moyses, &c.* 294.b 365.c. 367.c.
8. *Regẽ Aby suspẽdit ex ligno.* 466.b
10. *Nullus contra Israël mouere ausus est.* 167.b
11. *Sol contra Gabaon ne moueris.* 252.c. 258.c
24. *Seruierũt Dijs alienis.* 527.a 535.b
28. *Et erit pendens vita tua.* 471.b

Ex Iudicum.

11. *Plorabat Virginitatem.* 341.a 338.b
Fecit ei sicut vouerat, quæ ignorabat virum. 157.a. 341.a.b
Circuibat montes per duos menses. 341.a
13. *Nazaræus vocabitur.* 421.a

Morte moriemur, quia vidimus Dominum. 336.c
16. *Ferrum non ascendit super caput meum.* 424.c.
17. *Nomen Dei datur Idolis.* 532.a.c

Ex.1.Regum.

1. *Nouacula non ascendet.* 408.c
2. *Filij Heli dormiebant cum mulieribus.* 157.b
13. *Regnum tuum non vltra cõsurget.* 375.a
15. *Reprobatio Saulis.* 378.b
Saul interfecit omne masculum. 467.b
Dissipa Amalech & omnẽ memoriam eius 467.b
16. *Dauid carmine & cithara pellebat Dæmonem.* 225.c
Bethleemites rufus, pulchro aspectu, &c. 260.a.b
18. *Egressæ sunt mulieres cantantes.* 155.c
23. *Ceilitani traderent Dauidem.* 476.b.481.b
24. *Dauid adorauit Saulem.* 376.a
25. *Abigail adorauit Dauidem.* 376.a
28. *Samuelis apparitio.* 376.b
Cras mecum eris. 370.b.372.c
Deos vidi ascendentes. 379.a

Ex lib. 2.

2. *Surgant pueri & ludant.* 552.c 555.a.c
6. *Ludam, & vilior fiam.* 583.c
7. *Hæc est lex Adam Domine Deus.* 377.b
Redemisti gentem & Deum eius 384.a
21. *Dauid non consensit humari filios Saulis.* 466.b
23. *Dauid egregius psaltes in Israel* 239.c
Sicut lux auroræ. 260.a

Ex lib. 3.

1. *Dauid adoratur.* 376.a
5. *Malleus & omne ferramentum non sunt audita.* 22.b
7. *Lenticulos posuit Salomon in tẽplo* 168.b
11. *Certissimè auertent cor tuũ.* 481.c
18. *Helias claudit & aperit cælum* 366.a

Ex lib. 4.

2. *Ascendit Helias per turbinem in cælum.* 364.b
3. *Adducite psaltẽ quo canente.* 225.a
13. *Quod cum tetigisset ossa Eliseireuixit homo.* 38.c
18. *Mors Ezechiæ.* 339.a
19. *Victoria Ezechiæ contra Senacherib.* 152.c
23. *Iosias interfectus est a Pharaone.* 469.b
24. *Regnum in Ieconia defecit.* 669.b
25. *Sedechias comprehensus.* 469.b

Ex Paralipom.

7. *Carmina quæ fecit Dauid Rex.* 239.b
9. *Lenticulos posuit Salomon.* 168.b

15. *Cãtores in organis musicorũ.* 245.a
Vidit Micol per feneſtram Dauid ſaltantem. 553.a
19. *Ammonitas Dauid decaluat.* 406.a

Ex libris Eſdræ.

1.3. *Hymnos per manus Dauid Regis* 239.b
2.9. *Tu Domine, qui de igne Chaldæorum.* 528.b.533.b
13. *Obiurgaui eos & decaluaui.* 406.b
4.8. *Hoc ſæculum fecit altiſſimus propter multos.* 78.c

Ex Tobia.

3. *Nunquam ludentibus me admiſcui.* 553.a.578.b
Rogabat vt abiſto improperio liberaret. 334.c
7. *Quale gaudium mihi, qui lumen cæli, &c.* 449.c

Ex Iudith.

5. *Populus iſte noluerunt ſequi Deos patrum ſuorum.* 532.b
16. *Dabit vermem & ignes in carnes eorum.* 74.a.447.b

Ex Iob.

2. *Tonſo capite corruit in terram.* 406.a
3. *Nunc autem dormiens ſilerem.* 476.b
7. *Quid faciam tibi o cuſtos hominum* 419.b
10. *Vmbra mortis & ſempiternus horror, &c.* 71.a.450.a
22. *Circa cardines cæli perambulat, &c.* 267.b
24. *Ab aquis niuium tranſeat ad calores.* 431.a.442.a.446.c.450.b
31. *Qui dat camina in nocte.* 229.c
32. *Et condemnabunt Iob.* 462.b
35. *Carmina in nocti lus.* 229.c
38. *Quis enarrabit cœlorum rationem* 234.c
40. *Omnes beſtiæ agri ludent ibi.* 553.a
Ecce Behemot. 380.a
41. *Deridebit vibrantem haſtam.* 225.c
Ipſe eſt Rex ſuper filios ſuperborum. 667.c

Ex lib. Pſalmorum.

2. *Aſtiterunt Reges terræ.* 668.b
Filius meus es tu, ego hodie genui te 679.b
Dabo tibi gentes hæreditatem tuam 657.a.666.b
Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo 655.c
3. *Titulus in die, quo liberauit, &c.* 266.b
4. *Titulus in finem.* 243.
5. *Titulus pro octaua* 243.a
6. *Titulus pro octaua.* 243.a
Non eſt in morte, qui memor ſit tui 71.a
Sed tu Domine vſquequo. 250.a
8. *Titulus in finem pro torcularibus.* 243.c
Domine Dominus noſter. 250.c
9. *Titulus in finem Halmot & Laben.*

ben. 243.*b*
Conuertantur peccatores in infernũ 72.*a*
10. *Sulphur & Spiritus procellarum* 446.*a*.450.*b*
11. *Saluum me fac Deus, quoniam diminutæ sunt &c.* 83.*b*
In circuitu impij ambulant. 83.*b*
14. *Non est qui faciat bonum.* 83.*b*
16. *Domine à paucis, & de abscónditis tuis.* 77.*c*
Custodi me Domine vt pupillã oculi. 623.*b*
18. *Cœli ennarant.* 234.*c*.239.*a*.250.*b*
In omnem terram exiuit sonus 234.*c*
21. *Titulus de cerua matutina.* 243.*b*
Dominus regit me. 263.*c*.
Narrabo nomen tuũ fratribus meis 634.*b*.636.*b*
Quoniam Domini est Regnũ. 636.*a*
26. *Vnam petij à Domino.* 155.*a*
28. *Afferte Domino, vox Domini.* 248.*c*
Vox Domini intercidentis flãmam ignis. 450.*a*
30. *Mirificauit misericordiam suam mihi.* 289.*c*
34. *Confitebor tibi in Ecclesia magna.* 289.*c*
Oratio mea in sinu meo conuertetur 433.*a*
35. *Qui diuisset mare Rubrum in diuisiones.* 423.*b*
36. *Qui dicunt mihi euge euge.* 248.*b*
40. *Beatus, qui intelligit super egenum.* 466.*c*
44. *Intende prospere.* 656.*b*
Propter veritatem. 66.*a*
Diffusa est gratia. 660.*a*
49. *Redimet animam meam de manu inferi.* 72.*a*
54. *Quis dabit mihi pennas, &c. Die ac nocte circundabit eam, &c.* 82.*a*
58. *Misericordia eius præueniet me.* 131.*a*
59. *In Idumæam extendam calciamentum meum.* 289.*c*
61. *Interficitis vniuersi vos.* 73.*c*
Tu reddis vnicuique iuxta opera sua 68.*a*
64. *Quoniam ita est præparatio eius.* 337.*a*
66. *Terra dabit fructum suum.* 28.*c*
67. *Dominus dabit Verbum, &c. Rex virtutũ dilecti dilecti, &c. si dormiatis inter, &c.* 248.*b*
In medio iuuencularum tympanistriarum. 146.*a*
68. *Deleantur de libro viuentium.* 647.*b*
71. *Deus iudicium tuum. totus a.* 646.
Ante solẽ permanet nomẽ eius. 625.*c*
Dominabitur à mari vsque ad mare 645.*a*.666.*b*
73. *Superbia eorum, qui te oderunt.* 433.*a*
75. *Notus in Iudæa Deus.* 79.*c*
77. *Contribulasti capita Draco.* 167.*b*
Sanctũ Israel exacerbauerũt. 473.*b*
Immissiones per Angelos malos. 360.

Omnem escam abominata est anima eorum. 444.a

80. *Si populus meus exaudisset me.* 482.b

Et erit tempus eorũ in sæcula. 442.b 483.c.507.c

82. *Et cognoscant, quia nomen tibi Deus.* 632.b

83. *Domine virtutũ beatus homo, &c.* 250.b

86. *Sicut lætantium omnium.* 250.b

88. *Et thronus eius sicut sol.* 657.b

94. *Flumina plaudent manu.* 250.c

95. *Dominus regnauit à ligno.* 471.c

97. *Flumina plaudent manu.* 23.c

98. *Moyses & Aarõ in Sacerdo.* 674.a

102. *Qui coronat te in misericordia.* 93.c

Benedic anima mea Domino. 250.c

103. *Benedic anima mea Dño. a.* 250.c

Deficiant peccatores à terra. 58.c.

104. *Non reliquit hominem nocere eis.* 167.c

105. *Confiteantur Domino misericordiæ.* 249.c

106. *Omnem escam abominata est anima eorum.* 444.a

107. *In Idumæam extendam.* 289.c

108. *Constitue super eum peccatorem* 647.b

109. *Emittet Dominus ex Sion.* 281.b 318.c

Ante luciferum genuite. 653.b

De torrente in via bibet. 120.b

112. *Matrem filiorum lætantem.* 318.c

113. *Domus Iacob de populo Barbaro.* 338.c

Quid est tibi mare quod fugisti. 250.b

Non mortui laudabunt te Domine 71.a

117. *Benedictus qui venit in nomine Domini.* 628.b

Confitebor tibi, quoniam exaudisti me. 250.a

121. *In atrijs tuis Hierusalem, Hierusalem.* 248.c

126. *Nisi Dominus ædificauerit domum.* 337.a

Ecce hæreditas Domini. 338.a

Filij merces fructus ventris. 623.b

Inimicis suis in porta. 441.c

127. *Vxor tua sicut vitis abundans.* 337.c

128. *Sæpè expugnauerunt me.* 279.b

131. *De fructu ventris tui.* 657.b

Super ipsum autem efflorebit. 421.b

132. *Barbam barbam Aaron.* 158.b 407.a

135. *Confitemini Domino, quoniam bonus.* 249.b

136. *Eximanite eximanite.* 248.b

Filia Babylonis misera. 250.b

138. *Si ascẽdero in cœlũ, tu illic es.* 72.a

141. *Educ de custodia animam meam.* 65.c

144. *Fidelis Deus.* 248.a

146. *Qui numerat multitudinem stellarum.* 620.b

147. *Non auertas faciem meam à me.* 36.b

Ex lib. Prouerb.

7. *Mulier garrula & vaga.* 571.a

8. *Do-*

8. *Dominus possedit me.* 21.a
Ludens coram eo omni tempore. 553.a
Deliciæ meæ esse cum filijs hominum. 402.a
Ab æterno ordinata sum. 27.b
Qui mane vigilauerint ad me. 131.a
22. *Ne transgrediaris terminos.* 191.c
26. *Qui proijcit lapidem in aceruum Mercurij.* 163.a
Ludens feci. 553.a
30. *Quod est nomen filij eius si nosti.* 636.c
31. *Nobilis in portis vir eius.* 441.a

Ex Ecclesiaste.

1. *Stultorum infinitus est numerus.* 38.b
11. *Vbi ceciderit lignum.* 72.c. 432.b 443.b
Dulce lumen & delectabile. 449.c

Ex Canticis.

1. *Oleum effusum nomen tuum* 626.b
Vbi pascas in meridie. 282.c.
3. *In lectulo meo per noctem.* 229.c
Videte Regem Salomonem. 651.c
5. *Quia decoloravit me sol.* 410.c

Ex Lib. Sapientiæ.

1. *Et hoc, quod continet omnia.* 234.a 239.a
2. *Sol Iustitiæ non est ortus nobis.* 410.c
4. *Raptus est ne malitia.* 481.c
5. *Candescent in eos aquæ maris.* 450.b
Armabit creaturam ad vltionem. 450.b
6. *In foribus assidentem inueniet.* 131.a
Incertæ prouidentiæ nostræ. 31.b 489.a
11. *Per quæ quis peccat, per hæc, &c.* 450.b
14. *Creaturæ in odium factæ.* 574.b
Odio sunt Deo impius & impietas eius. 36.c
16. *Omne delectamentū saporis.* 443.c

Ex Ecclesiastico.

3. *Qui amat periculum.* 577.a
7. *Purgate eum paucis.* 38.b
Vermis & ignis. 447.b
9. *cum saltratice ne assiduus sis.* 571.b
24. *Primogenita ante omnem creaturam.* 27.b
Ego ex ore altissimi. 27.b
Penetrabo omnes inferiores partes terræ. 63.c
26. *Mulieris bonæ species.* 160.a
44. *In pueritia sua exquirentes modos musicos.* 239.c
46. *Post hæc dormiuit Samuel.* 379.c
47. *Stare fecit cantores.* 239.c

Dauid cum leonibus luſit. 553.a

Ex Iſaia.

1 *Si audieritis me bona terræ comedetis.* 337.a
Et derelinquetur filia Sion. 318.b
Laborauit ſuſtinens. 471.a
2. *De Sion exibit lex.* 281.b. 318.c
3. *Ecce nomen Domini venit.* 530.c
4. *Erit germen Domini.* 28.c. 419.a
5. *Apprehendent ſeptem mulieres.* 334.c
6. *Vidi Dominum ſedentem.* 288.c
Excæca cor populi. 481.c. 647.b
7. *In illa die radet Dominus.* 406.b
Ecce virgo concipiet & pariet. 635.a
8. *Voca nomen eius ſpolia.* 419.b
9. *Super ſolium Dauid.* 656.a. 660.c
Multiplicabitur eius imperium. 251.a
Nomen eius admirabile. 401.a
Paruulus datus eſt nobis. 470.b
10. *Verbum abbreuiatum.* 631.c
11. *Spiritus timoris Domini.* 394.a
Replebitur terra ſcientia. 629.c
Et flos de radice eius aſcendet. 418.b
Et erit ſepulchrum eius glorioſum. 466.a
13. *Germen Domini.* 28.c. 419.a
Piloſus ad piloſum. 405.b
14. *Tu autem proiectus es.* 57.b
Dixiſti in cælum conſcendam. 71.c
In lateribus Aquilonis. 432.b
15. *Vrbem fortem in ruinam.* 288.c
21. *Ad me clamat ex Seir.* 467.a
Onus Duma ſeu edom. 289.b
22. *Vocauit vos ad calumnium.* 466.a
24. *Attrita eſt ciuitas vanitatis.* 292.a
Piloſa ſimulachra. 405.b
Quomodo ſi paucæ oliuæ. 84.a
25. *Facies Dominus in monte hoc.* 254.b
26. *Perdidiſti omnem memoriam eorum.* 467.a
Incurbabit habitantes in excelſo. 288.c
28. *Expecta reexpecta.* 85.c
29. *De cadaueribus eorum aſcendet fetor.* 449.b
30. *Ecce nomen Domini.* 636.c
Abberi Tophet. 446.a
31. *Caminus eius in Sion.* 79.c
33. *Dominus legifer noſter.* 636.a
34. *Piloſus ad piloſum.* 405.b
37. *Victoria Ezechiæ de Aſſyrijs.* 152.c
Angelus qui percuſſit caſtra Aſſyriorum. 360.c
38. *Mors Ezechie & eius canticum.* 71.a. 339.a
Ecce in pace amaritudo mea. 284.a
40. *Suſcepit de manu Domini duplicia.* 61.a
Conſolamini conſolamini. 158.b
43. *Seruire me feciſti in peccatis tuis.* 471.a
45. *Germinet ſaluatorem.* 28.c
48. *Laude mea infrænabo te.* 227.a
49. *Erunt Reges nutritij tui.* 668.b
Vt diceres his, qui vincti ſunt, exite. 68.b
52. *Vocabitur tibi nomen nouũ.* 635.b
53. *Quaſi virgultum de terra ſitien-*

tis

ti. 418.c
Percussum Deum à Deo. 465.a
54. Doctos à Domino. 423.b
56. Hæc dicit Dominus eunuchis. 332.a
57. Super quem lusistis. 553.a
62. Et salnator eius vt lampas accendatur. 626.b
64. Vtinam dirumperes cœlos. 531.a
Iratus es & nos peccauimus. 36.b
66. Vermis eorum. 73.b.447.b
Esernnt vsque ad satietatem 73.b

Ex Hieremia.

1. Prophetam in gentibus dedite. 383.b
6. state super vias bonas. 151.c
7. Tophet vallis. &c. 446.a
15. Si steterit Samuel & Moyses. 379.c
Et non sedi in conspectu ludentium 553.a.578.b
17. Duplici contritione. 61.b
19. Tophet vallis, &c. 446.a
22. Sepultura asini sepel. 367.a
Ex semine Iechoniæ nullus est regnaturus. 657.b.658.a
Voca virum sterillem. 655.b.656.b 669.b.684.b
23. Suscitabo Dauid germen. 28.b 419.a. 470.a.535.c.651.b
Regnabit Rex. 656.a
25. a facie columbæ. 168.c
Quos frixit Rex Babylonis. 463.b
30. Seruient Dauid Regi suo. 651.a
33. Germinare facient Dauid germen iustitiæ. 419.a
46. & 50. a. gladio columbæ, 158.c

Ex Threnis.

4. Candidiores Nazaræi eius nine. 163. a 405.a
Spiritus oris nostri Christus Dominus. 469.b

Ex Baruch.

3. Qui in nauibus cæli ludunt. 553.a
6. Sacerdotes habent capita, & barbã rasum. 408.a.413.b

Ex Ezechiele.

3. Non ad populum profundi sermones. 481.c
12. visio quam hic videt indies multos. 85.c
24. Corona tua circumligata. 406.a
29. Ad te draco magne. 161.b
31. Ad te draco magne 167.b
34. Suscitabo super oues pastorem seruum meum Dauid. 651.b
44. Sacerdotes caput non radãt. 480.a
Sacerdotes non viuant vinũ. 425.a
Non attondebitis caput in rotũdum 480.a

Ex Daniele.

3. Puer illæsi in igne. 450.a
9. Vngatur Sanctus Sanctorum. 408.c
12. Multi ex his qui dormient. 73.c
13. Senes Lapidibus obruti. 463.a

Ex Osea.

3. Quærent Dauid Regem suum. 651.b
9. Omnes gloria eorũ à partura. 140.c

11. Ano-

11. *Auolabunt quasi auis, & quasi columba.* 166.b
12. *Pleuit, & roganit eum.* 400.c

Ex Ioel.

2. *Ascēdet fœtor, & putredo ei⁹.* 449.b

Ex Michea.

1. *Decaluare, & tondere.* 406.a
2. *Congregationem cōgregabo.* 287.c
4. *De Sion exibit lex.* 318.c
5. *Egressus eius ab initio.* 653.b
7. *Væ mihi quia factus sum.* 83.c

Ex Naum.

1. *Non consurget duplex tribulatio* 60.a
Quasi spinæ se inuicem, &c. 88.c

Ex Abacuc.

2. *Iustus ex fide viuit.* 480.c
3. *In medio annorum.* 24.b
Deus ab austro veniet. 283.a
Deducet me victor in psalmis. 244.a

Ex Sophonia.

3. *Væ cinitas columba.* 169.a
Et reddant populi labrum. electum 459.a

Ex Zacharia.

2. *Conuertimini ad me.* 130.a
3. *Semum meum orientē.* 28.b.414.a
6. *Ecce vir oriens.* 28.b.419.a
9. *Tu autem in sanguine testamenti.* 466.b
Ecce Rex tuus venis. 666.b
12. *Plangent super eo.* 468.b
Aspicient ad me quem confixerunt. 457.c. 471.a

Ex Malachia.

1. *Ex suflatis illud.* 462.b
9. *Sol iustitiæ.* 410.c

Ex lib. Machabæorum.

14. *Donec Propheta fidelis surgeret.* 670.a.lib.2.c.3.
Sed & virgines quæ conclusæ erant 157.a
14. *Razias se occidit.* 377.c
Coronati hædera bachum celebrabāt 415.b
15. *Hieremiæ, Hedoniæ apparitio.* 383.a

Ex Matthæo.

1. *Gratio Christi domini secundū carnem* 34e.b
Vocabis nomen eius Iesu. 638.b
Ipse enim saluum facit. 636.a
2. *Quoniam Nazaræus vocabitur.* 420.c
Et veniens habitauit Nazareth. 418.a
4. *Ductus est Iesus.* 375.b
5. *Qui viderit mulierem, &c.* 565.c
Diligite inimicos. 336.c
7. *Aucta est via. & c.* 78.c
Ne forte conculcent. 485.c
8. *Multi ab oriente.* 85.a
Vulpes foueas habent. 656.b. 663.a

Fletus apud inferos. 448.a
11. *Væ tibi Corozaim.* 481.b
Nemo nouit Patrem nisi filius. 144.a
13. *Multi Prophetæ, & iusti.* 663.b
Fletus apud inferos. 448.a
15. *Non comquinat hominem.* 424.a
16. *Tues Petrus &c.* 263.c
Beatus è Simon Bariona. 144.c
Portæ inferi. 430.a
Quia caro & sanguis. 144.a
17. *Facta sunt alba sicut nix.* 162.b 364.a
Ecce Moyses, & Helias. 363.b
18. *Angeli eorũ semper vident.* 389.c
19. *Qui se castrauerunt.* 332.c
Consilium virginitatis. 345.c
Si vis perfectus esse. 673.b
20. *Pauci vero electi.* 89.b
Redde operarijs mercedem. 98.c
21. *Ecce Rex tuus venit tibi* 656.a 663.a
Verebuntur fortè filiũ meũ. 483.b
22. *Fletus, & stridor dentium.* 448.a
Intrauit autem Rex. 88.c
25. *Vermis eorum.* 73.b
Quinque autem ex eis erant fatuæ. 89.c
26. *Videntes discipuli indignati sunt* 423.a
Multa corpora sanctorum quæ dormierunt surrexerunt. 380.c
An putas quia non possum. 481.c
27. *Eli Eli.* 625.a
Multa corpora sanctorum &c. 380.c
28. *In vestibus albis.* 162.b
Data est mihi omnis potestas. 656. a.659.a.666.b.679.a

Ex Marco.

9. *Vermis eorum.* 447.b,
14. *Et Hymno dicto.* 229.b,
16. *discipulis eius, & Petro.* 266.a

Ex Luca.

1. *Vinum & siceram non bibet.* 424.a
Vocabis nomen eius Iesu. 63.c
Ne timeas Zacharia. 343.b
Ex te nascetur sanctum. 418.c
Dabit ei Dominus Deus. 657.b 660.b
2. *Et ipsi nihil horum intellexerunt.* 663.a
Suscepit Israel puerum suum. 623.b
Salutare Tuum, 339.c
Circuncisus, & præsentatus Christus. 423.c
3. *Generatio Christi Domini.* 340.b
Contenti estote stipendijs. 574.b
Qui fuit Eli. 625.a
7. *Filius viduæ suscitatus.* 381.c
Demissa sunt ei peccata multa. 73.c 130.b
Tetigit loculum. 424.b
Vorator, & potator vini. 424.c
9. *Et apparuerunt Moyses, & Helias.* 363.b
10. *Neminem per viam Salutaueritis.* 22.b
Et factus est sudor eius quasi guttæ Sanguis, 22.c

Nem

Nemo nouit patrẽ nisi filius. 194.a
Puluerem excutite. 3.8.a
Omnia mihi tradita sunt à patre. 666.b.679.a
Multi Reges cupierunt. 668.b
12. *Quis me constituit iudicem super vos.* 664.a
13. *Vt quid enim terrã occupat.* 28.c
16. *Magnum chaos inter nos & vos.* 376.b
Mitte Lazarum vt intingat. 446.c
Crucior in hac flamma. 454.c
Si Moysen & Prophetas. 482.a
19. *Benedictus qui venit Rex.* 656.a
23. *Quod facis fac citius.* 647.c
Et factus est sudor eius. 22.c
Similiter & latrones. 423.a
24. *Oportuit pati Christum.* 120.b
Vltim. Incipiẽs ab Hierosolima. 204.c

Ex Ioanne.

1. *In ipso vita erat.* 365.c.629.a
In propria venit. 685.c
3. *Non enim ad mensuram.* 181.a
4. *Vt cinos emerent.*
5. *si credideritis Moysi.* 483.c
Si alius venerit in nomine meo. 482.c
6. *Vt raperent, & facerent eũ Regem* 482.a.484.c
11. *Lazari suscitatio.* 381.c
12. *Dixit ergo Vnus ex discipulis Iudas, &c.* 423.a
Excæca cor populi huius. 481.c
13. *Omnia Dedit ei Pater in manus* 666.b.679.a
Iudas loculos habebat.
14. *Si quis diligit me.* 130.b
15. *Forsitan & Patrem meum.* 485.b
In ignem mittent, & ardent. 454.c
16. *Scriptum est in prophetis.* 423.a
Pater meus diliget eum. 130.b
17. *Nisi granum frumenti.* 48.a
18. *Regnum meum non est de hoc mundo.* 655.b.657.c.686.c
Tu dicis quia Rex sum ego. 676.a
19. *Miserunt sortem super, &c.* 163.c
Videbunt in quem transfixerunt. 486.b
21. *Pasce oues meas.* 263.a
Potestatem dedit ei iudicium facere 680.b

Ex Actis.

1. *In vestibus albis.* 162.b
2. *Solutis per Christum doloribus inferni.* 64.c
9. *Apparuit Christus Paulo.* 394.c 395.a
13. *Conuertimur ad gentes.* 318.a
16. *Paulus & Sila nocte canunt.* 229 b.
18. *Priscella, & Aquila tondent se.* 408.c
21. *Paulus, & alij radunt se.* 408.c
22. *Apparitio Pauli narratur.* 395.a
23. *Paulo astitit Christus dicens constans esto.* 395.c

Ex Epistola ad Romanos.

1. *Non solum qui agunt, sed qui consentiunt*

sentiũt digni sunt morte. 579.a
Iustus ex fide vivit. 180.c
2. *Quicunque sine lege peccaverunt.* 58.c
5. *Per fidem in sanguine ipsius.* 48.a
Peccatores constituti sunt multi. 73.c
6. *Gratia Dei vita æterna.* 93.c
Sicè exhibuisti membra vestra. 585.a
Argentum & aurum electi. 78.b
8. *Si tamen compatimur.* 585.a
Expectatio creaturæ. 23.b
Quos præscivit & prædestinavit. 7. & 8.b.48.c.
Quod si filij & hæredes. 93.c.94.c. 117.c
9. *Quod si Deus sustinuit.* 24.c
11. *Nunquid Iudæi sic offenderunt vt caderent.* 25.a
Cæcitas ex parte Israel. 25.a
13. *Nõ est potestas nisi à Deo.* 672.b
14. *Tu quis es qui iudicas.* 680.b
Mortuus est vt vivorum & mortuorum dominetur. 675.c
Vivit Ieova, quia flectetur omne genu mihi. 635.b

Ex. 1. Ad Corinthios.

2. *Quæ sunt Dei neme novit.* 56.a
3. *Omnia vestra sunt sive, &c.* 42.a
4. *Vnusquisque propriam mercedem.* 98.c
6. *Omnes quidem currunt.* 84.c
Emptí enim estis pretio magno. 675.c
7. *Virginitatis consilium.* 345.c
Capita mulierum propter Angelos velari. 568.b
9. *Nonne Christum Iesum dominum nostrum vidi.* 395.a
10. *Sive comedatis, sive bibatis.* 114.a
Patres nostri omnes sub nube fuerunt. 84.b
11. *Vir si comam nutriat.* 408.b
Oportet hæreses esse. 25.a
12. *Sive in corpore, sive extra corpus.* 198.a
13. *Videmus nunc per speculũ.* 180.c
15. *Primitiæ dormientium Christus.* 381.c
Nonissimè visus est mihi. 344.c 395.c
Præter eum qui subiecit ei omnia. 681.a

Ex. 2. Ad Corinthios.

5. *Per fidem ambulamus.* 180.c
8. *Qui cum Dines esset.* 656.b.663.a
11. *Sathan transfigurat se in angelum lucis.* 352.a.393.c

Ad Galatas.

1. *Si Angelus de cælo evang.* 148.c
3. *Quando venit plenitudo temporis.* 24.b
Quod si filius, & hæres per Deũ. 93.c
Quanto tempore hæres parvulus est. 675.c
Is qui secundũ carnẽ natus erat persequebatur Isaac. 552.a.554.b

Ad Ephesios.

1 *Elegit nos en ipso.* 22.c.48.c.522.b.
Omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ. 42.a
In partem sortis sanctorum. 79.b
Omnia subiecit sub pedibus. 681.b.
4 *Ascendens in altum.* 148.a
Quod autem ascendit quid est nisi quia descendit. ibidem.
6 *Non est nobis colluctatio.* 87.c

Ad Philipenses.

1 *Cupio dissolui, & esse &c.* 65.c
2 *Propter quod & Deus exaltauit.* 120.b
In nomine Iesu. 635.b.681.b

Ad Colossenses.

1 *Sorte vocati estis.* 79.b
In quo sunt thesauri sapientiæ. 181.a
Omnia in ipso constant. 629.a
Qui est imago Dei inuisibilis primogenitus creatu. 26.c
Pacificans per sanguinem Crucis. 47.c
2 *Quæ sunt vmbra futurorum.* 29.c
In quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat. 30.a

Ex. 1. Ad Timotheum.

1 *Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad ag.* 45.c
4 *Quæstiones inutiles deuita.* 222.b

Ex. 2. Ad Timotheum.

2 *Nemo militans Deo impl.* 682.b

Ad Hæbreos.

1 *Hæredem vniuersorum* 666.b
2 *Videmus Iesum per passionẽ.* 120.b
10 *Vmbram habens futurorum.* 29.c
11 *Iuxta fidem defuncti sunt.* 180.c

Ex Canonicis.

1. Petri. 1. *Non corruptibilibus auro, & argento.* 675.c
In quem desiderant Angeli prospicere. 402.c
3. *In quo & his qui in tartere erant spiritualibus veniens prædicauit &c.* 61.c. *infra late.*
Vbi est promissio aduẽtus eius. 85.c
4. *Mortuis euangelizatum est.* 67.b
5. *Ecclesia quæ est in Babilone.* 277.a
Aduersarius vester Diabolus. 85.a
Iacobi. 5. *Potestatẽ habẽt super aquas.* 366.a
1. Ioan. 4. *Omnis spiritus qui non credet.* 64.b
Probate spiritus si ex Deo sint. 394.c
Non quod nos prius dilexerimus. 131.a
Vltim. Est peccatum ad mortẽ. 432.c
Iud. *Altercatio Diaboli de corpore Moysi.* 368.b

Ex Apocalipsi.

1. *Primogenitus mortuorum.* 381.c

Princeps Regum terræ. 666.b
Et qui eum pupugerunt. 468.b
Ego Alpha & O mega. 30.b
4. *Vidi turbam magnam, &c.* 85.a 162.b
7. *In vestibus albis.* 162.b
Vicit Leo de Tribu Iuda. 168.b
9. *Habebat super se Regem Angelum abyssi.* 667.c
11. *Dabo duobus testibus meis.* 365. c.367.c
13. *Agnus occisus ab origine.* 48.a
14. *Cauda traxit tertiam partem stellarum.* 85.a
Fumus tormentorum ascendit. 449.b
Cruciabitur igne, & sulphure. 432.c
15. *Sedet super septem montes.* 291.
16. *Æstuauerunt homines ab æstu magno.* 448.c.454.c
17. *Meretrix purpurata Babilon.* 291. c.
18. *Venient tibi in vna die omnes plagæ.* 443.b
Meretrix sedet super septem montes. 291.
Væ væ ciuitas illa magna. 443.b
Fletus in inferno. 448.a
19. *Vocabatur nomen eius fidelis & verax.* 636.b
Rex Regũ, & dominus dominan. 681.c 666.b
Sulphure & igne. 446.a
Cantantes Alleluya. 226.c

INDEX

INDEX RERVM IN hoc opere contentarum.

A.

ABEL nomen non recte impositum. 621. Fuit virgo martyr & sacerdos. 324. quo anno mundi & vitæ fuit occisus. 324. b

Abraham, an vnquam fuerit idolatra. 528. b. In ignem fuit proiectus 533. a. eius opus fuit Mecha Mahomæ. 535. c eius nomen mutatum à Deo. 629. b. eius pater idolorum venditor. 529. c

Abstractiua notitia. Vide Notitia.

Achaz. 10. annorū generat. 335. a

Achilles cithara seipsum concitabat. 231. b primam barbā obtulit Dijs. 414. b

Acrostichi psalmi aliqui. 247. c

Acceptus ad gloriam quando est homo. 117. a

Actiones sunt suppositorū 219. c & 251. c

Actio quomodo fit prior termino 144. a

Non est causa efficiens rei. 141. c

Actio naturalis sine motu cœli nequit. 455. a Nulla in inferno nisi intentionalis. 453. a & 457. a

Actiones naturales an possint esse meritoriæ. 113. b

Actio supernaturalis requirit concursum supernaturalem. 608. b

Actus charitatis an sit tā bonus sicut peccatum est malum. 608. a

Actus intensus ab habitu remisso, quomodo possit elici. 121. c. & 123. a

Actus vt sit meritorius quid. 98. a

Actus primus fidei meritorius. 99 a

Actus animi gubernatur à musica 228. b sunt secundum se totos supernaturales. 154. c

Actus virtutū infusarū meritorij licet non referantur à charitate. 114. c. 114. a

Actus in instanti iustificationis potest esse meritorius. 101. c

Actuum perfectio quomodo crescat ex parte obiecti. 607.

Actuum diuinorū vnus prior alio quomodo. 1. c. vnus propter aliū quomodo. 3. quo ordine sint in Deo. 6. & 7. Idem agens non potest simul rem producere, & augere. 107. b

Adā quot filios habuit. 346. a filias

Yy 3 & ea-

& earum nomina. ibid. quòd præter Euam habuit aliam vxorem, ex qua genuit Dæmones, dicunt Hebræi. 347.c
Adam habuit præceptum multiplicandi. 344.b. multiplicaretin paradiſo.a. creatus in ætate quaſi ſexaginta annorũ. 325.c. per quindecim annos à ſui creatione non genuit. 326.a. ab ipſo vſque ad iudicium continuatur mundus. 7. hominibus. 365.a.
Adorare in ſcriptura quid. 376.a.
Adoratur Samuel à Saule. 376.a Dauid à Nathan. ibidem.
Aedificare domos in ſcriptura quid. 358.b
Ægidius Romanus auditor Diui Thomæ. 4.b
Ægidius Romanus quis, & quod fuerit defenſor Diui Thomæ. 187.c
Ægyptij Draconẽ colebãt. 166.c & etiam Ibim. & aquam. 534.a Quod ſalui facti fuerint, tenet Hiero. 59.c
Aeris ingredientis feneſtrã exemplum expenditur. 44.b
Aere cruciantur damnati. 490.b
Aetas hominum in initio mũdi ad generandum, & noſtraq; laſſata ab vſu venereorum. 324.b
Aeternum in ſcriptura non ſemper ſignificat Perpetuitatem. 74.b.
Aeternitas inferni oſtenditur. 726
Aeternitati omnia coexiſtere, difficulter intelligitur. 496.c
Aeterna tormẽta inferni eſſe oſtẽditur. 72.b. quomodo ſint æterna. 442.c
Aethna porta inferni. 434.c
Agens eſt propter ſuam operationem. 43.a Agens vnum non poteſt ſimul rem producere & augere. 107.b
Albus color quid ſignificet. 164.b
Dijs ſacer apud authores ſacros & prophanos. 162.b
Alexãder Magnus equos & mulos & ſe & omnes totõdit in ſignũ triſtitiæ. 405.c. muſica plurimũ commouebatur. 230.c
Aleas qui vendunt non peccant. 573.b
Allegoriæ non habẽt vim ad probãdas res fidei in ſcriptura. 147.a
Alphabetici Hebræi ordo peruertitur. 147. Alphabetarij pſalmi. 145.c
Amor & aliæ paſſiones animæ augentur & minuuntur cantu & muſica. 228. & 229.
Angelorum plures ſalui. 85.a vltima diſpoſitio ad gratiã in eis nõ fuit à gratia. 127.b. habuerũt euidentiam myſteriorũ in atteſtante. 203.c Per angelos malos interdum punit Deus. 360.c Mali cecidere de cœlo ob fœminas. 567.a. vide Diabolus.
Anadiploſes in pſalmis. 248.c
Anaphora & epanaphora. 248.c

Anima hominis ex musica & numeris constat. 227.b. Multum commouetur cantu. ibidem.
Animæ separatæ trahuntur interdum cum Dæmonibus per aerem, 359.
Non possunt mouere corpora nisi proportionata. 391.b. Non cupiunt apparere viuis 392.a. Moueri possunt localiter. 392.a qua mensura mensuretur talis motus. ibid.c.
Animæ defunctorum apparent ex omnib⁹ receptaculis. 392.c. etiã de inferno. Ipsemet per se non semper per angelos. 387.b. Vide Mortui. & Apparitio.
Animæ purgatorij cur dicuntur torqueri sulphure, inferno, tartaro. &c. 433.c. An Christo descendente in triduo fuerint liberatæ. 434.a. an orent pro nobis. 435.a
Animalia in igne viuentia. 455.
Anni semper. 12. mensium. 326.c.
Annus Maximus. 36000. annorũ. 359.a
Antonio apparet Diabolus. 394.a etiam Christus: 400.b.
Anticipatio in scripturaquid. 382.a
Anticipationis exempla. ibidem.
Apices Hebraicarum literarum non sunt de essentia scripturæ. 466. c.
Aposiopesis in psalmis. 250.a.
Apostolorum omnium sedes & Ecclesiæ præter Petri perierunt. 278.c
Apostrophes in psalmis. 259.a.
Apparitiones mortuorum irridentur ab Hæreticis. 351.b. Possunt fieri virtute Dei. 352. b. Id credidere etiam Gentiles. 161. c. imaginariæ illusiones interdum sunt. 353.b. multæ referuntur. 353. b.
Apparuit Christus post ascensionẽ in propria persona 393. b. Paulo. 394.c. suæ matri. 396.a. D. Petro. 397. b. & alijs. 397.c.
Apparuit verbum diuinum in veteri testamento Patribus. 400.a
Aqua Deus Aegyptiorum vicit ignem Deum Chaldæorũ. 534.a
Aquæ propriæ in inferno an sint. 446.c
Aquilones partes sunt sedes Diaboli & quare. 432.b
Aram combustus in igne Chaldæo. 533. b
Arma infidelibus qui vendit an peccet. 575.a
Articulorum euidentia in attestãte haberi potest. 203.b
Articuli fidei non sunt demonstrabiles, etiam supposita fide. 180.a
Arrianorum in virgines odium. 373.c
Aristotel. de Trinitat. sentent. 174.b
Asini cultum imponebant Gentiles Christianis. 167.a
Asina Balam vt loquuta est. 359.c

Asini sepultura quid in scriptura, 367.
Assyrijs columba sacra. 165.c
Assyria idē quod Syria. 166.b multas habet prouincias. 166.c
Attributa Dei non habent infinitatem, vt præscindunt ab essentia. 195.c
Non omnia videntur à beatis in verbo. 505.c
Attritio nō potest haberi viribus naturæ. 112. potest esse meritoria gloriæ. 112.a
Augeri & produci potest simul forma, tam supernaturalis quam naturalis. 107.c
Augmentum gloriæ non meremur per primam contritionem. 100.b.
Augustinus cur dubitando tractat quæstiones scripturæ, 451.b. In Tragedijs flebat. 564.a & post in Hymnis & canticis Ecclesiæ. 228.a
Auxilium supernaturale principium contritionis & cum habitu remisso elicit actum intēsum. 121.c

B.

BArbam radere in malam partem. 405.c. nutrire in bonam 406.b. Indifferenter. 410.b primas barbas immolabant Dijs gētes. 415.a
Barbarorū nomina præstantiora cæteris. 621.b. Per barbaros Hebræi significantur ibi. c
Beata virgo fidem hic nunquā exuit. 205.c non fuit mēdica. 690. ei apparet Christus post mortē sæpē. 396. b & ipsa post mortē apparuit multis. 386.
Beatifica notitia quæ sit. 218. 219.
Beati loquuntur hebraica lingua in cælo. 226. 459.
Beati non vident omnia quæ sunt in verbo. 505. c. pro ipsis orare blasphemū est. 441. b. si beat⁹ in igne poneretur non læderetur. 456. b cur. 457.
Berosi Chaldæi de peccatis hominum tempore diluij sententia. 60. b. Cōfictus ab Annio. 290. b
Bona sensus retardāt nos. 85. 86. a
Bona Monasteriorum cōmunia 539. b. à quibus administranda. 540.
Brigittæ apparitiones. 399. a
Bruta non coeunt cum parētibus. 346. b. carmine & citara leniuntur. 228. c.

C.

CAbalistarum mysteria de nomine Iesu. 625. c
Cœli instrumēta musicæ 237. c verum sonum, & musicam edunt. 235. a cur non eā audimus. 237. b. 270. b. singulis cœlis, singulæ Syrenes insunt. 236. c
Cœli motu cessante nullus naturalis motus erit, bene tamen intentionalis. 455. a. 457. c
Cæsaris cura circā tonsurā & barbam.

bam.412.a. vice Christi erat rex 677.a
Caietani tres ordines rerum explicati.43.c.44.a.tenet quod Christus prędicauit damnatis fructuose. 64.b
Caim quo anno mundi & vitæ occidit Abel.324.b.nomẽ ei nõ recte impositum. 621.a
Calor & frigus simul agũt in damnatos.444.b non contrariantur ibi & cur? quis calor dicatur, vltima dispositio ad ignẽ. 139.c
Calor qui simul cum igne perducitur non est dispositio ad ignẽ 133.c
Caluinus negat cuncta loca infernа. 439.
Calua Venus cur colebatur. 410.a
Camelli decepti vt cum matre coirent ira & rabies. 346.c
Canes locuti. 359. c quomodo. 360.a
Cantu & carmine vtitur Ecclesia militans & etiam triumphans. 226.a his bruta etiam mulcentur. 228.b
Exhilarantur tristes cantu.c.& minuitur labor opificibus viatoribus. 229. a. disponebant se prophetæ ad prophetandum. 225.a
Capilli ornati occasio mali. 490.c Hispani laudati.c.mulierum ad ornamenta bellica.410.a Capillos nutrire in bonã & in malam partem. 406. eos immolabant gentes Dijs. 414.a
Carmen quoddam est totus mundus ex Aug. 232. Carmine Deo laudari mauult quã prosa. 224.c
Carmina Hebræorum non sunt vt nostra. 254.b.258.
Caput radere quale sit. 406.c
Carcer dicitur corpus in scriptura 65.b
Caro vel corpus hominis dicitur carcer in scriptura. 65.b
Carpo apparet Christus. 397.
Carthas pictas vendere an liceat. 573.b
Catechumeni cur priuati suffragijs Ecclesiæ. 436.a
Catherinæ Senensi apparet Christus. 400.a
Cato. 80. annorum genuit.327.b
Causæ obiectiuæ vicem supplere Deus non potest. 196.c
Causæ ob quas tam pauci saluãtur 85.b
Causa finalis præcipue habet locũ in Deo. 53.a
Cedrus in bonam & in malã partem capitur in scriptura. 411.a
Ceilitani traderent Dauidem. 476.c
Cerua matutina in titulo psalmi. 21.quid sit. 243.b
Chaldæi colunt ignẽ. 533.c Chaldęorum Vr quid nam sit. 534.a
Chrysostomi odium in comędias & ludos scenicos. 585.c
Christus satisfecit de toto rigore iustitiæ,596.a,alteri.b. & si-

bi.c.ex proprijs.597.a.per quãlibet operationem.599.c. an Pater teneretur acceptare.600.b.

Christus luctatus cum Iacob non Angelus. 400.c. Apparuit in propria persona in veteri testamento.66.a. Prædicauit temporibus Noe. 66.b.c. & apparuit in spiritu. ibid. Prædicauit animabus purgatorij. 68.b & damnatis inferni, vt dicunt aliqui.61.c.&.62.b. Verè & substantialiter descendit ad inferos,contra Durandum. 390.a

Christus apparuit Petro fugienti Roma.397.b. & beatæ Virgini & Constantino.398.c. & beatæ Brigittæ.399.a. & Chatherinæ Senensi.400.a. & alijs verè de cœlo descendens.437.

Christus & Petrus sunt Petra & fundamentum Ecclesiæ.265.c & 266.a. & caput ambo. 265.

Christi imaginem assumit Diabolus. 393.c

Christus sub ascendente Virginis natus.922.c. Tonsura vtebatur non rasura.425.a. Bibebat vinum.424.b. non fuit Nazaræus legalis.416.b. nõ fuit Nazaræus per Zain, sed per Zadic. 417.c

Christus est nomen Patris eur. 636.c. & 637.a. dicitur Nomẽ Dei.531.a. inuenit nomen Iehouah.628.b. dicitur abbreuiatio Patris. 631.c. dicitur Salomon in Scriptura.651.c. & Dauid.a

Christi mors & passio, an & quomodo profuerit damnatis.64.a & fuerit causa nostræ prædestinationis.47.c. eius incarnatio prius præuisa quam caro hominum. 39.c.42.b

Christus prædestinatus prior omnibus.48.c. 26.b. visus scientia visionis prior omnibus creaturis.52.&.53.dicitur germen.28 b. & primus fœtus creaturarũ. 27.a. si non esset futurus nihil esset in mundo.30.b. prædestinatus ante peccatum non veniret si non esset peccatum. 13.b passibilis vel impassibilis. 50.b

Christus prædestinatus antè omnes creaturas.a.26.b. creaturæ omnes propter Christum. Christus Alpha & Omega.30.b. dicitur corpus in scriptura. 30.a & primogenitus quare. 27.c. de cruce prędicat. 472.a.b.

Christus cur non meruit gratiam, vel gloriam, vel vnionem.95.a. 119.c. non duplici titulo, sed vnico habuit gloriam corporis ex meritis. 120.a.b.

Christus. 40. diebus post resurrectionem fuit in paradiso. 381.a ascendit in cœlum aliter quam Elias. 364.

Christus habuit euidentiam in attestante mysteriorum fidei.

204.a. 206.a. per scientiam inditam quomodo cognouerit Trinitatem. 206.a

Christus fuit verus & proprius rex omnium creaturarum. 666. a. aliter quam reges mundi. 660. a. cur id non exercuit in hac vita. 711.a non fuit rex iure hereditario. 669.b. nec quia electus ab Hebræis. 669. c. sed titulo redemptionis. 675. c. & dono Patris. 676. c. etiam in hac vita. & in vtero matris. 679. b. cur negauit se esse regem. 784. c. eius perfectioni nihil obstabat regnum. 689.

Christus verè pauper non per rerum inopiam. 691. non mendicus. 690. habuit proprium. 691. paruulus dum erat in hac vita. 678. 979. a

Christianis imponebant Gentiles quod asinum colerent. 167. a. nunc in Hierusalem dissecti. 318. c. Vide Fideles, dicebantur Nazaræi. 420.

Circus. 162. quid & quale. ibi.

Circunciſus Christus & præsentatus in templo ceu peccator. 423.c.

Citharæ & musicæ vis. 227. a. & 230.b.

Chitharistæ & lyristæ an peccent, & an sint infames. 583.b

Claues tres sibi Deus reseruauit, pluuiæ, vuluæ, vitæ. 338.a.

Cleros in Psalmo. 67. esse vasa coquinæ. 161.a. vel sortes. 163. b vel terminos seu confinia regnorum. 164.a. vel ordines seu acies belli. 164.b

Codices Hebræi non sunt vitiati sed intregri & puri. 462. 463.

Cæcitas Iudæorum propter electos. 25.a

Coexistentia rerum in æternitate difficulter intelligitur. 497.

Cognitio omnis terminatur ad aliquod obiectū, nec Deus potest facere oppositum. 198.c

Cognoscit Deus futura contingentia antequam decernat ea esse. Vide Futura. Cognosci abstractiuè quidditatiue non potest Deus. 189.c. Vide Notitia, Scientia, Futura.

Colūba sacra Assyrijs. 165.b. Dea illorum. 166. in vexillis eam gerebant. 167.c. significat iram & gladium. 168. c

Comœdiæ Tragœdiæ nomē. 560. in quo differant. 561.a. in bonos vsus olim. 562. in quo loco agebantur. 562. c. quod sunt licitæ cum certis conditionibus. 572. vsque. 578.

Comæ capitis, vide Capillos.

Comici an peccent. 573.b. & qui eos spectant. 557. c. sunt infames. 577.c. & 580. an possint esse testes. 580. c. cur admittantur ad cōmunionem ibi, an sint in republica necessarij. 582.b

Communio an neganda comicis & scenicis. 581.b
Conditionata futura, Vide futura & vide contingentia: Conditionales promissiuæ. 486. qualiter sunt veræ. 513. Vide verbo veritas, & verbo futura contingentia conditionata.
Concreta singularia duo in diuinis. 216.b
Conditionalis propositio vera an sit necessaria. 478. 514.a
Conclusio de fide non sequitur ex vna naturali. 313.b
Consuetudo patriæ seruãda. 412.b
Conscientia peccatorum est vermis. 447.c
Contingentia futura habent determinatam veritatem. 490. an repræsententur in Deo naturaliter. 505.a Vide futura.
Contingentia conditionata certo & determinatè cognoscit Deus. 481.
Contritio & dilectio cur magis sunt vltimæ dispositiones quã alij actus. 102. nõ procedunt ab habitu gratiæ sed ab auxilio. 128. 129. non præsupponũt remissa peccata. 136. Prima dilectio & cõtritio, & eiusdẽ speciei cum alijs quæ deinde eliciũtur. 139.a
Quomodò Deus diligat eum qui habet contritionem. 138.a
Contritio quando effectiuè pellit peccatum. 135.a
Conuiuia an debeant musica, & cantibus etiam apparari cõpositio Acrosticha. 247.c
In psalmis Acrostichis aliquando omittitur aliqua litera. 247.c
Copula carnis esset in paradiso si duraret status. 344
Copula inter diabolos & mulieres quomodo sit. 358
Corona procoma capitis. 406.b
Corpus Moysi. 366. & 367. Vide Moyses.
Corpora sanctorum cũ Christo surgentia an & quomodo surrexerunt. 380.c
Corpora dãnatorum vt non corrumpantur. 458.a Vide damnati.
Corpus, id est, veritas in scriptura. 30.a & ipse dicitur Christus corpus.
Corruptum per naturam idem non potest reparari. 359.a
Corrupti seculi mores, 81.c
Corrupti non sunt sacri Codices, 462. 463.
Creatio procedit à tribus diuinis personis. 219.b elicitiuè nõ est à prouidentia, sed à prædestinatione. 34. 40. 41.
Creare non potest Deus si subsistentias relatiuas præscindas. 217.
Creaturæ an referãtur naturaliter ad totam Trinitatem. 213.a & 218.a
Creaturæ rationales omnes saluã

gur iuxta Origenes errorē. 56.b
Creaturæ dicuntur vmbræ.30.omnes sunt propter prædestinatos.31.c. propter Christum. cur dicuntur à Paulo ingemiscere. 23.c
Creaturæ omnes cruciaturæ sunt damnatos. 450.b
Cruces ligneæ in priuijs vnde cœperunt poni. 163.a. de cruce Bomilcar prædicat aliter quam Christus. 472.b
Crucifixi eadem die sepeliendi. 465.c. viri crucifigebātur versi ad populū: fœminæ ad lignum. 472.a
Cybelis matris Deorum sacerdotis casti. 329.a
Cypriani eloquentia. 559.b

D.

DÆmon, vide Diabolus.
Damnati aliquādo saluādi ait Origenes. 56.b. sed vere in æternū sunt puniendi. 74. non iuuantur suffragijs viuorū. 431.c. 436.c nec minuitur eis pœna. 437.c 437. transeunt de vno tormento in aliud 442.a. simul torquentur frigore & calore. 444. & 452.a
Damnati non recipiunt etiam in corporibus calorē & frigus sed speciem intentionalem 453.a. & 457.b. an sit in eis fletus fœtor sulphur aquæ, &c. 445.a. & infra. vt possint in æternum pati ab igne 75.a. 453.
Dauid carmine pellebat Diabolū de Saul. 225.c. vere fecit psalmos carmine. 239.c. diuinus poeta. 251.b. oēs Patres ecclesiæ idem de Dauide sentiant. 240.a laudatus ibi. 259.b. contra Hæreticos. 223.b
Dauid nomen sæpe ponitur pro Christo in scriptura. 651.a
Defunctus. Vide Mortui & Apparitio.
Demonstrari res fidei non possunt etiam suppositā fide. 180.
Demogorgonis primi Dei nomen ineffabile. 631.
Deus solus miracula facit. 357.b. nō punit bis in idipsum. 60. simul producit & auget gratiam. 103. & 108.a. nō potest supplere oēm causam 196.c. nihil dubitando dicit sed certo. 483.a. specialem curam habet sedis Romæ. 316.c 319.c
Deus Mauult laudari se versu quā prosa. 224.c
Deus cognoscit futura cōtingentia & etiam conditionata, vide Futura Contingentia & Conditionata.
Deus cur creat quē præscit peccaturum vel damnandum. 523.
Deus in hac, Deus creat quomodo stet pro persona, & in hac Deus generat. 318.b.c
Deitatis indiuiduum duplex. 247.
Deus nullam habet subsistentiam abso-

absolutam sed tres relatiuas. 215. & 216.
Dei mors & passio in optimis locis 463. & 464.
Dei nomen nec ore enunciandū. 630. c. Vid. Iehouah. Deus vita nostra in plurali. 471. b
Diabolus creatus & conseruatus propter electos. 24. odit musicā 215. c. saluandus in fine mundi ait Origenes 56. b. adoratus à Saule. 413. b
Diabolus non potest miracula facere. 357. b. non potest generare. 358. b. quomodo potest coire cum fœminis ardet amore fœminarum. 568. b
Diabolus non facit animas apparere. 351. simulat se esse animam ibid. 355. non potest detinere corpora cœlestia. 361. c. potest imprimere nobis species. 362. a transfigurat se in Angelū lucis. 352. a. 370. 371. etiam in formam Christi. 393. c. ei immolabātur barbæ & capilli apud gentiles 413. b. c. Quo ad motum locale omnia ei obediunt. 358. a
Dilectio & electio Dei quomodo differant inter se & à prædestinatione. 51.
Dilectio Dei super omnia antecedit contritionem. 135. & 136. est dispositio vltima ad gratiā potius quam alij actus. 102. a. b. non procedit ab habitu Charitatis. 130. b. c. est remissiua peccati. 138.
Quomodo nos priùs diligamus Deum quod Deus nos & e cōuerso 31. b
Diluuij tēpore quæ erant peccata hominum. 60. a. illos homines saluos fuisse ex Hiero. ibi. a
Dispensare in iure diuino quomodo possit Pap. 295. & 296. in humano iure potest sine causa. 303. a
Dispositio ad gratiam. vide Contritio. & vide vltima dispositio.
Dispositiones vltimæ ad formam non sunt à forma. 133. a.
Disponere materiam ad formam qua ratiōe posit diabolus. 358. b
Diuitiarū nocumēta. 78. cur Deus eas pollicebatur Hebræis. 337. a
Dominus orbis & mundi Christus vt homo. 666. & 676. quo titulo. 679. etiam in hac vita. 681.
Dominium & regnum differunt. 664. c. 679. c dominium & vsus differunt. 682. c. dominium àmari vsque ad mare quomodo in Christo. 652. b
Domos ædificare id est generare filios in scriptura. 338. b
Durandi error circa descensum Christi ad inferos. 390. a. b

E.

Ecclesia pastorē habet perpetuum hic. 267. b in Occidēte habet

habet caput non in meridie. 283.a.b. quot persecutiões passa 279.a. 283.c. nunquam interrupta ab Abel. 559.b. vide Romana & Papa.
Efficiens causa non potest simul producere & augere formam. 107.b
Effectus omnes habent respectum naturalem ad Trinitatem. 213.a
Omnia propter electos, & electi propter Christum. 21.c
Diabolus & hæretici. & omnes iniqui propter electos. 29.b
Ehie nomen Dei quid significet. 632.b
Electi pauci. 77.78.79.80. cur tam 85.86.87. nomine paucorum gemmarum & auri significantur. 78.b
Electio quid differt à dilectione & prædestinatione. 5.a. ibi.
Eli nomẽ aui Christi & quod dixit in cruce Eli Eli non idem. 625. b
Elementis omnibus cruciãdi damnati in inferno. 450.b
Elephas deceptus vt cum matre coiret se præcipitauit. 346.c
Empedoclis mors qualis. 439.b
Enos quomodo cœperit inuocare nomen Domini. 529.e
Epiphonemata in scriptura. 250.b
Episcopi totius orbis semper recognouerunt Romanum. 296.c sunt in statu perfectiori quam religiosi. 682. & tamẽ non sunt pauperes. 709.
Epistrophes in psalmis. 249.b
Epizeuxes. 248.b
Equus deceptus vt cũ matre coiret se præcipitauit. 346.c
Erasmus non vult Petrum vel Papam esse petram sed solum Christum. 264.c
Error Origenis de saluandis omnibus damnatis. 56.b. alter de saluãdis omnibus fidelibus. 55.a qui tribuitur Hieronymo simul cum alio. 57.a. altet simile. ibi. & infra.
Essentia diuina non potest abstractiuè cognosci. 188.c. 189.a. omnia quiddit. repræsentat etiam antecedenter ad voluntatem. 498.b. est ratio propria & distincta singulorum. 499.b
Et, particula declaratiua. 36.c. & causalis. ibid.
Quid sit euangelizare præter id quod euangelizatur, &c. 151.c
Euangelizantibus in psalmo. 67. est vox fœminini generis. 154.b
Eucharistia, id est, facta consecratione an maneãt eædem notitiæ sensitiuæ. 200.201.
Euidentia in attestante mysteriorum haberi potest. 204. impugnatur. 206. defenditur. 16. non excludit fidem. 208.
Eunuchi qui laudati. 332.b. qui vituperati. 332.333.a
Eugubinus putat psalmos non magis esse metra quam libros Salomonis. 255.a

Retu-

Refutatur ibi.c.ex Hiero. 257.a
Euſebius Cœſa. quis & quam doctus præſertim Hebraicè. 256.a
Exemplū de aere ingrediente fenestram expenditur & refutatur. 144.b
Exempla de vi & potentia muſicæ 230. &infra plura.
Exiſtentia in Deo non eſt idem quod ſubſiſtentia. 215.c
Ezechias cur tam miſerè deplorabat mortem ſuam expenditur. 339.
Exortatur ad pſalmorum ſtudium. 259.a

F.

FEbruarius vnde dictus. 352.c
Femore iurabant Hebræi. 681.
Fidelis nomē Chriſti in Scriptura. 636.b.
Fideles omnes ſaluantur ex Hieronymo. 57.a. refutatur is error. 75.c
Fidelium minor pars ſaluatur. 80.
Fidei actus primus eſt meritorius 99.b.c. fidē viatores nunquam exeūt. 180.c. fidei myſteria non naturaliter cognoſcūtur. 179.c
Figuræ & characteres Hebraicarū literarum. 626.627.
Filij Adam & filiæ quot, & quæ earum nomina. cum ſuis ſororibus contraxerunt. 345.346.
Filiorum copiā cur Deus Hebræis pollicebatur. 337.a & ipſi tanto pere deſiderabant, ibi.
Filij parentibus diſsimiles vnde gignerentur. 592.
Finis beatitudinis ſuperat captum noſtrum. 85.b
Finis vel cauſa finalis locum habet in Deo potius quam alia cauſa. 18.c
Finis vltimus & finis effectus. 42.c.& 43.a
Finis quem Deus habuit in rerum creatione Chriſtus. 31.b.c. finis Chriſti quomodo ſit ſalus hominum. 42.& 43.
Fletus an propriè in damnatis. 448.a
Fœminæ Hebræorum canebant virorum victorias. 155.b. erant conuentus veluti monialium in templo in vet. teſt. 156.b
Fœmina ſpecies domus cur. 160.a
Fœminas cum diabolo coire. 358.b.c. Vide Diabolus, an debēt tonderi vel radi. 410.a
Fœminarum minyſterio an licite fiant comœdiæ. 564.&c.
Fœtor an propriè in damnatis. 449.a
Forte in ſcriptura non tollit certitudinem. 483. idem quod certe.
Fortis Deus debilitatus. 473.a
Fortunæ ſimulachrum lapideum. 356.a. qua arte & modo loquutum. 359.360.
Formæ ſupernaturales exigunt cō curſum Dei ſupernaturalem ad hoc vt operentur. 193.b
Formam prius inhæret quam operetur.

retur. 131. b. potest simul produci & intendi. 107.a. non est causa vltimæ dispositionis. 133. & 134.
Frigus verum in inferno. 447.a simul cũ calore cruciat corpora damnatorum. 444.b.c
Fundamentum Ecclesiæ Diuus Petrus. 265.266.a
Futura contingentia habent determinatã veritatẽ. 489. & 490. dupliciter cognoscũtur à Deo 496.a. & infra. quod futura cõditionata certo etiam cognoscit. Vide cõtingentia propter 18. locis sacræ Scripturæ. 481.
Enumerãtur modi quibus Deus hæc cõditionata cognoscit. 494. & infra. Non prædeterminantur à Deo. 508.

G.

Generales ordinum in duplici differentia. 310.b.c
Generare in initio mũdi non incipiebãt nisi cẽtenarij. 324. 326.
Gentium nomine appellãtur Iudæi. 383.c
Gentiles plectebãt cœlibes. 335.a cur. 387.a. vt nouerunt Trinitatẽ. 178.a. ab Hebræis didicerunt omnes literas. 179.a. 241.a 621. immolabãt capillos & barbas Dijs. 413.a
Gigantes Cene. 6. qui sint. 588.b
Gloriam primã promeremur per vltimã dispositionẽ ad gratiam. 97.a. gloriam & eius augmẽtũ potest quis simul mereri. 103.a non tamẽ per vltimam dispositionem. 100. 53. gloriam sine proprio merito habẽt multi. c.
Gloria datur iustis vt primũ operũ & vt hęreditas filiorũ. 116.b
Gloriã corporis meruit Christus non animæ. 119.c
Græci ab Hebræis omnem literaturam didicerunt. 241.a
Græci Papatũ Ecclesiæ sibi vsurpabant.
Gratia & bona gratuita prius volita quam naturalia. 37.a. & etiã prius visa scientia visionis. 59.
Gratia & gloria soli Deo sunt naturales. 8.a
Gratia potest simul produci & augeri. 103.a. 108.c. semper producitur in aliqua intensione. 103. 104. nõ efficit contritionẽ 131. 132. extra sacramentum nõ datur ius ad gloriã donec homo operetur. 117. quomodo sit acceptatio ad gloriam. 115. 116. eius augmentum non cadit sub merito vltimæ dispositionis. 123.
Quomodo prima gratia datur gratis & tamẽ acceptatio ad primam gloriam non sit gratis sed ex merito. 115.c
Gratis & ex iustitia non potest aliquid dari. 119.b
Gratia quomdo præsupponit naturam. 37.c. 38.a
Gratia habitualis Christi an sit

causa, vel instrumentum in satisfactione. 615.
Grauitas peccati duplex & qualis. 606.
Gregorij Nazianzeni amor & studium in virginitatem. 348.a
Gregorius Papa cur noluit appellari pastor vniuersalis. 270.

H.

H communicata Abrahæ & Sarræ. 629. significat filium Dei in nomine Iehouah. ibi. cur. 631.b.
HH, duæ literæ nominis Iehouah cur in nomine Iesu cõmutatæ in SS. 637. 638.
Habitus remissus quomodo possit elicere actum intensum. 122.
Harmonia diapasonica perfecta constat mundus. 234.c
Hæreticorum libros legere an liceat. 152. eorũ cõuitia in Ecclesiã Romanã 280. 281. in sanctas virgines odium. 333. Vide Lutherani & Arriani. irrident apparitiones mortuorum. 351.c. volunt caput Ecclesiæ non esse Romam. 318. tolerantur à Deo propter electos. 24.b
Hebræi Rabbini non semper deliranr. 150.c.
Hebraica lingua loquuntur beati in cœlo. 226.459.
Hebræa nomina diuina rectè imposita. 622. literarũ Hebraicarũ figuræ mysteria. 626, 627. præ cæteris vocabulis. ibi.
Hebræi magistri fuerunt Græcorum & Gentiliũ. 179.a. eorum literæ & carmina antiquiora omnibus. 241.
Hebræi Codices nunquam corrupti. 223.462.
Hebræi cur tantopere desiderabant filios. 340.
Hebræi nomine Gẽtis in scriptura significati. 383.c. Hebræi Afri conuersi ad Christum ex lectione Isai. 53.464.
Hædera symbolum libidinis. 328.
Heli filij interfecti à Deo. 1.Reg. 2. cur. 175.
Helias non ascẽdit in cœlum sed velut in cœlum. 364. nondum est mortuus. ibid. apparuit Christo verè. 363. Victurus vsq; ad iudicium. 365.
Hieronymo error tributus quod omnes fideles saluãtur. 57.a. excusatur à 59.c. sæpe loquitur de mente aliorũ. ibi. apparuit post mortem. 428.a. quam doctus fuerit Hebraicè & Chaldaicè. 255.c
Hieroglifica mulieris, 571.
Hierosolymam volunt Hæretici esse caput Ecclesiæ non Romã 281. refutãtur. 318.
Hircus symbolum libidinis prohibitus sacerdotibus. 327.
Hispanorum capilli laudati. 409.
Histriones Romæ non habebantur pro ciuibus. 568.a. an sint infames. 577. 580.

Hyperboles in sacra Scriptura. 22.
Homines in bruta vi magiæ. 354.
Homines plerũque putant se spectra, videre cum nihil re vera tale videant. 353.b
Quiuis homo est mundani templi sacerdos. 239.a

I.

IAcob luctatus est cum verbo diuino, nõ cum Angelo. 400.
Iacobi oues an naturaliter concepерint varia. 588.
Iah abbreuiatio nominis Ieouah 631.
Ideæ diuinæ repræsentant omnia 497. & infrà. &, 503. & infrà. vide rationes Idæales.
Idolum nihil & inanitas. 529.
Idola viuente Adã cœperunt. ibi.
Idola qui vendit infidelibus an peccet. 575.a
Iecconias vltimus rex Iudæorum. 655.b.657.
Ieouah nominis Dei proprietates 624.c. cur non profertur à Iudæis. 627. quid significet. 632. an ad placitum. 633.a. Christus & Moyses & Salomon illud inuenerunt. 628. recepit literam. S. & sic venit in nomen Iesus. 626.637.640.
Iehouah à radice Houa quod significat tristem. 468. nomen proprium Dei. 469. non communicatur creaturis. b. est nomen proprium Melsiæ. 470. an sit idem quod Iesus. 626.a
Iephthe non occidit suam filiam, sed recluſit eam, ait Lyra. 157. 340.b. eius filia vt fleuerit suã virginitatem. ibi. c. vt circuierit mõtes, id est, sacerdotes. 341.
Iesus nomen, Vide, Nomen.
Ignis verus in inferno. 445. eiusdem speciei cum nostro. 446. quæ sit eius materia, ibi, quomodo duret & conseruetur. c. vrit & nõ lucet. 449. non calefacit corpora damnatorũ. 453. quare. 457.
Ignis simul cum frigore agit in damnatos. 450.a. b
Ignis inferni perpetuus. 73.
Ignis Deus Chaldæorum. 534.a
Victus & extinctus ab Aqua Dea Ægyptiorum. ibidem.
Igne solus homo vtitur non bruta. 533.c
D. Ignatio apparuit Christus post resurrectionem. 398.
Ilia & Mars parentes, & authores Romanorum. 330.c
Illusiones Diaboli. 353.360.361.
Imagines appellãtur nomine rerum quarum sunt imagines. 371.
Illephõso apparet B. Virgo. 385.c
Imaginatio facit casum. 456.457. vis imaginationis. 589. 590. præsertim tempore conceptus. ibi.
Imaginatiuæ & generatiuæ partis consensus & correspondentia. 588.

Immutatio intentionalis sufficit ad torquendum grauissimè. 453. 457.
Imperatorū est omnia de Christo intelligere. 149.b
Imperitor nō est Dominus mundi. 670.b
Imperatores Græci quantum persequuti sint Ecclesiam Romanam. 379.
Incubi & succubi Dæmones. 358.
Incarnatio. Vide, Christus.
Indiuiduū Deitatis in Deo quale 215.216.
Infamia iuris nō tantum incurritur propter peccatum. 582. eam incurrunt Comici, Mimi, Histriones. 577.578.
Infernī pœnas finiendas ait Origenes. 56.b. refutatur. probatur ex scripturis. vide Origenes.
Infernus irridetur à Poëtis. 439. an habeat aliquas portas & quæ sint. 438. ex inferno etiam apparent animæ. 393.
In finem in psalmorū titulis quid sit multipliciter explicatur. 241. 250.
Infinitū peccatum & quomodo sit in eo infinitas. 602. 607. & infrà. Vide Peccatum.
Infinitas valoris in Christi satisfactione & quomodo. 610. & infra.
M. F. Ioānes de Gueuara authoris præceptor. 524.
Insepultū relinqui pœna est. 367.
Instrumētum musicæ est cœlum. 237. b.
In instanti iustificationis homo meretur gloriam per multos actus. 101.
Intercalares versus in Psalmis. 249.250.
Intuitiua notitia & abstractiua non differunt secundū substantiam. 191. c. quid sint. vide Notitia.
Iod prima litera nominis ineffabilis.
Iosephus quam doctus Hebraicè. 255. c.
Iosue nomen an sit idem quod Iesus. 623. 624. 625. b. cur profertur Iosue, & non Iehosue.
Iosue carmine alloquutus est solem. 252. c.
Isaac & Ismaelis ludus fusissime & multipliciter exponitur. 533. c.
Ismael ludebat cum Isaac. ibi.
Ius ad gloriam extra sacr.
Iudæ tribus leones in vexillis gestabat. 168.
Iudas Ischariotes an fuerit laqueo suspēsus in nocte mortis Christi. 382.
Iudæi, vide Hebræi & Rabbini.
Iudex omnium Christus in temporalibus. 680.
Iupiter. l. Iouis. à Ieoua. 633
Iulius Cæsar barbā colebat. 412.b
Ius ad gloriam extra Sacramētum nullus habet à gratia sed ab ope

opere meritorio. 117.
Ius diuinum quę præcepta continet. 392-393. an sit dispensabile. 331.341.
Ius humanũ sine causa est ab hominibus dispensabile. 303.a
Iustitiæ titulus & gratię pugnant. 106.119.
Iustitia Christi ad patrem ęternũ in satisfactione. 595. & infra & an esset legalis, an cõmutatiua 605.616.

L.

LAchrymæ in inferno an sint veræ. 448.
Lamed litera Hebraica typus regis. 627.
Lapides loquuti arte Diaboli 359.
Lapis in bonam partem. 410.
in malam. 411.
Latro bonus meruit gloriam quã habet contra quosdam. 98. 99.
Laus vocalis proprie in cœlo. 226.
Laurẽtij Vallæ declamatio cõtra edictũ Cõstãtini de donatione Syluestri &c. 281. eiusdẽ odiũ in Virgines. 323.
Leo de tribu Iuda quid. 168. tribus Iuda leones in vexillis gestabat. 168.
Lex euãgelica quæ præcepta continet. 293.
Liberi effectus futuri conditionati quomodo cognoscantur à Deo certò. 504. an repræsententur libere. l. necessario in Deo. 505.
Libri antiqui euoluendi. 184.c.
Licentiam debet habere religiosus vt expẽdat, retineat. duplex licentia. 249.
Lilis altera vxor Adam. 347.
Literæ & scientiæ omnes ab Hebræis. 241.
Literalis sensus in scholis præferendus cæteris. 146.
Literalis sensus psalmorum non semper est de Christo. 149.150.
Literarum Hebraicarum figura & significatio mysterijs plena. 623.628.c.
Locali motu multa potest Angelus. 359.
Loqui canes & lapides. 359.356.a
Loth vxor in sal em. 356.a.360.
Lucta Iacob cum Verbo diuino non cum Angelo. 400.
Ludere in scriptura significat idolatrare, occidere, coire, illudere. 552.
Ludouicus Molina refutatur. 501.
Ludus Ismaelis cum Isaac. 533.
Ludi scenici quid & ad quid. 563.
An sint necessarij. 582.b. vide Comœdia.
Lullistarum & Raimundi errores. 176.
Lunæ tacentis silentia. 235.c
Luna sileus in coniunctione. ibid
Lunam cœlo deduci creditum ab antiquis. 356.b.361.362.
Lutheri in Virgines odium. 348.
Lutherus negat apparitiones mortuorum. 362.

Lutherus negat purgatoriū. 386.

M.

Macrobij de Trinitate sententia. 175.c.
Magi Pharaonis quomodo fecerit miracula. 356.361.
Magiæ vi apparere mortui an possint & alia miracula fieri. 395. 397.361.
Mahoma dicebat codices hębraicos etiam vitiatos. 463.
Mahoma tradit suæ Mechæ templum esse opus Abrahæ. 535.
Mali cur tot in mundo. 85.
Maledictos steriles creditū 334.b
Manna cur dicitur in scriptura omnis esca. 444.a.
Mare rubrum in duodecim vias desectum. & 423.
Maria, vide *B.* Virgo.
Martino apparet Sathan in figura Christi. 393.394. mox vere Christus. 398. & eidem Agnes, & Tecla. 385.
Masinissa. 90. annorū genuit. 327.
Materiam disponere diabolus nō potest. 358.a.
Matrimonium necessariū in initio mundi. 344.c.345.
Mayumæ, idest, las mayas quid. 579.
Mediū phrasi Hebraica quid. 82.
Mem litera Heb. clausa quid. 251.
Memoria euidens diuinæ essentiæ haberi non potest nisi quo ad an est. 197.
Mens anima mūdi quid apud Platonem. 175.b.
Mēs nostra habet cū musica cognationem. 227.b.
Meritum debet à gratia & charitate proficisci. 92. non tamē ab habitu gratię, & charitatis. 138. 110.c.115.a. fundatur meritum in acceptione & pacto Dei. 126. quid requiritur ad meritum. 110.97.
Meritum non est respectu primæ gloriæ tenent quidam. 91.c. refutatur. Non est idem mereri visionem Dei & remissionē pœnæ damni. 122.c.
In instanti iustificationis meretur homo gloriam. 97.a.
Meritum & præmiū possunt esse in eodem instanti. 121.a
Meritum Christi infinitum, & de toto rigore iustitiæ, & an obligarit Deum, vide, Christus.
Merlinus ex incubo & succubo genitus. 358.c.
Messias inuocari quando cœpit. 530.
Messias duos ponunt Rabbini. 652. vnum glorioſum. 653. alterum miserum. 654.
Michaelis & Diaboli pugna. 368.
Michael de Medina reprehenditur. 622.
Mimus, Mimici. 561.a. an infames 577.579.580.
Minerua de capite Iouis nata. 330.
Miracula in commendationem Virginitatis inter gentiles facta. 331.nō

331. non possunt arte Diaboli fieri. 357.b.361.
Mystici sensus in scriptura ad quid prosint. 146.c.147.a
Monachis interdictus vsus & proprietas. 682.b. non Episcopis. Vide *Religiosus*.
Monasteria fœminarum apud Hebræos. 156.
Monasteriorū bona. Vide Bona.
Moniales apud Hebræos. 156.c.
Mortui nō sunt cōsulēdi. 389.a.b.
Mortuis quomodo euangelizatū. 67.b
Mortiferum, signum Theta. 162.
Mortuus & moriturus Deus dicitur in libris Hebraicis vet. test. 464.
Mortem sibi inferre. Vide, Occidere.
Mores nostri sæculi corruptissimè. 81.c.
Mortuorum primogenitus & primitię, qua ratione dicitur Christus. 381.
Mortuorum & viuorum nullum commercium. 192.
Mortui apparere possunt. 352. nō vi Diaboli. 354. sæpe apparuere. 361. per se ipsos. 386. 387. 362.
Motus, Mouere, Vide Localis.
Mouere turrim potest Diabolus. 355. nō tamē corpora cœlestia. 361.c. nec animas.
Motu cœli cessante, omnis motus naturalis cessat. 455. 460.
Moyses & Paulus recordabantur sevidisse diuinā essentiā. 197.a etiam distincte. 161. per quod medium. 210.
Moyses inuenit nomen Dei Tetragrammaton. 28. vere apparuit in trāsfiguratione Christi. 363. an vero in pprio corpore. l. in aero. 369. quod simul cū Samuele fuerit suscitatus à Pythonissa, dicunt quidam. 379. & quod nō fuerit vere mortuus. 365. refutantur. 368. quid de eius corpore. 368. 369. quod eius anima non descendit in infernum, nec in purgatorium. 367.
Mulieres perfectæ quę sint. 331.
Mulieres canebant virorū victorias. 155.b
Mulieres saltare an bonum. 563. cœperunt introduci in comœdias. 564. damna ex earum repræsentationibus. 569. etiā Angelis fuere occasio ruinæ. 568.a tacitæ & quietæ esse debēt. 571. veste virili vtētes an peccēt. 576. Vid. Fœminæ.
Multiplicandi præceptum habuere parētes nostri. 344. post peccatum & etiam ante. 161.
Mundus totus, 7. hominibus continuatur ab Adam vsq; ad Antichristum. 365.a. constat sex millibus annorū iuxta aliquos.
Mundus totus est carmen quoddam. 232.a. cōstat musica. 264.

e.eum imitatur Lyra. ibi. eius pulchritudo describitur. 233.a dictus à munditię & ornatu. 234.a. constat musica dia pasonica. 161.
Mũdus dicitur templũ Dei. 238.a
Mundus iste ideo debuit musicis instrumentis non carere. 238.c huius templi Mundani sacerdos est quiuis homo. 239.a
Musicæ vis. 217. a exempla mirãda. 225. c. non dedecet viros graues, ibi.
Omnis ætatis & conditionis homines decet musica. 230.b
Musicam reddunt cœli suis motibus. 335. & beati in patria. 226.
Mysteria fidei non naturaliter demonstrantur etiam suppositafide. 180.
Macharius pro Gentilibus orando. 428.

N.

NAtiuitas Christi sub ascendente Signo Virginis contigit. 321.
Natura medium ad gratiam. 19. 21.22.32.41. propter gratiam. 37.38. omnibus modis propter gratiã, 21. posterius volita quã gratia. 36.37. etiã visa sciẽtia visionis. 52.
Naturæ ordo præsupponitur ad ordinem gratiæ. 61.b
Naturæ viribus nõ habetur attributo. 112.113. contra aliquos.
Naturales actiones quomodo possunt esse meritoriæ 113.
Naturale fuit non miraculosum quod oues Iacob varios fœtus ediderint 589.
Nazaræorum initium. 404. ritus, ibi. cur radebantur post Nazareatum. 413. non bibebant vinum nec nouacula nec gladium nec forceps super caput eorum. 424. 425. sanctiores sacerdotibus. c. dicebantur Christiani. 420.
Nazaræus vocabitur, vnde sumptum. 420.
Nazaræus Christus tripliciter. 416.a. non legalis. ibi. & 423.
Nero obtulit barbam Dijs 414.
Nigror pro tristitia & miseria capitur. 161.
Niues non sunt propriè in inferno. 446.b
Noctua sacra Athenienſibus. 165.
Noe prædicabat tpe diluuij. 66.
Nomen Dei El Saddai. & nomẽ Iehouah, vide Iehouah. 555.
Nomen bonum habere expedit. 620.a. vt rectum sit quid requiratur. b.
Nomen Dei in omni lingua quatuor literarum 630.
Nomina Hebræa cæteris præstãt cur
Nomina instrumentorum & tonorum Hæbraycorum. 244.c
Nomen Iesu si Græcè interpretetur quid valeat. 639.

Inno-

In nomine Iesu est valor nominis Iehouah & Mariæ. um. 939.
Nomen Iesu non Græc 623. an sit idem quod Iosue. ibid. c dicitur Iesuah. 624. a Iasah. Hebraico verbo. 625. b. an sit idem quod Iehouah interiecta. S. 635. 636. alij negant. 638.
Nomen Iesu nouum. 635. super omne nomen.
Nomina filiarum Adam. 346. 347.
Nominare successorē potest Papa. 301.
Notitia abstractiua & intuitiua. 183. b. quidditatiua Dei abstractiua viatori non potest dari Trinitatis. 188. c. neq; quidditatiua Dei quin sit intuitiua. 189. neque intuitiua quin sit Beata. 190. c
Notitia abstractiua & intuitiua intrinsece & substantialiter nō differunt, possunt continuari. 191. c. intuitiua panis post consecrationem an maneat. 200.
Notitia dicit intrinsicum ordinem ad obiectū presens. 199. c
Eandem numero notitiam fieri de intuitiua abstractiuam, & econuerso per solam extrinsecam mutationem. 200. a
Nouacula super caput Nazaræi. 405.
Noua doctrina in quo sensu non est admittenda in Ecclesia. 151.
Noui testamenti scriptores non semper citant vetus in sensu literali. 149. 150.
Nox in scriptura quid significet. 229.
Numerus pluralis pro singulari apud Hebræos sæpe. 380. 422.
Nuptiæ inter fratres an iure diuino prohibitæ. 296. a. 343. 344. aliquando fuere licitæ. 343. c. inter parētes & filios nunquā, ibid. nisi inter barbaros. ibid. non inter bruta. 346. c.

O.

Occasiones peccandi quando sunt tollendæ. 574. quas dat ars, vel officium. 573.
Occidens seipsum peccauit Saul. contra Lyram, & Galatinum. 377. c.
Occupatio, figura in scriptura. 382
Operationes Christi quomodo infinitæ. 599.
Orationes viuorū quibus defunctis prosint. 436. nō beatis. 441. nec damnatis. 431.
Orationes Stephani effectus prædestinationis Pauli. 44. c.
Ordo diuinorum actuum circa prædestinationem. 4. 6. 7. 8. 9
Ordines tres rerū Caietani. 45. 46
Orientales sibi arrogabant Papatum. 283.
Origenis error quod omnes creaturæ intellectuales tandē sunt saluandæ. 56. b. refuratur. ibi. excusatur. 58.
Origenes error de reputatione damnatorum refutatur. 69. a.

Origeni multa impoſuere æmuli. 69.
Ornatus mulierum an ſit licitus. 174.175.
Orpheus cur dictus trahere ſaxa cãtu. 251. detulit Hebraicis vocabulis honorem. 622.
Orpheus ſodomita. 60.c.
Otho Imperator ſibi barbam radebat. 412.
Oues Iacob naturaliter. &c. 589.

P.

PApa ſuperiorem in terris non habet. 297. c. licet ſit Simoniacus ſcandaloſus eſt obediẽdus. 298. modo non ſit hæreticus. ibid. tãta pollet poteſtate quãta Petrus. 268. 309. eſt maior cõcilio, Angelis, ſanctis. 298. poteſt abrogare decreta concilio rum. 299. vt poſsit. 345.b.
Papa non eſt Dominus & rex in temporalibus. 673. 674. ſed ſolũ in ſpiritualibus. 670. poteſt nominare ſucceſſorem. 301. poteſt Papatũ alio transferre, per ſe loquendo. 296. tamen per accidens non poteſt. 303. 306.
Papa nõ eſt vicariꝰ Petri, ſed Chriſti. 268. vniuerſalis paſtor & Epus cur nõ ſit dicendus. 270.
Papatum eſſe Romæ non eſt de iure diuino. 293. multi hoc tenẽt. 305. alij oppoſitũ. 287. 272.
Parẽtibus filij diſsimiles, vñ. 59c.
Paraſiti nomen non erat olim in fame. 579.a. modo eſt. 580. 577.
In Paradiſo fuit Chriſtus cum ſanctis. 40. dies poſt reſurrectionem. 381.
Paſcere & regere idem. 263.b.
Paſcere non ſignificat nudũ miniſterium. 263.b
Paſtorem perpetuum habẽt oues Chriſti. 267.
Paſsio Dei in vet. teſtamẽto. 464.
Paſsio damnatorum non erit per veram ſuſceptionem realem caloris in corporibus, ſed tantum intentionalem. 453. 457.
Paſsibilis vel impaſsibilis an viſus Chriſtꝰ antevisum peccatũ. 50.
Paſsione & morte Chriſti, an ſint homines prædeſtinati. 47.
Pater æternus non tenetur acceptare ſatisfactionem Chriſti niſi modo quodam. 600.
Patiẽtis læſa in furorẽ vertitur. 67.
Paucorum nomine ſignificantur electi. 77.
Pauci ſaluantur & quare. 68. 69.
Paulus cum alijs cæſariem ſibi radit. 408. ei in propria perſona apparet Chriſtus vere. 395.a. recordabatur ſe vidiſſe diuinam eſſentiam. 197.a. etiã diſtincte. ibi. Per qđ mediũ. 210. de Chriſti regno diuinè loquutus. 681.
Paupertas præſtat diuitijs. 337. nõ eſt neceſſaria perfectis. 682. vera paupertas poteſt eſſe in diuitijs. 709.
Pauper Chriſtus an & quomodo fuerit. 709.

Peccatores oēs ꝓpter electos permittuntur & tolerantur. 24.b
Peccatū neq; pro materiali determinatur à Deo. 508
Peccata innumera in mūdo. 81.c.
Peccatū an sit infinitū in ratione offensa. 602. & 607. & infrà. Quomodo dicatur esse destructiuum Dei & afflictiuū. 609. & eius grauitas expēditur. 606.
Periculo peccandi qui se ponit. 577.a
Persecutio Ismaelis in Isaac, vide Isaac.
Personæ diuinæ tribus subsistentijs relatiuis, nulla absoluta subsistunt. 215.b
Personis præcisis an Deus possit assumere vel agere. 218.c.
Petrus primus Pastor à Deo institutus. 263.a
Petrus est petra super quam. &c. 264.a. præfectus cæteris. 263.a. volés fugere Roma vidit Christum. 275.b. 294.a. quod vixit & obijt Romæ. 276.c. primum nullibi sedit, deinde Antiochiæ, mox Romæ. 295.b. de cruce prædicat. 472.b
Philosophi vt norunt Trinit. 174.b. 178.b
Pilos in corde habuere viri fortissimi. 407.c
Pilosi in scriptura in malā partem 405.a.
Plato de Virgine natus creditur. 331.a. eruus de inferno per Christum creditur. 63. eius de Trinitate sententia. 179.b
Plenitudo temporis dicitur tempus incarnationis. 20.
Plinius flammis Væsuui combustus. 439.a
Pluralis numerus pro singulari Hebræi sæpè. 380.a. 422.c.
Poeta vox Hæbrea. 252.
Poeticum genus scribendi. 224. laudatur. ibi.
Poetę gētiles negāt infernū. 439.a
Portæ inferni quæ. 440.a
Portæ in scriptura quid. 439.b
Positiuæ an expositiuæ dicendæ sint quæstiones scripturales, in proœmio.
Potestas temporalis & spiritualis per se cōiunctæ. 471.b. per accidens diuisæ. b. vtraque in Christo plenissimè, vide Dominiū.
Prædestinatio fons & principiū omnium rerū. 18. 32. differt à dilectione & electione. 5. prior omnium decretorū Dei. 26.b. si non esset futura prædestinatio nihil foret. 17.c. 32.
Prædestinatio non præsupponit subiectū ꝙ prædestinatur. 38.c. nō est specie distincta à præscientia, sed eius species. 41.b. dicitur sors in scriptura, & quare. 76.
Prædestinati omnes propter Christum. 21.c. sunt priores creaturis. 22. sunt electi ante mortē Christi, non tamen ante Christum. 47.c. sunt pauci præ numero

mero præſcitorum. 77.
Prædeterminatio Dei reſpectu omniũ effectuũ qui futuri ſunt. 50. & infra, & qui eſſent. ibi. & infra.
Prædeterminationem Dei quidã negant phyſicam. 507. ſed non moralem.
Prædicante Chriſto Tyrij cõuerterentur ſine dubio, eo quod Chriſtus id dixit. 707.
Prædicauit Chriſtus dãnatis dicũt multiõ 1. c. 62. a. prædicauit tẽporib. Noe. 66. b
Prælati conuentuũ non ſunt dñi, nec poſſunt expendere. 540. a
Præmiũ iuſtorum differtur. 85. c. poteſt ſimul eſſe cum merito. 95. 121.
Præſciẽtia futurorũ ſit prior prædeſtinatione. 41. quomodo ſupponitur prædeſtinationi. 43. c
Præſciti, vide Reprobi.
Præſentatio B. Mariæ in templo quid. 157. b
Præſtigiæ Sathanæ, & illuſiones. 253. b
Prima gratia nõ cadit ſub merito. 115. a. c. eſt prima gratia tota illa quæ correſpondet primæ contritioni. 101. 105.
Prima gloria, vide Gloria.
Primitiæ dormiẽtiũ, & primogenitus mortuorũ dicitur Chriſtus. 381. b
Primogenitus creaturarũ Chriſtus. 27. a
Primus actus fidei eſt meritorius. 99. a
Prius diligimus Deũ, quã Deus det nobis primam gratiam 130. 131. 132.
Procuratores conuentus nihil penitus poſſunt expẽdere ſine licentia prælati. 539.
Prolepſis in ſcriptura quid & quãdo. 382. a
Pro octaua in titulis Pſalmorum. 243. a
Prophetarum tria genera Oſiandri. 420.
Prophetæ quãtum ad an eſt cognoſcebant euidenter myſteria fidei. in atteſtante. 203. b
Prophtæ diſponebant ſe cantu & muſica ad prophetandum. 225. b
Prophetæ verbo optãdi & imperãdi exprimũt prophetias. 647.
Prophetæ vnde Matthęus ſumpſit, Nazaræus vocabitur. 420.
Propoſitio de fide differt ab ea quæ eſt de iure diuino. 313. non ſequitur ex aliqua naturaliter cognita. 312.
Propoſitio de futuro contingẽti determinatè vera. 489. nec Ariſtot. Vult oppoſitum. 492. a. & infra latè
Proprietas rerũ non pugnat cum perfectione euangelica. 687.
Proſopopœiæ in pſalmis. 250. c
Proſperũ & aduerſum per aluũ, & nigrum denotatur. 161. b.

Proui-

Prouidētia nulla in Deo quæ nō sit prædestinatio. 41.b
Psalmus. 71. totus de Christo. 646.
Psalmi. 67. argumentum & materia. 152.b
Psalmos à modernis udæis cōpositos dicunt Hæretici. 254. sunt vera carmina. 243.a. quod genus carminis. 252.c. quidā scripti ordine alphabetico. 246.b habent omnes phrases poeticas. 248.b. cur non carmine redditi. 256.c
Psalmorum tituli confusi & permutati ex Chrysostomo. 649. notant instrumenta musica ad quæ canendus erat Psalmus. 241.c
Psalmorū lectio & studium maxime cōmendatur. 259.a
Puer cū in altari apparet non est Christus. 499.a
Puer. 10. annorū genuit ex Hieronymo. 325.a. & alter. 9. annorū ex Gregorio, ibid.c
Pueri habent ius & proprietatem licet non vsum. 682.
Pueri de limbo nunquam exeunt 393.a
Pulchra Sarra vsque ad nonagesimum annum. 382.b
Pulchritudo vniuersi descripta. 233.a
Puncta & vocales dictionū Hebraicarum non sunt sacra scriptura. 446.c.450
Pythagoræ de Trinitate sentētia. 179.b
Pythonissa vi magiæ an potuerit suscitare Samuelem. 370. vsq; ad. 380.

Q.

QValitas simul producitur & augetur. 107.a.109.b. semper producitur in aliqua intēsione. 128.
Quantitas notabilis quæ dicatur quam religiosius nō potest sine licentia expendere. 539.
Quæstiones inutiles vitandæ.

R.

RAbbini Hebræorum nō semper delirant. 150.c. refutantur circa expositionem psalmi. 71. 646.a. & quia ponunt duos Messias. 652. delirant in multis. 664.379.b.
Ranas veras non fecerunt Magi. 361.a.
Rasura male audit in scriptura. 405.c. aliquādo est indifferens in bonum & malum. 410.b.
Rationes æternæ in quibus Deus omnia videt. 497. & infra, & an naturaliter, representent futura. 502. & infra.
Raymūdus Lulli quis fuerit. 176.c
Recordatio est duplicis obiecti ex Scoto. 185.c. abstract. quidditatiua diuinæ essentiæ esse non potest. 189. sed fuit in Paulo quā

lo quantum ad an est. 190. per quod medium. 210.b.
Relatio ad Trinitatem est in qualiber creatura. 213. a. & pertinet ad ordinē naturæ. 220.a.& tamen non cognoscitur ab Angelo, ibid.
Religiosus sine licentia prælati nihil potest expendere, retinere, &c. 539. & infra, nec deputata ad tales vsus potest in alios. 541. c. Si quid occultat prælato peccat. 542. recipere ab alijs vt potest. 543. non potest ei dare prælatus licentiam vt expendat in vsus prophanos. 545.
Pecunias pēnes se habere vt possit. 544.
An teneatur restituere, & in quibus casibus 548.
Religiosi non sunt in statu tam perfecto quam Episcopi. 682. b. 695.a.b.
Repetitio eiusdem vocis emphasim habet in scriptura. 158.a
Repræsentatiuum Dei non potest dari. 189.
Remissio peccati effectus gratiæ. 136. b. & etiam contritionis. 138.
Reprobatio in Deo nulla nec prouidetia quę nō sit prædestinatio formaliter. 41.b.
Reprobi plures electis. 77. 78. 79. 80. & cur. 85.b.
Resurrectio per naturam non fit. 359.a
Resurgentium primus vt Christus 381. b. qui cum eo surrexerunt an iterum mortui. 380.
Reuiuiscentia gratiæ & meritorum. 113.
Rex vel regis nomen semper significat regem temporalem nisi. 667.b. aliud est rex, aliud Dominus. 664. c.
Rex mundi Christus proprie & in temporalibus non iure hæreditario. 669.c.
Rex per Lamed Hebraicum significatus & quare. 627.a.
Romani Idumæi. 289. & 287.c
Romani in vexillis gestabant Aquilas. 167.c
Roma fortitudinem & constantiam Græcè signat. 288.b
Roma Hæbrayce est sublimitas, vel tonitruus. 288.b
Roma à rodēdis manibus ait glossa. 290.
Et Roma edon. 289.
Roma Hebraicè quid. 287.c. eius mentio in veteri testamento. 288. Roma & Valentia idem, ibi, super septem montes. 290.
Romæ nomen olim non licebat effari. 291. perpetuitas eius. Vide ibi.
Romæ vixit & obijt Petrus contra hæreticos. 276. eius vrbis curam

ram præ alijs Deus habet. 355.b 368.c. ibi esse caput Ecclesiæ non instituit Cõstantinus. 318. nec Christus aut Deus 297. b sed Petrus. 295.
Romana Ecclesia vexata ab hæreticis. 179. eius firmitas præ alijs. 284. 285. id non habet, vt Romana, sed vt vniuersalis. 309.c.
Romanus Pontifex. Vide Papa.

S.

Sacerdos est quiuis homo in hoc templo mundano ex Macrob. 239.a
Sacerdotibus inter Gentiles prohibitus vsus salis. 329. a. & esus Capræ. 327. b. & tactus hæderæ. c. castissimi. 338.
Sacerdotes Hebræi non radãt sed tondeant. &c. 408. bibunt vinum. 425.a
Sacra Scriptura non est explicanda contra sensum Patrum. 150. 152. nec semper ad literam de Christo. 150. nõ est in Hebraicis originalibus vnquã corrupta. 462. a. licet eam nouo modo explicare. 150. vnius loci multi possunt esse sensus literales. 646. non recte intelligitur sine linguarum peritia. 623.
Salis vsus prohibitus sacerdotibus cur. 349.
Salomon inuenit nomen Iehouah. 628. b. habens. 10. annos genuit filium. 325. a. eius imagines & insignia erant Leones. 168.
Salomonis vox, pro Christo, non pro vero Salomone aliquando. 650. qi non conuenit Psalmus. 71. contra Hebræos. 646.
Saltationes in comœdijs. 563. b fœminarum. ibi. &. 582.
Saluandi omnes ex Origene. 56. b. saltem fideles ex Hieronymo. 57. pauci. 77. 78. quare. 85. b.
Samuel an vere apparuit Sauli. 370 vsquè. 380. cur permisit se adorari à Saule. 376. cur dixit ei, Cras mecum eris. ibi. &c.
Sancti interdum apparent suis deuotis. 384. c. ipsi in propria persona. 386. 388.
Sancti qui cum Christo surrexerunt. 380. c
Sanguis Christi quòd profuerit damnatis, videtur dicere Hiero. 641. c.
Sapor sine actione physica non. 460. a
Sarræ nomen mutatum quomodo & quare. 629. b. eiecit Ismaelem. 554. nonagenaria erat pulchra. 382. b
Satisfactio Christi de rigore iustitiæ. 595. & infra, alteri ibi. sibi ex proprijs

proprijs. ibi. per quãlibet operationem, an pater teneretur acceptare. 600.
Saul adorat Samuelé mortuum. 388. quod non peccauerit se interficiens, ait Lyra. & Galati. 381. c. laudatur à Iosepho. a. fallum fuisse dicit Lyran. 380. c. cur solũ occidit masculos Amalech. 487.
Scena, & scenici. Vide Comedia.
Scenophegia festum Hebræorũ. 560.
Scibile non est nisi ens. 380. 404.
Sciẽtia infusa Christus nouit euidẽter Trinitatem quo ad an est multis modis. 207. a
Scientia licet sit à posteriori excludit fidem rei sic scitæ. 208.
Scientia Dei respectu futurorum conditionatorum. a. 475. vsq; 525. a. respectu futurorum contingẽtium. 161. quod sit immutabilis vnde prouenit. 514. omnia scit ante actũ volũtatis. 518. c. scientia visionis prius videt gratiam quam naturam. 52.
Scientia media an sit in Deo. 518. An sit libera, vel naturalis. ibi. An verbum diuinũ procedat ex illa. 519. An sit prior quam scientia visionis. 520. An possit esse causa prædestinationis. 522. An sit purè speculatiua. 523.
Scipionis tonsura mediocris. 411.
Scotus ponit Christum primum omnium decretorum Dei. 10. 11. Cathedræ Scoti author præfectus fuit. 194.
Scriptura. Vide, Sacra Scriptura.
Selah in psalmis quid. 245. 73. vicibus posita.
Semiramis in colũbam, &c. 166.
Senecæ verba de corruptis seculi moribus. 81. de pulchritudine vniuersi. 233.
Sensus literalis multa habẽda ratio in scholis. 146. a. multiplex in vno & eodem loco. 646. mysticus parũ prodest ad probandas res fidei. 646.
Sensus, vel sensatio an exigat actionem physicam, an sufficiat intentionalis. 458.
Senes in comœdijs infensi Chryso. 586.
Septem hominibus continuatur tota vita ab Adam vsque ad finem mundi. 365.
Septem montibus Roma sedet. 290.
Sepultura carere grauis pœna. 367.
Serpens in paradiso vt loquutus. 360.
Sexcenta millia hominum perierunt in deserto. 84. & duo soli saluati sunt.
Signa prædestinationis quæ. 80. c
Signa seu instantia Scoti. 11. b
Silentia tacentis Lunæ. 235. c
Sin, vel Schim. litera Hebraica typus clementiæ. 626. & Trinitatis.

nitatis. Cur interiecta nomini Iehouah. 628. fecit illud pronũciabile in Iesu. 634.
Singularis pro plurali Heb. 380. 422.
Sodomitæ salui ex Hiero. 59.
Sol in bonam & malam partem. 410.
Sol suo motu diuidit annum & diem. &c. 562.
Somniantes non recipiũt nouas species, sed præexistentes disponuntur. 392.
Sonus verus cœlorũ proprius. vide cantus. C[illegible]n, Musica.
Sors & Scriptura est prædestin. 76. 77.
Spadones. Vide, Eunuchi.
Species caloris & frigoris torquet damnatos. 453. species sine materia possunt imprimere omnia obiecta sensuum. 460.
Species rerum contrariarum non sunt contrariæ in sensu, vel in medio. 453.
Species domus cur mulier. 159.
Species Dei dari non potest. 188.
Spectacula, Vide Comœdia.
Spiritus sanctus necessario procedit à pluralibus. 211. 214. non creatio.
Statua salis vxor Loth. visa à Iosepho. 361.
Steriles maledictos esse creditũ. 334. b. falsò. 336. inuisi Hebræis 334. cur desiderabant filios. 540.
Stridor dentium in inferno proprie. 445.
Subsistentia, & existentia in Deo differunt. 214. nulla subsistentia absoluta in Deo. 215.
Suffragia viuorũ an possint catechumenis. 436. b. damnatis. c. & 430. Beatis. b. & 432.
Sulphura in inferno an proprie. 445
Supernaturalia bona finis naturæ. 15. 16. 20. 37.
Sibyllæ afflatæ à Deo. 179. oraculum de Christi regno & dominio. 677.
Syrenes singulæ singulis cœlis insunt, Vide Cœli. 236.

T.

TArtarus vnde dictus. 447.
Tacitæ & quietæ mulieres. 171. a
Tacitæ silentia lunæ. 235.
Tarantula venenosum aĩal. 231. a
Tænarus porta inferni. 438. b
Templũ Dei est mundus iste. 238.
Temporale regnum Christi quomodo. 687.
Tenebræ in inferno non sunt omnimodæ. 449. c.
Testes an possint esse Histriones. 580.
Testes duo de quibus Apocal. 11. qui. 364. 366.
Testudo Symbolum mulieris. 171.
Thare pater Abraham idolorum venditor & fictor. 527.
Theatrum & Theatrici. 562.
Theologi ignari Hebraicæ linguæ taxantur. 623.
Theologia facultas auctior & fo-

 for

flor nunc quam olim, & indies creſcit. 475.
Theſeus primam barbam obtulit dijs. 405.a
Theta Græcũ ſignũ mortis. 162.a
Thomas Villanouanus laudatus. 205.
Thomiſtæ quantum debent Ægidio Romi. 187.c
Titulo iuſtitiæ. & gratiæ nihil ſimul dari poteſt. 106.c
Tituli pſalmorum quid. 649. notant pſalmos eſſe carmina. 243. a. ſunt permutati ſecundum Chryſoſt. 649.
Titulus pſalm. 71. pro Salomone. 649.
Tonſuræ Eccleſiaſticæ vſus. 408.
Tonſura ex ſe nec bonũ nec malum. 410.b
In titulis Pſalmorum notãtur inſtrumenta ad quæ cãtãdus erat Pſalmus. 242.b.
Tophet quid apud Iſai. 446.a.
Torcularia in titulo pſalmi 8. 243. c.
Tormentorum tranſmutatio non eſt in inferno. 442. quæ tormenta ſint propriè. ibi. quæ metaphoricè. 445.
Traditionibus conſtat fides, contra Hęreticos. 277. tria traditionum genera. 314. diuinarũ. 315. Apoſtolicarum. b. Eccleſiaſticarum. 316. quæ ſint diſpenſabiles à Papa. ibi.
Tragœdia, vide Comœdia.
Traianus ſaluus ex Gregor. & Damaſc. 64.
Tranſitus datur in ſacra Scriptura. 650.
Trãſitus tormẽtorum in inferno 442.
Translatio vulgata recta ſed non ideo ſuperfluit linguarum peritia. 623.
Tres clanes Deus reſeruauit ſibi, vitæ, pluuiæ, & vuluæ. 338.
Tribus Iuda leones prõ inſignibus habebat. 168.a.
Tria peccatorum genera, ex Caietan. 46.
Trinitas naturaliter poteſt cognoſci, dicũt aliqui. 178.b. falluntur 177. quomodo Gẽtiles eius nonnullam habuerint notitiã. 174.b
Trinitas non poteſt abſtractiuè quidditatiuè cognoſci. 188. c. reſpectus ad eam eſt in omnibus creaturis. 211.a. typus eius in litera Hebraica, Sin. 626. & in nomine Iehouah. 628.
Triplex rerum ordo Caiet. 46.
Tyrios conuertendos, ſi Chriſtus eis prędicaret, certo & determinate cognoſcebat Chriſtꝰ. 524.

V.

VAria Rythmorum genera, & verſuũ apud omnes linguas. 258.c
Valor infinitus in Chriſti operibus. 610. & infr.
Valẽtia Hiſpaniæ, & Romaidem. 290.

290.
Vau littera Hebraica significat spiritũ sanctũ in nomine Iehouah. 629.
Venenũ qui vẽdit nõ peccat. 573.b
Veneris sacerdotes casti. 328.
Venus calua colebatur. 410.
Verbum diuinũ in vet. test. apparuit patribus in forma humana. 66.b Vid. Christus. an procedat ex scientia media. 519.
Vermes non propriè in inferno. 447.b
Versus intercalares in psalmis. 249.c
Vestales virgines in pretio habitæ. 328.a. pœna earũ si laberentur. c.
Vestalis virgo tulit aquam in cribro perforato. 331. 350. qua arte. 360.
Vesuuius mõs porta inferni. 438.
Veritas quomodo reperitur in futuris contingentibus. 486. 490. & infra.
Vinum vbi non est, an possit consecrari. 295.c. Vinũ & vuas nõ bibat Nazaræus. 425.
Vir non nutriat comam. 407. 408.
Virgilius vt nouit Trinitatẽ. 175.c tormenta quæ sunt in inferno. 450.
Virginitas propria Christianorũ virtus. 345. eam etiam coluere Gentiles. 327. non erat licita in initio mundi. 343. præstat matrimonio. 344.
Virgines in vet. test. 323. magno odio habitæ ab Arrianis. 348. & à Luthero & Valla, ibi, quædã. se interfecerunt, ne stuprarentur. 377. Virginibus plurimos natos, creditũ ab antiquis. 331.a
Virgo perfecta illa est de qua nec falsus Rumor oriatur. 33.b
Virgo vnum ex signis cœli. 334. sub cuius ascendente natus est Christus. 295.
Virgo gẽtilis fecit miraculũ. 332.
Virtus permixta amaritudine. 85. 86.
Visiones hominũ imaginariæ. 353.
Vitta insigne matronarum Rom. 328.
Vitæ nostræ in plurali, dicitur Deus. 471.b
Viuorum & mortuorum nullum commercium. 392.
Vltima dispositio ad gratiam non est meritoria primæ gloriæ secundum aliquos. 100. sed augmenti, secundum alios. 199.a. refutantur. 100.b. non procedit à gratia. 126.c. est eiusdem speciei cum ea quæ deinde procedit à gratia. Vide gratia.
Vltima dispositio nunquam est à forma. 132. & in naturalibus non est cum forma. 133.a
Vniuersi pulchritudo constat multa. Vide, Mundus & pulchritudo.
Vniuersalis pastor quomodo non est Papa Vide Papa.

Vocalis vera laus in cœlo. 226.
Vocales Hebræorũ non sunt de essentia sacræ scripturæ. 465. 473
Volũtas creata potest producere actum dilectionis Dei super omnia sine habitu charitatis. 141. a.
Examinatur quid sit id quod voluntas habet ex proprijs ad actũ supernaturalem. 141. a & quid adquirat per eleuationẽ & perfectionẽ auxilij. 142. a. Et Vtrũ hęc virtus propria volũtatis radicalis, sit obedientialis, vel naturalis, &c. ibi. c.
Vox in finem in psalmorum titulis quid sit 241. c
Voluntas constituitur in actu primo ad actum supernaturalem. 142. a.
Vota vt dispenset Papa. 296.
Vr Chaldæorum ignis, an locus. 334.
Vulgata editio quatenus est à nobis amplectenda. 154. non potest sine linguarum peritia satis intelligi. 624.
Vxor Loth in statuam salis, qua arte. 360. Iosephus dicit se vidi se illam. 361.

Z.

ZAcharias in templo obmutuit, quia vidit asinum, dicũ quidam. 341. in templo non petebat liberos, sed Messiã. 343.
Zain, vel Zade in nomine Nazaræi. Vide Nazaræus.
Zoroaster primus Ernicorũ theologus. 622.

FINIS.

SALMANTICÆ,
Excudebat Petrus Lassus,
Anno. 1596.